
Discursus
super
Mysteria fidei

N. 47301



886 fund

DISCVRSVS PRÆDICABILES, SVPER MYSTERIA FIDEI.

Rés 41,301

CVM BREVISSIMIS TRACTATIBVS SVPER ipsa mysteria.

Authore F. Ioanne de Ouando, Regularis Obseruantiæ, Prouinciæ Sancti Jacobi, Ordinis Minorum.



Cartusiæ Quipt/ass
Villefranchæ f. f. Priore
BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

PARISIIS,
Apud ROBERTVM FOVET, via Iacobæa, sub insigni Occasionis.

M. DC. VI.

INDEX CONCIONVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

IN festo Natiuitatis 20. Conciones.
In festo Circunciſionis quinque.
In festo Epiphaniæ tres.
In festo Reſurrectionis concio vnica.
In festo Aſcenſionis tres.
In festo Spiritus ſancti 13.
In festo Sanctiſſimę Trinitatis 8.
In festo Euchariſtię 8.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC volumine continentur.

Numerus primus partem, secundus paginam indicat.

Genes.

1 IN *principio creauit Deus cœlum, & terrã.*1.p.15.234.
*Terra erat inanis, & vacua.*2.*parte* 134.
*Spiritus Domini ferebatur super aquas.*2.p.467.*vsque* 469.*optimè.*
Faciamus homine latè, & eleganter. 1.p.17. *profundè ex Rupp.* 2.p.471.*copiosè.* 260.*& seq.*
*Formauit, seu plasmauit Deus hominem.*2.p. 488.
*Inspirauit ei spiraculum vitæ profundè.*1.p. 36.
*Dominamini piscibus maris.*1.p. 48.
*Vidit Deus cuncta erant valdè bona.*1.p. *ibid.*
2 *Requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat.*1.p. 57.
*Non est bonum hominem esse solum.*1.p. 90.
*Immisit Dominus soporem in Adam.*1.p. 259.
*Sed serpens erat callidior cunctis animantibus.*1.p. 119.
3 *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.*1. 131.
Ipsa conteret caput tuum.
In dolore paries filios tuos. 130.
*Adimpletum post resurrectionem.*1.p. 421.
Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. 1.144.
*Fecit quoque Deus Adæ tunicas pelliceas.*1. 159.
*Emisit Dominus Adam de Paradiso voluptatis.*1. 169.
*Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium.*1. 179.
4 *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.*2.p. 490.
5 *Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus.* 1. 158.
6 *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* 191.
*Gygantes autem erant super terram.*2.p. 780.
*Risum mihi fecit Dominus.*1. 174.

21 *Eijce ancillam, & filium eius.1.p.* 199.
Scalam vidit Iacob.1.p. 52.
29 *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus.* 1. 236.
32 *Domine, qui dixisti mihi reuertere in terram tuam.1.* 38.
Dic mihi quo appellaris nomine.2.p. 868.
Aurora est dimitte me. ibidem.
Vidi Solem, & Lunam, & vndecim stellas adorare me quomodo in Christo.1.p. 85.
37 *Fratres meos quæro.1.p.* 96.
39 *Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua.2.p.* 587.
3 *Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.1.* 189.
Eleuans vocem cum fletu dixit fratribus, Ego sum Ioseph.1.p.33. 2.p.573.
46 *Lætus moriar quia vidi faciem tuam.1.* 11.
49 *Salutare tuum expectabo Domine.1.p.* 275.

Exod.

3 *Videbat quod rubus arderet, non combureretur.1.p.158. eleganter.2.p.* 733.734. *& seq.*
Sum qui sum.1.p.150. ad amorem optimè.2.p. 515.
12 *Si quid residuum fuerit igne comburetur.2.p.* 528.
19 *Nubes densissima montem operiebat.1.p.* 79.
Depone ornatum tuum.1.p. 169.
24 *Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirim.2.p.* 524.
25 *Faciesque emunctoria.2.p.* 530
33 *Ostendam tibi omne bonum.1.* 53.
Nisi tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.1.p. 221.
Ostende mihi gloriam tuam.2.p. 192.
Et erat facies eius cornuta.2.p. 892. *Leuit.*
2 *Retorquebit caput eius ad collum.2.par.* 492.
Intestina vero & pedes lauabunt aqua.2.p. 491.
2 *Detracta pelle hostiæ.2.p.* ibid.
4 *Cum offerebatur hostia pro peccato.1.p.* 116.
5 *Retorquebit caput eius ad pennulas.* 219.

12 *Mulier quæ suscepto semine.2.p.* 115.
15 *Terra quoque non vendetur in perpetuum.2.p.* 522.
17 *Anima carnis in sanguine est.1.p.* 877.
28 *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam.1.p.* 301.
26 *Tabernaculum fœderis ponam in medio vestri.1.p.* 229.

Numer.

21 *Quare misit Dominus ignitos serpentes.1.p.* 125.
Fac serpentem æneum.1.p. 526.
24 *Orietur stella ex Iacob.2.p.570.* *Deuter.*
25 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.2.p.* 518.
Quando vnus ex fratribus sine liberis mortuus fuerit. 1.p.94.2.p.528.
Vos vidistis vniuersa quæ fecit coram vobis Dominus 1.p.122.2.p.509.
33 *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos.1.p.* 400.

Iosuë.

5 *Noster est an aliorum.1.p.* 188.
15 *Clangentibus buccinis.2.p.* 465.

Iud.

De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 2.p. 823.

Ruth.

8 *Ego sum Ruth ancilla tua.1.p.* 261.

1.Reg.

Samuel Samuel.1.p. 293.
6 *Aspicietis si quidem per viam finiũ suorum ascenderit.1.p.24.*
19 *Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid.2.p.* 578.

2.Reg.

1 *Et fidelis erit omnis domus sua, vbi domus profamilia.1.p.* 89.

3.Reg.

Insonuit terra à clamore eorum.1.p. 504.
1 *Non est auditus malleus in domo Domini.1.p.* 235.
6 *Non in commotione Dominus.*
19 *Operuit Elias vultum suum.2.p.* 738.

4.Reg.

7 *Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare sceleris quidem arguemur.1.p.* 251.

Esd.

Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te.2.p. 629. *Tob.*

22 *Videbar quidem vobiscum manducare.2.p.* 740.

Esther.

25 *Exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis.2.p.* 235.

Iob.

2 *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus.2.p.* 133.

6 *Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam.2.p.* 196.

10 *Nunquid oculi carnei tibi sunt.1.p.* 196.

12 *Interroga iumenta docebunt te.2.p.* 678.

26 *Rursum circundabor pelle mea.* 1. 178.

Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt & non alius.1.p. *ibid.*

23 *Deus molliuit cor meum.2.p.* 485.

25 *Quãto magis homo putredo, & filius hominis vermis.1.p.* 133.

16 *Spiritus Domini ornauit cœlos obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus.2.p.* 445.

30 *Quis ascendit in Cœlum atq; descendit.1.p.* 405.

31 *Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur.2.p.* 896.

36 *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos.2.p.* 456.

38 *Nunquid cõiungere valebis micantes stellas pleyades.1.p.* 197.

Cœlorum rationem concentum cœli quis dormire faciet.2.p. 678.

39 *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum suum.1.p.* 398.

41 *Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.1.p.* 9.

Psal.

2 *Ego hodie genui te.1.parte* 198.

4 *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.2.part.* 472.

7 *Et exurge in præcepto quod mandasti.1.p.*

13 *Deus iudex iustus, fortis, & patiens.2.p.* 781.

16 *Dixit insipiens in corde suo.2.p.* 604.

18 *Satiabor cum apparuerit gloria tua.1.p.* 388.

Cœli enarrant gloriam Dei.2.p. 679.

21 *Ego sum vermis non homo.1.p.* 133.

27 *Resloruit caro mea.1.p.* 212.
28 *Vox Domini in virtute vox Domini in magnificētia.2.p.* 891.
38 *In meditatione mea exardescet ignis.1.p.* 179.
41 *Diffusa est gratia in labijs tuis.1.p.* 245.
46 *Ascendit Deus in iubilatione Dominus in voce tubæ.1.p.*
41 *Simul in vnum diues, & pauper. 1.p.* 150.
Homo cum in honore esset.1.p. 174.
30 *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. 1.parte* 67.
61 *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est.1.* 202.
67 *Jterfacite ei qui ascendit super Occasum Dominus nomen illi 1.parte* 423.
60 *Opprobria exprobatum tibi ceciderunt super me.1.pparte* 284.
72 *Vt iumentum factus sum apud te.1.p.* 82.
76 *Scopebam spiritum meum.1.p.* 179.
Aut continebit in ira misericordias suas.1.p. 189.
70 *Excita potentiam tuam & veni.1.parte* 23.
86 *Fundamenta eius in montibus sanctis.1.p.* 347.
Nunquid Syon dicet homo, & homo natus est in ea.1.p. 249.
87 *Jn laboribus à iuuentute mea.1.p.* 145.
92 *Dominus regnauit decorem indutus est.1.p.* 167.
94 *Si introibunt in requiem mea m.1.parte* 289.
95 *Lætentur cœli exultet terra.1.parte* 176.
97 *Cantate Domino canticum nouū, quia mirabilia fecit.1.p.* 249.
102 *Benedic anima mea Domino.1.parte* 261.
103 *Qui facit angelos suos spiritus.1.p.* 487.
Quam mognificata sunt opera tua Domine.2.parte 813.
109 *Ex vtero ante Luciferum genui te.1.p.* 134.
118 *Jn corde meo abscondi eloquia tua.2.p.* 515.
Juraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.2.p. 719.
Mirabilia testimonia tua.2.p. 733.
131 *De fructu ventris tui.1.p.* 135.
134 *Producit ventos de thesauris suis.2.p.* 503.
138 *Mirabilis facta est scientia tua ex me.2.p.* 701.
143 *Jnclina cœlos tuos & descende.1.p.* 67.
Emitte manum tuam de alto.2.p. 758.
147 *Qui dat niuem sicut lanam.* 606.

Prouerb.

8 Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.1. 58.
19 Omnia propter semetipsum operatus est Dominus.1. 23.
22 Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.1. 249.
23 Quando sederis vt comedas cum principe diligenter attende quæ sunt apposita.2.p. 820.
In multitudine populi dignitas Regis.1.p. 357.
30 Quod nomen eius, & quod nomen filij eius si nosti.1.p. 84.

Sap.

9 Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.2.p. 462.
12 Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas. 2.p. 784.

Eccleſiaſtes.

1 Oritur Sol & occidit, & ad locum suum reuertitur.2.p. 620
Id quod fuit, ideſt, quod futurum est.1.p. 205.
Nihil sub sole nouum. ibidem.
4 Funiculus triplex difficile rumpitur.1.p. 577.
9 Quodcunque potest manus tua instanter operare.1.p. 299.

Cant.

1 Osculetur me osculo oris sui.1.68.bene 234.246.251.2.p.428. vbiq; optimè.
Meliora sunt vbera tua vino.2.p. 896.
Vbi pascas, vbi cubes in meridie.1.p. 401.
Murenulas aureas faciemus tibi.2.p. 824.
Botrus Cypri dilectus meus mihi. 572.
2 Ego flos campi, lilium conuallium.1.p. 232.
Veniet saliens montes.1. 63.
Stipate me malis.2.p. 516.
En ipse stat post parietem. 69.
Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.2.p.802.
Veniat dilectus in hortum suum.1.p. 69.
Lectulum Salomonis sexaginta fores ambiunt.1.p. 78.
Si inueneritis dilectũ vt renuntietis, quia amore lãgueo.1.p.211.
Aperi mihi soror mea.2.p. 470.
Dilectus meus candidus, & rubicundus.2.p. 669.
Comæ eius sicut elatæ palmarum.1.p. 230.
6 Dilectus meus descendit in hortum suum.1.p. 5.

7 *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* 1.p. *ser.5. super in principio, sub.* 222.
8 *Sub arbore malo suscitaui te.*2. 814.
*Euge dilecte mi assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum.*2.p.859.
Qui te mihi det fratrem meum, & iam nemo me despiciat. 20.

Ecclesiastic.

1 *Effudit illam super omnia opera sua.* 2.p. 787.
24 *Ego quasi fluuius Dorix.*2.p. 765.
26 *Difficile exuitur negotians à negligentia.*1.p. 361.
33 *Altissimus creauit de terra medicinam.*1. 230.
36 *Innoua signa, & immuta mirabilia.*1. 204.
41 *Curam habet de bono nomine.*1.p. 262.
43 *Glorificate Deum quantum potestis, superualebit adhuc,*2.p. 730.

Isai.

1 *Audite cœli, auribus percipe terra.*1.p. 90.
*Cognouit bos possessorem suum.*1. 87.
*Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.*1.p. 347.
3 *Tumultuabitur puer contra senem.*1.p. 351.
*Repleta est terra eius idolis.*2.p. 451.
*Opus Domini non respicitis.*2.p. 694.
*Ve qui coniungitis domum ad domum.*1.p. 88.
6 *Seraphin stabant super illud sex alæ vni, sex alæ alteri.*2.p.750.
*Ecce virgo concipiet, & pariet filium.*2.p. 150.
*Requiesceț super eum spiritus Domini.*2.p. 457.
*Vocabitur nomen eius Emanuel.*1.p. 218.
8 *Voca nomen eius accelera.*1.p. 240.
9 *Filius datus est nobis.*1.p. 72.561.
*Princeps pacis pater futuri sæculi.*1.p. 181. *& seq.*
10 *Consummatio inundabit iustitiam.*1.p. 293.
*Notas facite in populis adinuentiones eius.*1.p. 24.
12 *Magnus in medio tui sanctus Israel.*1.p. 66.
15 *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium.*2.p. 816.
25 *Emitte agnum Domine dominatorem terræ.*1.p. 70.
28 *Coangustatum est stratum ita vt alter decidat.*2.p. 556.
28 *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.*1.p. 293.

30 *Vis vt ascendat vmbra decem lineis.1p.* 45.
38 *Ne memineritis priorum, antiqua ne intueamini.1.p.* 24.
43 *Ante me non est formatus Deus.2.p.* 647.
Rorate cœli desuper.1.p. 72.
Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris.2. 785.
45 *Audite me qui portamini meo vtero.1.p.* 35.
46 *Parum est vt sis mihi seruus ad suscitãdas Tribus Iacob.1.405.*
Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum.1.p. 40.
49 *Vindicabo de inimicis meis.1.p.* 62.
50 *Ecce qui loquebar adsum.1.p.* 66.
52 *Posuit in eo Dominus iniquitates omnium.1.p.* 283.
53 *Si posuerit pro peccato animã suã videbit semẽ longeuũ.2.570.*
Desiderauimus illum virũ dolorum sciẽtẽ infirmitatẽ.1.p. 265.
Non in perpetuum litigabo.1.p. 190.
57 *Vocaberis ædificator sepium. 2.p.* 599.
58 *Vt prædicarem annum placabilem misit me.2.p.* 484.
61 *Videbunt gentes iustũ tuũ, & cuncti Reges inclytũ tuũ.1.117.*
62 *Quis est iste qui venit de Edon.1.p.* 177.2.p.549.
Vtinam disrumperes cœlum, & descenderes.1.p. 67.
64 *Domine pater noster es, nos vero lutum.1.p.* 47.
Antea quam parturiret peperit masculum. 1.p. 137.138.
66 *Super quem quiescet spiritus meus.2.p.* 457.
Addet in indignatione furorem suum & increpationem suam in flamma ignis.2.p. 535. *Hierem.*
Ah, ab, Domine nescio loqui.2.p. 741.
1 *Peccatum Iuda scriptum est in vngue Adamantino.1.p.* 286.
Ollam successam ego video.1.p. 4.
Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.1.p. 99.
Obstupescite cœli super hoc.1.p. 244. *& seq.*
5 *Quid inuenerunt in me Patres vestri iniquitatis.2.p.* 585.
6 *Sicut cisterna frigidam facit aquam.2.p.* 775.
Venite mittamus lignum in panem.2.p. 879.
11 *Irritũ fecerũt domus Israël & domus Iuda pactũ meũ.2.p.873.*
16 *Dabo legem meam in cordibus eorum.2.p.* 509.
31 *Nouum faciet Dominus super terram.1.* 105. *Threnorum.*
1 *Sordes eius in pedibus eius.1.p.* 47. *Baruch.*

3 *Magna est domus Dei.2.p.* 481.
Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo sic, decies tantum conuertentes requiretis Deum.2.p. 480.
5 *Vide collectos filios tuos ab oriente.2.p.* *ibid.* *Ezechiel.*
1 *Vidi & ecce ventus turbinis.2.p.* 472.
Tot pennæ vni, quot alij.2.p. 698.
36 *Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum.2.p.*501. & 502.
41 *Mensus est templum interius, & vestibula atrij limina, & fenestras obliquas.2.p.* 740. *Daniel.*
4 *Cor eius ab humano cõmutetur, & cor feræ detur ei.2.p.* 500.
7 *Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie.2.p.*776. *Oseas.*
1 *Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter.1.p.* 233.
2 *Canet tibi iuxta dies iuuentutis suæ.1.p.* 130.
11 *Ego quasi nutritus Ephraim portabam eos, in funiculis Adam traham eos.2.p.* 574.
In funiculis Adam traham eos.2.p. 894.
14 *Ego quasi ros Israeli 1.p.*135. *Ioël.*
2 *Effundam de spiritu meo super omnem carnem2.p.* 503.
Micheas.
2 *Ascendet enim pandens iter ante eos.2.p.* 416.
Violenter tollitis pelles eorum.2.p. 793. *Habacuch.*
2 *Iustus in fide sua viuet.2.p.* 798.
Si moram fecerit expecta eum.1.p. 59.
3 *Audiui auditionem tuam & timui.2.p.* 432.
Ascendit Sol, & Luna, & stetit in habitaculo suo iuxta. 70.
2.p. 464. *Sophon.*
*Princeps eius in medio eius quasi leones.2.p.*781. *Zacharias.*
1 *Vidi per noctem, & ecce vir ascendẽs super equũ ruffum.1.* 228.
2 *Absque muro habitabitur Hierusalem.1.p.* 353.
3 *Iesus erat vestitus vestibus sordidis.1.p.* 164.
9 *In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos.1.p.* 228.
Quid enim bonum eius & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum.2.parte 735. *Malach.*
*In omni loco offertur mihi oblatio munda.2.p.*478. *Machab.*
4 *Bellum contra nos est.1.p.* 542.
5 *Vade liberare fratres tuos in Galilæa.2.p.* 834.

6 *Resplenduerunt montes ab eis.2.p.697.* *2.Machab.*
Ascenderunt quidam vt notarent locum.1.p. 412.
12 *Gloria illustrabo te.2.p.* 779.
25 *Accipe sanctum gladium munus à Deo.2.p.506.* *Matth.*
3 *Qui post me vēturus est baptiz abit in sanguine & igne.2.p.* 431.
Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite.2.p. 560.
13 *Omnis Scriba doctus in regno cœlorum.1.p.fol.* 1.
2 *Ecce prandium meum & altilia occisa sunt.2.p.* 817.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.2.p. 518.
26 *Accipite & manducate hoc est corpus meum.2.p.* 890.
28 *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.2.p.* 585.

Marc.

10 *Nemo bonus nisi solus Deus.2.p.609.* *Luc.*
2 *Peperit filium suum primogenitum.1.p.* 142.
3 *Pannis eum inuoluit.1.p.* 159.
Euangelizo vobis gaudium magnum.1.p. 169.
Gloria in excelsis Deo.1.p. 184.
Transeamus vsque Bethlehem.1.p. 171.
11 *Mitis sum & humilis corde.1.p.* 200.
21 *Erunt signa in Sole, & Luna.2.p.* 686.
22 *Apparuit Angelus confortans eum.1.p.* 35.
24 *De Iesu qui fuit vir propheta opere & sermone.2.p.* 836.

Ioann.

1 *In principio erat verbum.1.p.192.per sex sermones*
Quod factum est, in ipso vita erat.1.p. 233.
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 554.
Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.
2.parte. 589.598.
Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit filius hominis qui est in cœlo.1.p. 439.589.
Non enim misit Deus filium suum vt iudicet mundum.2.p.722.
Vt omnis qui credit in illum non pereat.2.p. 598.
6 *Omnis qui audiuit à patre, & didicit venit ad me.2.p.* 597.
Caro mea verè est cibus.2.p. 802.
7 *Sicut me misit viuens pater, & ego viuo propter patrem.2.p.ibid.*

Qui credit in me flumina fluent de ventre eius.2.p. 431.
8 *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est.1.p.51.notabilis expositio ex pag.65.*
Qui videt me; videt & patrem meum.1.p. 42.
Ego sum via, veritas, & vita.2.parte. 644.
Paracletus autem Spiritus sanctus quem Pater mittet in nomine meo.2.parte. 565.
Suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.2.p. 494.
15 *Spiritus sanctus qui à Patre procedit.2.p.* 533.534.

Act. Apostolorum.

5 *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij.2.par.* 514.
15 *Visum est Spiritui sancto & nobis.2.parte,* 505.
17 *Inueni Aram in qua scriptum erat ignoto Deo.1.p.* 225.
Quidam vestrum poëtarum dixerunt Arati.2.p. 437.

Roman.

3 *An Iudæorum Deus tantum, nonne & gentium.1.p.* 173.
Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.2.p. 504.
Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Iesu.2.p. 548.
Ad ostensionem iustitiæ suæ.1.p. 262.
5 *Si enim cum inimici essemus.2.p.* 550.
Commendat Deus charitatem suam in nobis.2.p. 591.
Regnauit mors ab Adam vsque Moysem.1.parte. 104.
Non sicut delictum ita & donum.2.parte. 553.
2 *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati.* 1.p. 278. & seq.
Si filij & hæredes.2.parte. 554.
In quo clamamus Abba pater.1.parte.169.2.parte. 447.
Quis me separabit à charitate Christi.2.p. 471.
Si secundum carnem vixeritis moriemini.1.p. 754.
Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.2.p. 488.
Qui proprio filio suo non pepercit.2.p. 575.
Quis nos separabit à charitate Christi.2.parte. 464.
9 *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.2.p.695.* *Corinth.*
1 *Quod infirmum est Dei fortius est hominibus.1.parte.* 255.
3 *Omnia vestra sunt, vos autem Christi.1.p.* 56.

5 *Eum qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit.1.p.* 284.
6 *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.1.p.* 300.
8 *Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christo peccatis.1.p.* 200.
9 *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.1.p.* 112.
Factus sum Iudæis tanquam Iudæus.1.p. 223.
10 *Factus est nobis à Deo sapientia, sanctificatio & redemptio.1.p.221.*
12 *Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ late, & bene.2.p.* 445.
13 *Charitatem non habuero, nihil sum.2.p.* 442.
12 *Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ.2.p.* 457. *latissimè.*
13 *Si crucifixus est ex infirmitate ex volũtate Dei surrexit.1.p.228*
14 *Nolite pueri effici sensibus.2.p.* 834.
15 *Sicut portauimus imaginem terreni.2.p.* 706.
Scientes quod labor vester non inanis.1.p. 402. *1.Corin.*
3 *Vbi spiritus, ibi libertas.2.p.* 513.
4 *Qui dixit de tenebris lumen splendescere ipse illuxit in cordibus nostris.2.p.* 443.
8 *Propter vos egenus factus est cũ esset dives.1.p.150. & deinceps.*

Galat.

2 *Viuo ego iã non ego, viuit vero in me Christus.2.optimè.* 894.
Iustus ex fide viuit.2.799.optimè ex Hieronimo.
3 *Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum.1.* 148.
Quicunque enim in Christo baptizati estis Christum induistis.
1.p. 347.
Filioli mei quos etenim parturio.2.p. 707.
Si enim data esset lex quæ posset iustificare vere ex lege esset iustitia.1.p. 296.
Concluſit scriptura omnia sub peccato. *ibidem.*
4 *Vt adoptionem filiorum reciperemus.1.p.* 128.
Clamantem Abba Pater.2.p. 521.
6 *Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.1.p.*
307.
Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.1.p. 751.

Epheſ.

2 *Propter nimiam charitatem. 2.p.557.explicatur optimè.*
Mediam parietem maceriæ ſoluens.1.p. 349.
Conuiuificauit nos in Chriſto Ieſu.1. 234.
Qui eratis longè facti eſtis propè,in ſanguine ipſius. 1.p. 285.
Induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt. 1.p. 47.2.p.719.
3 *In charitate radicati & fundati. 2.p.* 800.
4 *Quod autem aſcendet quid eſt,niſi quia, & deſcendit.2.p.*801.
5 *Sacramentum hoc magnum eſt.1.p.& 2.* 260.

Philippenſ.

2 *Donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.2.p.* 785

Coloſſ.

Imago Dei inuiſibilis.1.p. 248.
1 *Eripuit nos de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit nos in Regnũ dilectionis ſuæ.2.p.* 554.
2 *Cum mortui eſſetis in delictis,& præputio carnis veſtræ conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti .2.p.* 866.
In illo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.1.p.217.
3 *Expoliantes vos veterem hominem.1.* 31.
Induens nouum qui renouatur in agnitionem Dei.2.p. 832.

Thimot.1.

3 *Magnum eſt pietatis ſacramentum.1.p.* 204.
6 *Lucem inhabitat inacceßibilem.1.p.* 62. *Thimot.2.*
1 *Apparuit benignitas.1.par.27.breuiter, & bene,latius.* 62.
Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.2.p. 696.
3 *Per lauacrum regenerationis,& renouationis Spiritus ſancti quẽ effudit in nos abunde. 2.p.* 701.

Hebr.

1 *Multiphariam multisque modis.1.p.54. copiosè, & bene.*
Cum ſit ſplendor gloriæ. 687.*& ſeq.optimè.*
2 *Debuit per omnia fratribus aßimilari.1.p.* 43.
Nuſquã Angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ.1.p.558.bene.
Non confunditur eos fratres vocare. 1.p. 200.
Reprobatio quidem fit præcedentis mandati. 1.p. 122.

10 *Sacrificium & oblationem noluisti.1.p.* 116.
Voluntariè enim peccantibus nobis iam non relinquitur hostia pro peccatis.1.p. 163.
11 *Inuisibile enim tanquam visibile sustinuit.1.p.* 250.
Est autem fides substantia rerum.2.p. 822.
12 *In dextera sedis Dei sedet.2.p.* 417.
13 *Christus Iesus heri hodie ipse, & in sæcula.1.p.* 121.
Quorum animalium infertur sanguis.2.p. 806.
Nos habemus altare de quo non habent potestatem edere qui tabernaculo deseruiunt.2.p.837. breuiter, sed optimè ex præcedentibus. *Iacob.*
Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est.2.p.800, *Petri 1.*
1 *Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis. 1.p.300.* *Ioann.1.*
3 *Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.2.p.* 146.
5 *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo.2.p.* 490.
Apocalyp.
1 *Sum primus & nouissimus.1.p.* 105.
2 *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.1.p.* 302.
Vidi Angelum Dei fortem descendentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius.1.p. 183.
4 *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem. 1.parte.* 351.
5 *Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem.2.parte.* 669.
9 *Ascendit fumus putei, & obscuratus est Sol.2.p.* 499.
Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ.2.p. 881.
21 *Ab Oriente portæ tres, ab Austro portæ tres.1.p.* 797.
22 *Ostendit mihi Dominus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum.2.parte.* 766.

FINIS.

TRACTATVS

DE INCARNATIONE.

Ad diuini Verbi Concionatores.

Autore Fratre Ioanne de Ouando, Prouinciæ Sancti Iacobi.

INTRODVCTIO.

IN veteri Testamento occultatio est noui, & in nouo manifestatio est veteris, inquit *Aug. Tom. 4. lib.* Aug. 1. 1. *de catechizandis rudibus, docuit Paul. 1. ad Cor.* 1. ad Cor. 10. dicens: *Hæc omnia in figura contingebant illis. Hinc est vt docet Clemens Alexandrinus, quòd interpreti sa-* Clemens. *cræ Scripturæ is debet esse scopus, vt vetus Testamentum nouo concordet. Quod docuit Christus Dominus Ioan. 5. dicens: Scru-* Ioan. *tamini scripturas: illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, id est, scrutamini: nam ibi me contineri, & concordiam eorum quæ de me locuti sunt prophetæ, cum his quæ facio & in me videtis, inuenietis. Et Matth. 13. Omnis scriba doctus in regno cæ-* Matth. *lorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua & vetera, id est, quemadmodum paterfamilias debet pascere domesticos suos pane corporali, sic omnis doctor pane spiritualis doctrinæ: quod tunc perfectè faciet, si proferat de thesauro scientiæ abscondito in corde suo, vetera antiqui Testamenti & noua legis Euangelicæ: concordando vetus Testamentum cum nouo, figuram cum veritate. Nouum enim Testamentum vetus præcedere debuit: vt in eo essent figuræ & voces prophetarum, qui Christi aduentum annunciarunt. Prophetica autem prænunciatio & Scripturarum concordia maxime ostendunt veritatem nostræ religionis & Euangelicæ doctrinæ: vt latè osten-*

do in Commentariis super Scotum q.2.Prologi 1.& 2.via.

Ephes.5. Ab exordio mundi cepisse figuras Christi, docet Apostol.ad Ephes.5.dicens, Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Quod ipse Adam fuerit figura Christi, docet Apostolus ad Rom.5.dicens. Regnauit Mors ab Adam

Rom.5. vsque ad Moysem, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricantis Adæ, qui est forma futuri. Erat autem figura Christi: quia sicut Adam fuit formatus de immaculata terra, diuina virtute: sic Christus de purissimis sanguinibus virginis virtute Spiritus sancti, vt beatus Andreas dixit ad Aegeam Proconsulem. Docet Augustinus Hom.10.Natiuitatis dicens. Grande nobis mysterium diuina Maiestas in Adæ figura præmisit. Sicut enim cum Deus noster primum Adam facere

August. vellet, non ex coniunctione viri aut mulieris, hominem vt esset effecit, sed accipiens terram, hominem inde quadam arte formauit: ita sine viri coniunctione Deum in virginali aluo incorporari dispensauit. Sicut ergo coniunctio Adæ & Euæ fuit figura coniunctionis Christi & Ecclesiæ: ita formatio Adæ figura fuit conceptionis & formationis Christi. Nec ob aliud scripta

Aug. tomo 4. lib. vno de Catechizandis rudibus. sunt omnia quæ in sanctis Scripturis legimus, inquit Aug. nisi vt illius commendaretur aduentus, & futura præsignaretur Ecclesia.

Hieronym. Hieronymus explicans prædictum locum ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est: docet, totam historiam Adæ vix posse adaptari Christo, dicens, Gregor. Nazianzenus vir valde eloquens, & in Scripturis apprime eruditus, cùm de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo illud & in Ecclesia interpretans non se ita asserat, vt testimonij postulabat dignitas, expressisse: sed quodammodo dixerit. Scio quia locus iste ineffabilibus plenus sit sacramentis, & diuinum cor quærat interpretis. Ego autem pro pusillitate sensus mei in Christo interim & in Ecclesia intelligendum puto: non quòd aliquid Christo & Ecclesia maius sit, sed quod totum quod de Adam & de Eua dicitur, in Christo & in Ecclesia interpretari difficile sit.

Videns itaque primum Adam esse formam futuri, & opera

redemptionis similia esse operibus creationis: quod docet S. Thom. 3. p. q. art. 8. ad 2. ante ipsum D. Aug. Hom. 10. Natiuitatis, dicens. Fuit similis reparatio quomodo fuit & hominis creatio: nullius precibus ad hoc prouocatus, aut disciplina alicuius instructus, sed quendam impulsum Dei ad hoc me mouentis sentiens, in spiritu humilitatis non inanis gloriæ cupidus, seu elatione percitus, aut spiritu superbiæ tactus, Domino non proprijs viribus confidens: hunc tractatum facere decreui, vt mysterium Incarnationis & Natiuitatis Christi sacramentum cum historia Adæ componerem, concordãdo iuxta Clementem vetus Testamentum cum nouo, interpretando (iuxta Hierony. & Gregor.) totum quod de Adam & de Eua dicitur in Christo secundo Adam, & Maria sine viro matre omnium viuentium, vt pro viribus meis mysteria quæ in principio Geneseos continentur panderem, ob multitudinem enim eorum Iudæis ante 30. annum principium Geneseos legere non licebat, autor est Hierony. in proœmio lib. 1. in Ezechielem, diuisi in varios sermones libellum hunc, sequendo formam Tractatus, vt possem autoritates sacræ Scripturæ, quæ de hoc mysterio sunt, latiùs explicare, quàm alij explicant, qui comptos sermones faciunt: vt iuxta Clementem, vetus cum nouo Testamento concordarem, à loco historiæ Adæ, qui iuxta Paulum est forma futuri semper incipio. Liberum autem concionatori erit incipere à loco noui Testamenti, adducendo postea locum veteris. Varijs enim vijs idem terminus, & varijs medijs idem finis acquiritur. vtinam omnes post intermedios fines, qui sunt fines sub fine, acquiramus illum finem legis veteris, qui est Christus: qui finis sine fine viuit cum Deo Patre, qui non est finis sub fine, sed omnium finis: ipsi gloria in sæcula sæculorum sine fine. Amen.

S. Tho. D. Aug. Hieron. Gregor.

ANNOTATIONES CIRCA HOC MYSTERIVM.

CAPITVLVM. I.

Hoc mysterium non est ratione probandum, sed fide credendum.

HOc diuinum mysterium, sicut & cætera mysteria, nullo modo ratione naturali probari potest, sed omnino credi debet, autoritas dicentis debet esse probatio; quomodo non repugnet naturali rationi Theologi in 3. subtiliter ostendunt. More concionatorum breuiter suaderi potest sic, Nil est Deo impossibile quod non habet manifestam contradictionem; hoc mysterium non habet: ergo non est Deo impossibile: paranymphus Gabriel sacratissimam Virgine docuit Lucæ 1. dicens: Quia non erit impossibile apud Deum omne Verbum: quod non repugnet ex parte personæ, probatur, Vnio in Deo non dicit compositionem nec imperfectionem quæ Deo repugnet, ergo ex parte Dei est possibilis: quòd non repugnet ex parte naturæ probatur, quia natura est in perfecta obedientia respectu Dei: ideo potest Deus assumere naturam sine personalitate propria, quæ posterior est ipsa natura. Pro concionatore hoc sufficit.

Ad hanc veritatem suadendam; iuuat, quod Iudæi dixerũt Phinees filium Eleazari fuisse Angelum in carne; ita refert Nicolaus de Lyra Iosue 2. & idem commemorat Iud. 2. Igitur non debent Iudæi negare hoc mysterium, Act. 14. cùm Paulus sanasset quẽdam claudum Lystris, turbæ dicebant, Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Homerus Odyssea. 7. & 8. inquit esse opinionem antiquorum, quod Dij, in figura & habitu pauperum veniebant ad nos.

Ex his potest veritas suaderi sic : ergo saltem vnio Dei ad humanam naturam non reputata est impossibilis apud antiquos: argumentum & processus est Hieronymi lib. 1. aduersus Iouinianum parum ante primam scholiam Erasmi; vbi ad suadendam virginitatem Mariæ refert falsam opinionem antiquorum dicentium, Platonem natum fuisse ex matre virgine: quibus de facili suaderetur virginitas & maternitas beatissimæ Virginis. Verba Hieronymi; ne desiderẽtur, sunt: Speusippus sororis Platonis filius, & Clearchus in laude Platonis & Anaxilides 2. lib. philosophiæ, ferunt: Perictionem matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam fuisse, & sapientiæ principem (puta Platonẽ) de partu virginis, editum fuisse arbitrantur. Arist. primo Post. cap. 2. diffiniens, scire esse rem per causam cognoscere: & quoniam illius est causa, id esse verum, suadet ex hoc; quòd qui ignorant & habent assensum erroneum: tunc existimant se scire, cum iudicant, per causam scire: quamuis non cognoscant veram causam. Sic quamuis supradicti errauerint, nihilominus iam non existimant impossibilem vnionem Dei cum humana natura: & virginitatem & maternitatem posse conuenire simul, insuper optimum argumentum est, quòd Sibyllæ filiæ Gentilium prędixerunt hoc mysterium inter alia plura mysteria. Omnium singulare argumentum est fides, quę teste Apostolo (ad Hæb. 11.) est argumentum non apparentium.

Hieron. *Arist.* *Sibyllæ.* *Ad Hebr.*

De tempore quo facta fuit Vnio Incarnationis.

Cap. II.

VNIO humanæ naturæ ad Verbum, facta fuit, in illo instanti, quo beatissima Virgo Maria dixit: Ecce ancilla Domini, Fiat mihi secundùm verbum tuum: Tunc, in eodem instanti, & caro fuit formata ex purissimo sanguine

Mariæ, & simul fuit animata: & in eodem instanti à verbo assumpta: docet Gregor. in regist. cap. 61. in dictione 4. dicens: Non prius in vtero Virginis caro concepta est, postmodum diuinitas venit in carnem: vt Verbum venit in vtero, mox Verbum, seruata propria virtute naturæ, factum est caro, & perfectus homo, id-est in veritate carnis: Vna itaque persona, est verbum & caro, & 18. Moral. c. 35. Nunciante Angelo, & adueniente spiritu, mox Verbum in vtero, mox intra vterum. Verbum caro. Probatur ex euangelio. Lucæ 2. Et vocatum est nomen eius Iesus, prius quàm in vtero cõciperetur: igitur cum Angelus dixit ad Virginem: Vocabis nomen eius Iesum, nondum Verbum factum fuerat caro, sed postea cum dixit. Ecce ancilla Domini.

Naturæ vnitæ distinctæ sine confusione manserunt.

Cap. III.

MYsterium hoc, consistit in vnione duarum naturarum in vna persona filij Dei, nihilominus *natura humana* mansit in suo esse, *& natura diuina in suo esse.* Ita, quòd ex ambabus, *non fuit facta quædam tertia* natura, vt malè multi hæretici dixerunt, quemadmodum ex elementis fit quædam distincta natura: sed quælibet mansit distincta, sicut cum ramus inseritur arbori, & cum anima rationalis vnitur corpori, est vera vnio, & adhuc res manent distinctæ. Docet hoc Leo Ser. 3. Natiuitatis dicens. Qui in forma Dei fecit hominem, in forma serui factus est homo: & sicut formam serui forma Dei non adimit; ita formam Dei forma serui non minuit.

Basil. Basil. homil. Natiuitatis inquit, Ferrum nigrum quidem est ac frigidum: attamen ignitum candens est ac ignis formam subit, & quamuis ex igne splendeat, tamen sua nigredine ignem non inficit, & dum ardet sua

frigiditate flammam non destruit: præmittens antea, quòd nullum est perfectum exemplum, hoc manifestauit quomodo quælibet natura maneat in suo esse cum proprietatibus suis. De electro dicitur, quòd componitur ex auro & argento, & quòd argentum ad claritatem crescit: aurum autem claritate argenti temperatũ, virtutem suam non perdit: Sic, natura diuina & humana distinctæ manent, & humana acquirit perfectionem sine diminutione naturæ diuinæ.

Ex vnione sequitur communicatio idiomatum.

Cap. IIII.

NAturæ, vt dictum est, integræ & inconfusæ manserunt: sed quia reuera vnitæ sunt in vna persona diuina, sequitur, quòd ea quæ dicuntur de homine, dicuntur de Deo: & quæ dicuntur de Deo dicuntur de homine. Vtpote, si homo est mortalis visibilis, &c. Deus dicitur mortuus, passus pro nobis, Deus est & dicitur omnipotens, si demonstrato Christo, dicitur, hic homo est omnipotens. Ioan. 3. dixit Christus. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo, quando loquebatur cum Nicodemo in terra erat, sed quia iste homo erat filius Dei, propter communicationem idiomatum, verè dicitur quòd filius hominis erat in cœlo: Eadem ratione quamuis humana natura nunquam fuerat in cœlo, dicitur, quòd filius hominis vel Christus descendit de cœlo. Aug. tomo 2. Epistola 57. quæ est ad Dardanum, explicans hunc locum, inquit: Secundùm hominem namq; in terra erat non in cœlo, vbi nunc est, quãdo dicebat; Nemo ascẽdit in cœlum; quamuis secundùm quòd filius Dei erat, esset in cœlo, secundum id verò quòd filius hominis erat, adhuc esset in terra. Laborant Doctores in explicando, quo nam pacto filius sine Patre & Spiritu san-

Ioann.

August.

Bonauent. cto carnem sumpserit Seraphicus Bonauent. in 3. dist. 1.q.2.adducit exemplum de tribus puellis, quę vestiũt vnam illarum trium, quarum vna sola manet vestita, sic omnes tres personę operatæ sunt mysterium Incarnationis, vna tamen illarum, nempe filius, mansit humanitate vestitus. Alexand. Alens. 3.par.quæst.4. méb. 2.adducit historiam Samson. Iud. 14. de cuius voluntate pater & mater acceperunt illi vxorem, solus verò Samson mansit vxoratus: tres ergo voluerunt accipere vxorem: nempè Samson, pater, & mater: sed solùm filius accepit vxorem: sic, impresentiarum, omnes tres personę causarunt vnionem humanitatis: solus autem filius mansit vnitus.

Alexand.
Iud.

Similitudines huius vnionis.

Cap. V.

EST tam ineffabilis ista vnio, & tam remota à sensibus, quod nullo modo potest videri, nec per se ipsam conspici: Quiaverò in omni creatura est vestigium creatoris, vt quod fide credimus melius percipiamus, quærunt Doctores aliquam vnionem similem.

Afferuntur multæ, & ego copiosissimè pertracto hanc quæstionem super 3. Scoti, pro concionatoribus, qui docent rudem populum. Optima similitudo est rami arbori inserti: nam ibi percipit rudis populus, quomodo sub vno trunco sit duplex arbor, & duplex fructus: & cum hoc ad oculũ videat maximè disponitur ad intelligẽdum, quod docet fides de Christo; nempè quòd in eo sit vna persona, & duplex distincta natura. Pro qua similitudine facit illud Iacob. 1. Suscipite insitum verbum quod potest saluare animas, vbi glossa; Verbum diuinũ, quod insitum est & seminatum in die redemptionis S. Thom. inquit sic, Verbum creatum insitum est cordi per prædicationẽ, Verbum increatum in-

Iacob.

Tho.

situm est humanæ naturæ per incarnationem: Natura enim humana ante incarnationem filij Dei, erat tanquam truncus syluestris, qui ad Rom.11.ex naturali excisus est oleastro, & contra naturam insertus est in bonam oliuam. Aliæ similitudines, vtpote, animæ & corporis, accidentis ad subiectum, sunt quidem optimæ vt suo loco dicetur, sed sunt minus manifestæ rudi populo: ideo ista pro concionatoribus est optima ad instruēdum populum. Facit etiam pro hac similitudine illud Apocalyp. 22. Ego sum genus & radix Dauid. Apocalyp.5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Isaiæ 11. Radix Iesse quæ stat in signum populorum. Rom.

Figuræ huius vnionis.

Cap. VI.

VIdetur fuisse figurata hæc vnio, Gen. 17. vbi mutans Deus Abrahæ nomen, vocauit illum Abraham, communicando ei vnam litteram nominis ineffabilis Tetragrammaton, nominibus vtimur pro rebus; Si ergo aliquid sui nominis communicauit, significauit apertè, quod aliquid Dei, puta, diuina personalitas, erat communicanda naturæ descendenti ab Abraham. Humanitas assumpta non habuit propriam personalitatem, & acquisiuit alienam: hoc significatum est cum eadem littera communicata est Sarai vxori Abrahæ, quæ loco, i, suppositæ est littera h, & sic vocata est Sarah, licet inter nos Sara nominetur pro vna littera, quam amisit, alia nominis ineffabilis est sibi communicata: Sic humanitati assumptæ, pro personalitate quæ sibi deest, communicata est personalitas diuina, & facta est vnio ineffabilis. Figurata est secundùm Origenem 2. Periarchon. cap. 6. in vnione maris & fœminæ: de qua Adam Genes. 2. Erunt duo in carne vna. Non abhorret Greg. hom. 38. dicens: Tunc Deus pa-

ter Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit: præmonet autem cauere dissimilitudinem: quia coniunctio nuptiarum fit ex duabus personis, hæc, solùm ex duabus naturis in vna communi persona. Remota dissimilitudine, vtilis erit reliqua similitudo. Hanc similitudinem admittit Thomas Vualdensis, doctrinalis fidei lib. 1. capit. vide alias, sermone 1. & 3.

Omnia attributa relucent in hoc mysterio.

Cap. VII.

IN hoc mysterio diuina attributa relucent, maximè charitas & bonitas diuina, ad Rom. 5. Commendat Deus charitatem suam: quoniam cum adhuc inimici essemus pro impijs mortuus est; Ad Titum 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. Scot. in 4. d. quæst. 2. ad 3. docet: quòd in opere gratiæ interuenit iustitia & meritum Christi. Hoc solum opus est mere gratiæ sine vllis meritis Christi. Clarissime docet hoc Aug. 7. de prædestinatione Sanctorum capit. 15. dicens. Respondeatur quæso: ille homo vt verbo Patri coæterno, in vnitatem personæ assumptus filius Dei esset vnigenitus, vnde hoc meruerit? quod eius bonum qualecunque præcessit? quid egit ante? quid credidit? quid petiuit, vt ad hanc ineffabilem excellentiã peruenirent: id est, prius fuit vnio quàm meritum, quod est opus subsistentis in natura intellectuali. Apparet ergo in hoc mysterio maxima bonitas, & Dei misericordia: testatur hoc D. Aug. 10. de Ciuitate Dei cap. 29. dicens. Gratia Dei non potuit gratius commẽdari, quàm quòd filius Dei manens immutabiliter indueret hominem & 13. de Trinitate cap. 19. inquit: quod in rebus per tempus ortis, nulla fuit maior gratia, quàm quòd Deus fieret homo, & homo Deus.

Apparet quoque hic iustitia: nam proprio filio suo

non pepercit,sed pro omnibus nobis illum donauit 2. ad Cor. 5. Eum qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. De hac iustitia dicebat Dauid Psalm. 30. In iustitia tua libera me. Ad literam petebat liberari de manu Saul: sed in spiritu petebat vt redimeret genus humanum,& liberaret eum de sinu Abrahę, Christus satisfecit pro nobis de iustitia; ideo in eo quod assumpsit carnem ad satisfaciendum pro nobis apparet iustitia,& quod non dimisit Deus offensam mere gratis. *2. Ad Cor.*

Hinc apparet, quomodo in hoc mysterio appareat sapientia Dei, qui adinuenit modum, quo sine præiudicio iustitiæ faceret misericordiam, non despiciens proprij plasmatis infirmitatem, potentia quoque apparet, nam impediendo naturam à propria personalitate, potuit illam sibi vnire.

Hoc mysterium erigit nos in spem, dum videmus quantum nos diligit Deus, nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis, quantum diligeret nos Deus:quid isto indicio manifestius, quàm quòd Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortium, inquit Aug. 13.de Trinitate. cap. 10. & lib. de catechizandis rudibus: quæ maior causa aduentus Domini,nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis: quia cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est, vbi gratior amor est, non æstuat indigentiæ siccitate sed vbertate beneficentiæ: Profluit alter ex miseria, alter ex misericordia: idest,diligere ad aliquid recipiendum, amor est ex suppositione miseriæ:diligere ad conferendum beneficia, est amor ex misericordia, & sermone 22. Natiuitatis (quem nullus Thomistarum citat) inquit, Homo sequendus non erat qui videri poterat: Deus sequendus erat,qui videri nõ poterat. Vt ergo exhiberetur homini qui videretur ab homine, & quem homo sequeretur. Deus factus est homo, idest, Deus est qui amandus est *Aug.to.3.* *Aug.tom. 4.c.4.* *Aug.serm. 22. Natiu.*

ab homine,& qui docere debet hominem:conuenienter Deus factus est homo, vt in carne visibili visibiliter hominem doceret, iuxta conditionem suæ naturæ,

S. Thom. Videndus est Sanctus Thomas.3.parte quæstione. 1.articulo 2. Bernard. serm. 20. in Cantica.Ego hanc arbitror pręcipuam inuisibili Deo fuisse causam,quod voluit in carne videri, & cum hominibus homo conuersari,vt carnalium qui nisi carnaliter videri non poterant, cunctas ad suæ carnis salutarem amorem affectiones traheret: vt ita gradatim ad amorem perduceret

August. spiritualem.August. tomo.4.lib.1.de catechizandis rudibus c.4.inquit. Quæ maior causa aduentus Domini, nisi vt ostenderet dilectionem suam in nobis.

Cùm dicitur quòd Deus descendit, quòd ad nos venit,quòd se humiliauit,quòd seipsum exinaniuit, non est intelligendum,quòd Deus in sua natura se humiliauerit, aut locum mutauerit : sed solùm quòd naturam humanam assumpserit : & quia homo erat Deus , & Deus erat homo,& homo Christus fuit humiliatus, dicitur quòd exinaniuit se, quòd humiliauit se, quòd de-

Pro art. descendit de cælis. scendit:quia humilem naturam sibi vniuit.Aug.epistola .3. ad Volusianum, docet, quod diximus, dicens.

August. Nouit vbiq; totus esse, & nullo contineri loco : nouit venire non recedendo vbi erat: nouit abire non deserendo quo venerat: idest. Deus,secundùm se, nec descendit, nec ascendit, nec venit, nec abit : sed hæc con-

Bernard. ueniunt ratione vnionis, ad humanam naturam, congruit Bernardus dicens. Non venit qui aberat,sed apparuit qui latebat, idest. Deus in se inuisibilis est, quia vnitus fuit humanæ naturæ, & in humanitate apparuit, iustè & verissimè dicitur quòd venit & quòd descendit.

Propositiones negandæ, vel concedendæ in hac materia.

CAP. VIII.

IN Christo est vnica persona diuina, quæ vniuit sibi in tempore naturam humanam: & in hac vnione consistit hoc mysterium. Thomas Vualdensis lib. 1. doctrinalis fidei. c. 42. concedit in Christo tres naturas: puta, diuinam carnem & animam: melius est concedere duas naturas tantùm humanam & diuinam, sic loquuntur omnes; cõceditur tamen quod sint tres substantiæ, sed non tres naturæ. 1. *propos. Vuald.*

2. Ista, persona diuina assumpsit personam humanã, est hęretica, nullo modo concedenda, quia tunc reuera nõ esset vnio: nec beatissima Virgo esset mater Dei, Nam ideo homo est Deus, & Deus homo: quia humanitas nõ existit per se solitariè; & ideo beatissima Virgo est mater Dei, quia non genuit humanitatem per se solitariè, sed hominem Deum.

3. Ista, natura diuina vniuit sibi naturam humanam, est vera: quia prima propositio in hac materia est: quod natura humana est vnita verbo: & quia essentia est idẽ cum verbo, ideo quod immediatè est vnitum verbo, est vnitum essentiæ mediatè: & quia vnio fuit mediatè ad essentiam Pater, & Spiritus sanctus non sunt homo.

4. Ista, essentia diuina est incarnata, conceditur à Magistro in 3. d. 5. concedit eam Medina. 3. par. quæst. 3. ar. 2. sed melius erit eam declarare, & non absolutè pronunciare, nè videamur significare, quòd natura diuina immediatè fuerit vnita carni & facta homo: mediatè dicendum sicut prius.

5. Istæ propositiones: Natura diuina est nata, natura diuina est passa, est mortua omnino sunt negãdæ, quia in abstracto videtur significari, quòd prædicatum cõueniat subiecto secundùm se, in concreto bene conceditur, quòd Deus est mortuus, Deus est passus.

6. Ista, Christus est persona composita ex diuinitate & humanitate, est vera, quia per incarnationem facta fuit vnio harum duarum naturarum in diuina persona Verbi: & hoc sufficit ad hoc quòd dicatur composita.

7. Ista, Deus factus est homo, est vera: habetur in Symbolo: & homo factus est. Ioan. 1. Verbū caro factū est.

8. Ista, Homo factus est Deus, negatur, vt impropria non tanquam falsa: quia solùm significatur, quòd homo est Deus per factionem, si diceretur: quidam homo factus est Deus, non esset tuta: quia significaretur, quod quidam homo præexistens ante vnionem factus est Deus: quod est error.

9. Ista Christus est persona humana: & persona diuina, eò quòd subsistit in natura humana & diuina, est vera omnino: tamen cauēdum est dicere, quòd alia est persona humana alia diuina: quia error est ponere duas personas.

10. Ista, Christus est prædestinatus, est vera: quia est homo non reprobatus: etiam est vera ista, Christus est prædestinatus filius Dei. Sanctus Thomas. 3. par. quæst. 24. art. 1. *S. Thom.*

11. Ista, filius Dei est prædestinatus, est falsa: quia prædestinatio est gratia, & filio Dei omnia conueniunt ex natura, non ex gratia.

12. Ista, natura humana Christi est prædestinata, est vera.

13. Ista, Christus est filius Dei adoptiuus, non est proferenda in concione, sed non est hæretica.

14. Ista, Christus est bis genitus, bis natus in æternitate à patre in tempore ex matre, est vera.

15. Ista, Christus est creatura, non est hæretica, est tamen fugienda in concione, quamuis concedant eam sancti.

16. Ista, Christus incepit esse, nullo modo in concione est proferenda.

17. Sicut in Christo fuit duplex natura, sic duplex vo-

luntas, humana & diuina, insuper appetitus sensitiuus.
18. Voluntas humana Christi, libera absoluta & efficax, semper fuit Deo conformis, oppositum est error: secundùm velle conditionatum voluit non mori, sed absolutè voluit mori: oblatus est quia ipse voluit. Isa. 53. *Isai.*
19. Christus secundùm quòd homo erat minor patre iuxta illud Ioan. Pater maior me est: ideo potuit mereri *Ioann.* sibi nomen super omne nomen, gloriam corporis non gloriam animæ, quam sine merito habuit ab instanti conceptionis: nobis meruit gratiam & gloriam, & omnia quæ ordinantur ad nostram iustificationem, & hoc de iustitia: opus verò incarnationis fuit merè gratis. cætera ex meritis Christi nobis dantur.

IN FESTO NATIVITATIS, CONCIO. I.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c.
Genes. CAP. I.

Verbum caro factum est.

DIVINO afflatus spiritu, quæ multis iam retro actis diebus præterita erant, sine exordio, rhetoricam calcans narrare incipit Moyses dilecti populi dux & legislator omnium prophetarum primus, qui librum Canonicum condidit, dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram, ideſt: Deus qui est causa causarum principium omnis principiati, principiũ vnde dimanat omne aliud principium: supra omne principium tẽporis in æternitate existens: in principio, ideſt in filio: in principio tẽporis, antequam quicquã aliud faceret, cælum terrámq; creauit, ideſt, cæterarum creaturarum quæ sub cœli ambitu cõtinentur: cœlum & terra primitiæ fuerunt, sub cœlo visibili, à quo incipit propheta, quia hominibus loquebatur, quorũ cognitio à sensu habet ortũ: inuisibiles an- *Ruper. & Aug. de ficlio.* *Sub cœlo angeli intelligũtur.*

gelos, cœlos inhabitantes includit: vt docemur diffinitione Concilij Niceni dicentis, Factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Quod docet Apost. ad Colos. 1. In ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Rationi re vera consentaneum non erat, nec Dei sapientiæ quæ attingit à fine vsq; ad finem conueniens, vt præstantissimũ &lucidissimum corpus illud tot astris ornatum, è purissima & incorruptibili constans essentia intellectuali careret creatura quæ sibi præesset: vt domicilium ergo inuisibilium substantiarum, à principio est creatum cœlum istud visibile: sub terra, intermedia corpora inter cœlum & terram includit. Nam statim (inquit) spiritus Domini ferebatur super aquas, de quarũ creatione mentionem non fecerat. Iuxta quod Exod. 31. dicitur. Sex diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab omni opere cessauit: ergo per extrema intellexit media. Sic illud Psalmi 101. Terram fundasti, opera manuum tuarum sunt cęli, ideſt, omnia sunt opera tua. Hierem. 23. Cælum & terram ego impleo, ideſt, Cælum, terram, aërem & omnia ego impleo.

Concil Niceen.
Ratio.
Exod. 31.
Psal. 101.
Hiere. 23.

Gloſſa super illa verba Isaiæ 63. Tu pater noster es Abraham nesciuit nos, Israel ignorauit nos: videns, quòd non facit mentionẽ Isaac, quoq; adiũxisset, nisi per extrema intelligi voluisset medium: terræ iacto primo & firmissimo fundamento corruptibilium rerum, aqua terram cooperiens cum impedimentum creandis animalibus esset. Congregentur aquæ, dixit Deus, appareat arida, vt viuentia, quæ in terra creanda sunt, conseruari possint. Tandem volens Deus, vt posteriora prioribus corresponderent: sicut in principio intellectualem creauerat creaturam: putà, angelos existentes in cœlo, sic in fine volens creare creaturam quæ præesset in terra, alias diuinas personas allocutus est pater, dicens, Faciemus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram, ideſt, faciamus animal vnum ex visibili

Gloſſa.

sibili & inuisibili, mortali & immortali, corruptibili & incorruptibili, corporea & spirituali constans natura, tenens medium inter cælestia & terrestria, caduca & permanentia, transitoria & quæ semper stant: faciamus illud vltimum & perfectissimũ opus, quod è materia cõstans facturi sumus; hoc est, quod præcipuè volumus, hoc est, quod vt vltimum in prædeterminatione nostra est: faciamus illud opus in quod cæteræ visibiles creaturæ ordinantur: faciamus quod ad imaginẽ nostram fit vt nos laudet, & rebus creatis præsit in terra sicut angeli præsunt cœlo: faciamus hominem, qui cæterarum creaturarum continẽs perfectionem supra omnes visibiles ascendens rationem nostræ similitudinis assequatur, & angelos paulominus ab ipsis minoratus imitetur vitæ puritate: faciamus hoc opus specialiori consilio: magis hic reluceat sapientia & bonitas nostra quàm in alijs operibus, vt ita sit; signemus eum sigillo imaginis & similitudinis nostræ: faciamus iam illum incunctanter, herbæ, arbores, cæteráque animantia, quæ futura sunt in escam huic tanti conuiuæ parata sunt. Quid ergo immoramur hominem facere & vt conuiuã vocare, cõditus est paradisus futurus hominis domicilium, elephantes, equi, aurum, gemmæ cæteráque quæ regiæ dignitati sunt necessaria parata sunt, faciamus ergo hominem ad imaginem & similitudinem nostram, qui præsit piscibus maris, volatilibus cœli, bestijs, vniuersæque terræ, omníque reptili quod mouetur in terra. Sumẽs ergo Deus de limo terræ formauit hominem, & inspirando in eum inspiraculum vitæ, factus est homo in animam viuentem, qui constans ex duabus substantijs, putà, corporali & spirituali; secundùm vnam corruptibilis est, sicut cætera inanimata corruptioni obnoxia, & sicut cætera animata rationis expertia: secundùm animam incorruptibilis est, sicut angeli: extendebant alas suas Cherubim; & tangebat ala vna parietem, & ala Cherub secundi tãgebat pa-

rietem alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebũt, homo secũdùm vnam partem sui tangit infima, conueniens cum illis, secundùm aliam partem ascendit ad sublime thronum Dei potẽs videre illum, ibi hominis & angeli intellectus se contingunt, quia omnes idem obiectum beatificũ tangunt.

Licet omnia ista magna essent & varia, & multifariam multísque modis bonitatem, ac misericordiam Dei promulgarent: non tamen potuerunt infinitã Dei bonitatem perfectè manifestare, volens Deus ostendere diuitias gloriæ suæ, & apertius bonitatem suam demonstrare: filium suum vnigenitum dedit, donando quod infinitum erat, suum erga nos infinitum ostendit amorem. Totus mundus in homine continebatur, totius mundi homo compendium & epilogus erat: esse cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis commune habens; parum Deo visum est hoc, nisi Dei & hominis vnionem faceret: vt non solùm microcosmos, idest, paruus & abbreuiatus mũdus in homine esset: sed supra microcosmos, idest, mundus & Deus qui est supra mundum, & totius mundi autor; in vno homine Christo, inueniretur: ideo, Verbum caro factum est, habitauit in nobis, Deus homo factus est, & inter nos natus. Quando carnem sumpsit? quando homo factus est? quando sacratissima Virgo præbuit consensum, tunc caro factum est, vt in præludio dictum est; tunc factio & opus Dei, habuit perfectionem & consummationem: nam nõ datur vltra. Terminus huius factionis fuit DEUS homo: nil maius DEO: nil maius hac factione, perfecta est figura circularis: quia vndique clausa, vndique perfecta talis est litera O, non litera C, cum factio DEI egrediens à Deo habuit terminum ipsum DEUM, carne vestitum, perfecta sunt opera DEI: nam perfectissimum terminum habuerũt. In humana natura, quam DEUS sibi vniuit, quodammodo in vnitatem suppositi cuncta redierunt, in

quantum humana natura aliquid commune habet cum omni creatura: ideo omnis creatura honorata & dignificata est, & totum vniuersum eleuatum & exaltatum.

Las criaturas emparentaron con Dios. In quantum in humana natura Dei existentiam participauerunt, omnium creaturarum est gloria & honor, quòd vna earum ad esse personale Dei ascenderit, præcipue est humanæ naturæ: quia non angelos apprehendit sed semen Abrahæ: Flumina à mari exeunt, iterum mare intrant. Videte symbolum creationis humanæ naturæ quæ ad vnitatem diuinæ personæ redijt. Tunc, cùm Angelo nunciante & virgine consentiente, Verbum caro factũ est: primum iunctum est cum postremo, Deus cum homine; sexto die formato, æternum iunctum est cũ homine temporali, simplicissimum cum summè composito; actualissimum cum summè passo & mortuo, (intellige quòd postea fuit mortuus,) perfectissimũ & immensum cum modico: summè vnum, & omnimodũ cum indiuiduo compositum (natura assumpta non est suppositum, est tamen indiuidua & singularis) & à cæteris distincto homine Iesu Christo: hæc Bonauent. O opus stupendum, ac omnino mirabile: quibus laudibus ac præconijs tantam Dei bonitatem extollam, omnino nescio: ac imparem me agnosco. Quid de hac sacratissima Virgine, quæ hunc quem sine viro concepit, sine dolore peperit, iuxta hunc discursum, dicam, ex Damasceno 4. fidei orthodoxæ c. 15. accipio. Facta est (inquit) domina omnium creaturarum, cum conditoris omnium effecta est mater. *Fue madre de Dios, emperatriz del vniuerso orbe.* Hanc, propter dominum, adorant angeli, adorant iusti, omnisque creatura veneratur: quia eo ipso quòd omnium rerum conditorem, ac dominum genuit, omnium rerum domina ac imperatrix facta est. Mirabiliter (fratres) primus (ille homo) in principio mundi & fine operum sex dierum conditus est; mirabilius secundus Adam in visceribus virginis con-

Bonauent. tom. 2. in itinerario c. 6.

Bonauent.

Damasc.

Formatio Adæ & cõceptio Christi comparantur.

ceptus est, mirabiliter ille primus est conditus: Nam limum vnde illum formauit, ex nihilo creauit: ex nihilo aliquid facere, philosophorum dicentium, quòd ex nihilo nihil fit, transcendit principium, insuper ex materia labili, quæ ad formationem humani corporis non iuuat: hominem ossibus & neruis compegisse: planè mirabile est, humanæ philosophiæ superas commune principium illud, non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato: nempe ex luto vas fictile, ex sanguine caro, neruus, os, ex luto labili non fit durum & consistens os, naturali virtute: sed vas fictile, quia materia adiuuat, & forma parum superat materiam. At verò formare organicum corpus, animæ domicilium, & conueniens habitaculum, planè mirabile fuit. Forma physica materiæ vnita ex materiæ potentia educitur. Mirabile certè fuit, quod forma humani corporis non fuit educta de potentia materiæ, sed de foris aduenit. Hoc sonant illa verba. Inspirauit in eum inspiraculum vitæ, ideſt, immediatè & inuisibiliter spiritualem animam infudit corpori. Mirabile quidem, quod è duabus diuersis substantijs, corporali & spirituali, corruptibili & incorruptibili, vnam per se naturam humanam fecerit. Certè sola manus omnipotentis potuit facere hoc tantum opus, in quo ostendit potentiam, sapientiam & bonitatẽ, dum potuit quod voluit, cognouit quod potuit, voluit, quod cognouit & potuit. Nonnulla possumus quæ inuidia nolumus, nõnulla volumus quæ non possumus, nonnulla insuper quæ volumus, sed ex ignorantia, opere complere non valemus, ideo artis peritos consulimus. Manifesta sunt, omnium quæ diximus, exempla. Deus non sic quomodo hominem formaret cognouit, quod cognouit potuit, ex inuidia summa bonitas, hoc ipsum quod cognouit & potuit, facere non recusauit.

Mirabilius ista omnia in homine Christo relucent, sic primus homo è limo terræ, mirabilius ex purissimis

sanguinibus Virginis formatus est Christus: tunc spiritus Domini ferebatur super aquas, ideſt, incubabat & fouebat dans virtutem; & Dominus inspirauit inspiraculum vitæ in faciem hominis, hic superueniens Spiritus sanctus in virginem, virgine consentiēte: mox verbum in vtero Virginis carni propriæ se vniens caro factum est. Ideo primus homo de terra terrenus, secundus de cœlo cœlestis: præ existebat limus, non existente anima Adæ, quam postea Deus inspirauit, & corpori vniuit: præexistebat Deus in æternitate, in tempore vniuit sibi humanam naturam. E duabus distinctis substantijs (nempe corpore & spiritu) vnam constituit naturam cum informatione, hic creatum in infinitum distans à creatore creatori vnitur summa & maxima vnitate post illam quæ in Deo inuenitur. Nam Christus perfectus est Deus, perfectus est homo, & licet Deus sit & homo, non duo tamen sed vnus est Christus: corpus non dicitur anima, nec anima corpus, hic Deus dicitur homo & homo Deus: vera est ista. Hic homo est omnipotens, ergo maior hic est vnitas sine aliqua informatione, quàm in vnione animæ & corporis, vbi est informatio, & non tanta idiomatum communicatio. Primum hominem creauit Deus rectum, & virtute vestiuit illum, creauit ex ipso adiutorium sibi simile, disciplina intellectus repleuit illos, creauit & illis scientiam spiritus. Eccles. 17. Mirabilius homo Christus formatus est: nam in ipso sunt reconditi thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Non solùm gratiam habebat, sed gratia facta est, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Meruit enim nobis primam gratiam, fidem & redemptionem: ab imperfecto ad perfectum procedere, non multum mirum est, quia omnibus Dei operibus commune est, communia licèt magna sint, non ita miramur. Testis est Augustinus tractatu 4. in Iohannem, dicens: Miracula qui-

Aug. to. 10 Paul.

Eccles. 7.

Eccles. 17.

Ioan. 1.

Augus.

bus totum mũdum regit, vniuersamque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita vt penè nemo dignetur attendere.

Ex limo ossa formasse, opus ab imperfecto ad perfectum fuit: sed quòd Deus factus sit homo, & homo ascenderit ad esse personale Dei & sit Deus, stupendum planéque mirabile. Illic ascendit limus ad esse hominis, limus & homo sub eodem genere continentur: hæc ascendit homo ad esse personale Dei, qui sub nullo genere continetur, illic ascendit limus non descendit homo, hic ascendit homo quia descendit Deus, dicente Paulo ad Philippenses 2. Exinaniuit semetipsum in similitudinem hominum factus, habitu iuuentus vt homo: quod est stupendum planéque mirabile. Ostẽdit Deus potentiam suam, hominem è limo terræ formando maior fuit potentia vnire extrema tam distantia in eadem persona. Ideo Nestorius negans mysterium incarnationis, duas in Christo personas posuit. Manichæi quoque corpus phantasticum posuerunt, reputantes impossibile, quòd humana natura esset fine propria personalitate: ergo isti magis impossibile iudicarunt vnire duo hæc distincta extrema, quàm mundum ex nihilo condere. Iuuat Augustinus ad Volusianum dicens: tota ratio facti, est potentia facientis, ideſt, vnio duarum naturarum in potentia facientis est reducenda, hæc est præcisa & totalis causa, nulla alia causa secunda potuit hoc facere, sed sola omnipotentia facientis. Ideo Dauid postulans incarnationem, dicebat Psalm. 79. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Qui excitat potentiam suam, conatum & impetum facit, vt maiori vi, rem grauem moueat: sic postulat Deum mouere vim suam, vt liberet populum captiuum in Babylonia, sub cuius figura petit libertatem generis humani captiui, dicens: Excita potentiam tuã & veni, ideſt. O Messias Redemptor venture, maxime necessarium est, vt possis descendere à regalibus sedibus tuis, & vnire tibi

Philip. 2.

Incarnatio manifestat fere omnia attributa.

Incarnatio opus fuit diuinæ potentiæ.

August.

Psalm. 79.

humanam naturam, excitare potentiam tuam: nã causa & effectus debent proportionari. Ideo ad portandũ tantum pondus tanta virtus, ad maius pondus maior virtus requiritur, nihil maius excogitari potest nec altius humana natura subleuari potest. Ergo maxima potentia Dei, quã hic postulat Dauid, requirebatur ad subleuandam humanam naturam, ostendit eleganter quod diximus, Greg. homilia natiuitatis, dicens. Quæramus in conditione vniuersæ fabricæ quo seminario vsus sit Deus (quasi diceret nullo.) Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Nulla obsequitur materia (idest sine materia obsequenti mundum fecit) substantia operis sola fuit potentia conditoris. Secundùm hãc ergo potentiam credamus, dominum nostrum absque vllo sexus initio, ex sola fœmina virum creasse, ergo mysterium incarnationis opus fuit diuinæ potentiæ. Nec propterea quod suadetur ex potentia quæ relucet in mundi formatione, imaginandum est maiorem potentiam relucere in creatione mundi. Nã Gabriel. Luc. 1. ex hoc, quod concepit Elisabeth in senectute, suadet Virgini, quod concipiet sine offensa virginitatis: & tamen primum non excedit secundum, imò secundum excedit primum; si secundùm se considerentur. Respectu verò diuinæ omnipotentiæ omnia sunt æquè possibilia: quia nihil ei resistit. Iuxta hoc dicendum est; magis relucere diuinam potẽtiam in opere incarnationis, quàm in opere creationis. Ideo opera creationis appellat nationis, opus potentiæ Dei excitatæ, (*De fuerça è impetu*) Benè inter missarum solennia, mirabiliter cõdidisti, sed & mirabilius reformasti: mirabili quadam vnione animæ & corporis est homo conditus, mirabiliori vnione Dei & hominis, est reformatus, & in pristinam Dei filiationem restitutus. Tot ac tanta mirabilia considerans Isai. c. 12. inquit. Notas facite in populis adinuentiones eius, idest, O Apostoli & Euangelistæ, annũciate & dicite omnibus gentibus, modos mi-

Greg. emis. sen.

Isai. 12.

rabiles, mirabiles adiuuentiones, quas Dominus adinuenit, ad humani generis redemptionem, nullo modo abscondatis sapientiam & Dei bonitatem, quæ præcipuæ in incarnatione relucent (cætera attributa etiam relucent) iustitiam quæ in passione, virtutem ac potentiam mirabilem, quæ in resurrectione & ascensione, eũ ex virtute surrexit à mortuis, & cœlos ascendit Isai. c. 43. Ne memineris priorum antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua, id est, noua longè antiqua superant. *Que no tiene que ver, cosa muy differente como de cielo à tierra.* certe ista est: Nam ille primus homo de terra terrenus, secundus Adam Christus homo de cœlo cælestis, id est, Deus descendens de cœlis, homo factus, non humana ac terrena virtute, sed cælesti, id est, conceptus de Spiritu sancto, in natura non de cœlo erat: vt male dixit Valentinus, hoc dicite, hoc annunciate, annunciate hoc, quod cælum stupeat, quod angeli mirantur, *Dad pregon que venga a noticia de todos tan gran marauilla.* Impium est hoc tacere, nefas est me non commemorari Hieronym. ad Ephes. 4. in illa verba. Induite nouum hominem qui secundùm Deum creatus est, dicentem, Quid in homine qui à saluatore nostro assumptus est, non nouum fuit? conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes, & ad extremum crux & passio: ac si diceret Hieron. Quia omnia noua in Christo sunt, quadam similitudine dicitur creatus (nec tamen dicas Christum creaturam) atque, vt omnia ista noua manifestarentur, cõueniens fuit Deum hominem fieri. Origen. 2. lib. Periarchon. c. 6. inquit. Angustia tantæ admirationis stupore percussa, quò declinet & quò se conuertat anima, ignorat. Si Deũ sentiat, mortalem videt, si hominem putat (intellige hominem tantùm) deuicto mortis imperio ascendere cælos, angelos quoque descendentes videt. Propter mirabilem vnionem, est difficultas ad credendum: ideo fide hic opus est. Omnino ergo fratres stemus firmi &

Isai. 43.

Hierony.

Origen.

stabiles in fide tractat. 36. Iohann. inquit Aug. Si Deū tantùm dixeris Christum, negas medicinam qua sanatus es, si hominem tantùm dixeris, potentiam negas qua creatus es. Vtrumque ergo dicamus; & quòd est Deus, & quod est homo vnus Christus Iesus. Nā sicut vnione animæ ad corpus primus ille Adā factus est homo, & vnione carnis ad Deum Deus factus est homo: sic vnione fidei ad Verbum quod factum est caro cum accessu charitatis efficimur filij Dei, adora spiritum in carne, id est, Deum qui est spiritus in homine Christo existentem & inhabitantem: & tūc ex filio carnali Adæ efficieris filius Dei, non secundùm carnem sed secundū spiritum: si huius mirabilis ac ineffabilis vnionis ignoras modum, quia in creaturis non vides vnionem similem omnino, hoc honor & decus nostrę fidei est, quod talem habemus redemptorem. Audi Iustinum libello de confessione Trinitatis dicentem. Non pudebit me fateri huius vnitionis ignorantiam habere: imò gloriabor potiùs, quòd credam arcana, quæ nec ratio nec mens valet percipere (intellige sine fide.) O magnum sacramentum, salutis principiū: firmiter debemus fratres credere, quòd Deus & homo, vnus est Christus. In mundi exordio factum est vespere & mane dies vnus: sic Deus, qui est lux, in quo tenebræ non sunt vllæ, & humana natura, quæ est sicut vesperæ Dei vmbraculum, atque imperfecta imago, factione media, vnus est Christus ratione vnionis. Videns Adam illam quam de costa sua Dominus formauerat, dixit: Erunt duo in carne vna. Iam Deus, & homo vnus est Christus. Iā Deus sibi vniuit carnem, Illa vnio fuit vnionis huius figura, vt vult Orig. 2. Periarchon. c. 6. Sicut in arcu fœderis, varij coloris diuersæ apparēt columnæ in figura arcus: sic in eadem persona Verbi, duæ inueniuntur naturæ, Exod. 13. videtur scriptura insinuare, quòd altera columna erat nubis per diem: altera ignis per noctē. Sed Exod. 14. dicitur quòd erat vna columna, Deuter. 4. in-

Aug. to. 9.

Iustinus.

Origenes.

quit Moyses, Dominus Deus tuus, ignis est consumẽs, Deus æmulator: verè duæ naturæ, ignis, ideſt, deitatis, nubis, ideſt, humanitatis, in vna columna, ideſt, in vna
Aug. persona Christi conueniunt Aug. 12. contra Faustum, c. 20. inquit, Christus nubes per noctem lucẽs, per diẽ non lucens: vt qui non vident videant, qui vident cæci fiant; vbi Christum nubi comparat: huic vnioni assimilatur vnio animæ & corporis, & rami, arbori inserti, his similitudinibus, tanquã per quandã scalam ascendimus ad cognoscẽdum & intelligendum hoc mysterium fide præstante ducatum. Hoc mysterium est caput omnium articulorum, quæ pertinẽt ad humanitatem, est radix & fons omnium beneficiorũ Dei: stupor est intellectus, stupor est diuini amoris, Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. (*O como campea la diuina bondad y clemencia, echaſe de ver quen Dios es.*) 10. de ciuitate Dei. cap. 29. inquit Aug. non potuit
Aug. gratia Dei gratius commendari, quam quòd filius Dei manens immutabiliter indueret hominẽ. Serm. 9. natiuitatis, miramur Virginis partũ, & nouũ ipsum nascendi modũ, incredulis persuadere conamur, quòd in vtero non seminato germẽ prolis exortũ est: plus est mirãda misericordia, quòd ille qui sic nasci potuit nasci voluit: relucet hic diuina sapiẽtia, maximè relucet charitas ac misericordia, hoc est, stupor diuinæ bonitatis, quia voluit quod potuit. O gaudium, ô supremæ causa lætitiæ, Exultemus in Domino dilectissimi, inquit
Leo Papa. Leo Papa, ser. 2. natiuitatis, & spirituali iocunditate lætemur: quia illuxit nobis dies redemptionis nouæ, repationis antiquæ, felicitatis eternę. O dies omnium dierum desideratissime, desiderauit Abraham videre diem
Ioan. 8 hunc, vt inquit Saluator Iohann. 8. Desiderauerunt cuncti patres qui importunis precibus Christi postulabant aduentum, ingratus erit qui puerperæ tanti pueri non fuerit congratulatus. Iustinus martyr, libello de cõfessione Trinitatis videtur dicere, quòd lux

prima die creata, erat lux distincta à luce quartæ diei quæ postea fuit soli vnita. Seraphicus Bonauent. in 2. dist. 13. ar. 1. q. 2. ad vltimum. Abulensis super Genes. & alij. *Bonauen.*

Dicunt, ex luce primi diei generatam fuisse lucem quarti diei: beatissima virgo Maria verè est lux, cui se vniuit noua lux Christus de cœlo descendēs & eius viscera atque vētrem ingrediens, vt in ea & ex ea carnem sumeret. Sic Dominus Iesus lux vera ingressus & egressus est vterum Virginis: vt compleamus discursum in quo correspondentiam recreationis & creationis ostēdere curamus. Dicamus cū Bernard. serm. 2. de Assumptione. Meritò in te ô virgo respiciunt oculi totius creaturę; quia in te & per te & de te benigna manus omnipotentis, quicquid creauit recreauit. O noua Eua mater omnium viuentium, da mihi vt incarnationem & natiuitatem filij tui dignè possim celebrare. O lux quæ in lucem edidit Christum qui est lux ad obcęcatos, & qui in vmbra mortis sedent, salus ad infirmos, medicus ad ęgrotos, redēptor, ad captiuos: vita ad mortuos, via ad aberrantes à via veritatis. *Bernard.*

Partus Virginis inquit Concil. Tolet. 11. nec ratione colligitur nec exēplo monstratur, Intellige fine fide, tamē suppositā fide Suadetur exemplo lucis, quę sine lęsione & fractione vitri cubiculum & aulam ingreditur. Notat Ambrosius cum alijs quòd statim post cœlum, & terram, primum quod Deus creauit; fuit lux quædam, quę diuisa est à tenebris. Notat insuper, quòd lux est qualitas purissima & perfectissima, & quòd ab illa voluit incipere Deus, qui est lux, & lucem inhabitat inaccessibilem. In quo docemur directè, quod sicut primum hominē lux pręcessit: sic lux ac quędam mentis puritas debet in nobis prędecedere ad recipiendum secundum Adam: puta clara fides illuminans ad cognoscendum hoc mysterium: mentis puritas ad illud dignè meditandum. Peccatum est tenebra & obscuritas mentis. Quemad- *Cōcilium. Nota. Ambros. Simile.*

modum in tenebris nec amicus nec inimicus dignoscitur, plumbum, ferrũ, aut lapides pretiosi: sic peccatum nos excęcat & ambitiosus, honoris cupidus, alienę excellentię inuidus, nullam amici inimicive differentiam facit. Ius fraternitatis violat inuidia, quod in fratribus Ioseph perspicuè conspicitur. Si ad naturale ius malitia & peccatum excęcat, quanto magis ad altissima mysteria contemplanda: quę maximam mentis requirunt puritatem: vbi in vulgata dicitur. Illumina oculos meos, ne vnquam peccem. Paraphrasis Chaldaica habet, Deus meus, illumina oculos meos in lege tua nè vnquam peccem. Qui peccato obcęcatur, qui obcęcatur peccat: quia peccatum est cęcitas & causa alterius peccati, quia vnum peccatum causa est alterius.

Exhortatio ad humilitatem. O quam dignum est ad ascendendum in cognitionẽ huius mysterij, & nostram superbiam frænandam præsentem historiam considerare. Frequenter ego considero principium Genes. & historiam Adæ, videns ferè omnia mysteria nostræ fidei in breuissima historia *Tertul.* contineri. Commemorabo nunc Tertul. lib. de resurrectione carnis, parum post principium, vbi exagerat, quàm honoratus fuit limus, dum à Deo tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur, recogita totum Deum illi occupatum ac dedicatum manu, sensu, opere, consilio: ac si dixisset Tertullianus: Quẽadmodum qui ex iuncis vult facere fiscellam totus est occupatus in quęrendo iuncos, in colligendo & in componendo: similiter cum contingit pauperem habere aliquam quantitatem pecuniæ. (*Todo si leua en pensar hara de Ila: ansi Dios que hare de ste limo de la tierra.* Sic dum Deus limum manibus sumpsit, & de illo hominem plasmauit (metaphoricus est sermo) maximè circa limum est ocupatus & maximè limum honorauit. O limus ad quantum celsitudinis & honoris fastigium ascendisti: ex limo primus Adam, de primo Adam descendit Christus secundùm carnem: quia Eua fuit for-

mata de costa & carne Adæ, dicitur caro de carne, & os de ossibus eius: retinet enim nomen materiæ. Sic dicimus quod limus ascēdit ad esse Dei, id est, de limo formata est caro, quę in Christo peruenit ad esse personale Dei. Nil vilius limo (inquit Bernard. ad Eugenium) ex quo homo formatus est: sed tanta humilitate descendit Deus ad limum, & tanta dignitate eleuauit limum ad Deum, vt omnia quę homo patitur, dicatur Deus pati. O quàm potens est Deus, si descenderis in profundum cisternę, sicut Ioseph: si in lacum leonū sicut Daniel: si in domū laci & in ergastulū, sicut Hierem. inde detrahet te, inde honorabit te: si ascendere volueris in cœlum, si similis altissimo esse desideraueris, in infernum cum Lucifero detraheris, cum superbo Nabuchodonosor inter bestias ambulabis, sicut Datan & Abyrō terra te deuorabit. Superbis Deus resistit, humilibus verò dat gratiam suam, humiles subleuat elatos humiliat humilē Abraham & Iacob, qui in baculo suo transiuit Iordanem, fecit in gentem magnam: superbos principes atque Monarchas destruxit, & redegit in nihilum. Magna erat statuat illa Nabuchodonosor. in qua figurabantur mundi monarchię & principatus: sed lapis abscisus de monte sine manibus percussit statuam, & omnes eius partes contritæ sunt: a creaturis creator cognoscitur, ideo creatura via est deueniendi in cognitionem creatoris. Lucifer Iob 40. dicitur principium viarum Domini: quia inter creaturas natura angelica est prima, & inter angelos iste erat primus & præcipuus, sed iste qui erat principium viarum Domini factus est pater mendacij: quia ipse est qui primum ad parentes nostros pronunciauit mēdacium, & factus est caput superbiæ: de illo dicitur Iob. 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ: e contra Christus factus est caput humilitatis, qui semetipsum humiliauit vsque ad mortem: cum esset Deus de Deo, & humiliari vi à nullo posset, semetipsum humiliauit, cum vita esset, & à

Bernard.

Genes. 37.
Dan 14.

Hierem. 37

Dan. 4.
Num. 16.

Dan. 8.

Iob.

nullo occidi posset: Oblatus est quia ipse voluit. Dominus seruum, magister discipulum, pater filium, vir vxorem, rector ciuitatis ciuem humiliat, seipsum vix est qui humiliet. Paulus dum superbiebat & in discipulos Domini fremebat repente à Deo est humiliatus & in virum alterum mutatus, Dominus, non ille, seipsum humiliauit. Saul humiliatus est, cum accessit ad Phitonissam habitu humili & peregrino, necessitate compulsus non voluntate humiliatus est. Similiter Ezechias, cum audiuit se in breui moriturum: Christus semetipsum exinaniuit, semetipsum humiliauit nullo cogente aut necessitate compellente.

O verè via ascendendi in cœlum, vnde superbus ille deiectus est, locus altus opponitur infimo. Vis exaltari, humilia te, procede modo opposito illi, qui cum se exaltauit humiliatus est: dic cum Iohanne. Non sum dignus corrigiam calceamẽti soluere: dicet Dominus. Quid existis in desertum videre: nonne vides quomodo exaltabat illum? dic cum Centurione. Non sum dignus vt intres sub tectum meum: dicet Dominus, Non inueni tãtam fidem in Israel. Perpetuò illũ magnificat & exaltat Ecclesia, dũ ante cõmunionẽ verba suę humilitatis commemorat, docens filios suos dicere. Non sũ dignus. Dic cũ publicano, Lucę 18. Deus propitius esto mihi peccatori, Dominus justificabit te: dic cum filio prodigo. Pater, non sum dignus vocari filius tuus, Dominus conuiuium tibi parabit & gracanter recipiet: dic cum Paulo, Nihil mihi conscius sum: Dominus dicet: Sufficit tibi gratia mea, vbi sine dubio fuit confirmatio: dixit beatissima Virgo; Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Voluit Dominus vt diceret, Ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Nũquã Dauid superare potuit Goliath armis regis, habitu regio, sed habitu humili nec Heraclius potuit habitu regio ingredi Hierusalem, sed vtens habitu humili, tunc ingredi potuit. O scala, o noua via ascẽdendi in cę-

Iohann.

lum, nisi hęc esset via nunquam filius Dei ambulasset per eam, sed sic debuit ambulare, & ita intrare in gloriam suam. Ad primum Adam & veterem hominem pertinet ceruicem superbię contra Deum origere, terrenis concupiscentijs inhiare : gulę atque ebrietati deseruire, ira exulcerari, zelo atque inuidia exuri, de aliorum felicitate contristari, terrenis incommodis mœrore affici, elatione super alios extolli. Spoliantes ergo *Paul.* vos veterem hominem induite nouum, qui secundùm Deum creatus est (*Abracaos fuertamente con el, aiuſtaos a ſu condicion, haziando os a ſu talle.*) Nam Dominus Christus in principio viarum Domini creatus refertur : qua reconciliando mundum per sanguinem suum, viam mandatorum patris quasi opera eius graderetur, inquit Hieron sicut Tragedijs & Comœdijs eadem persona, *Hieron. in* nunc istam nunc illam personam Cæsaris aut Hectoris *Iob. c. 40.* induit, sic qui peccat induit personam primi Adæ: qui verò opera virtutum exercet, induit personam Christi. Induamur humilitatem, fratres, quia indignum quoque esto, fratres, hæc terrena amare, quia à Deo ad cœlestia conditi sumus & imagine conditoris insigniti : ex vno humiles, ex alio generosos virtutis, & diuinæ bonitatis imitatores oportet nos esse. Si vnũ te deijcit vsque ad puluere, aliud te suscitet, & de stercore erigat : adimpleatur in te illud. Suscitans de terra inopem. Si animæ nobilitas te exaltat, humilitas ma- *Psal. 11* teriæ te humiliet : deprimit vnum, subleuet aliud. In vno agnosce, o homo, humilitatem, in alio agnosce, o homo nobilitatẽ tuam. Ex diuersis eleuabatur & humiliabatur. Ecclesiastes. cap. 1. cum dicebat. Locutus sũ *Eccles. 2. c.* in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia qui fuerunt ante me in Hierusalem, dedique cor meum vt scirem prudentiam, atque doctrinam; & agnoui quod in his quoq; esset labor & afflictio spiritus : eo quod in multa sapientia multa sit indignatio : ac si diceret : possem superbire & ex multa

sapientia eleuari, sed intelligens in hoc quoque esse laborē, humilior & deprimor. Quid est hoc nisi probare vniuersalem propositionem quam premisit; quod omnia sunt vanitas: Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consumata, longam vitam iniusti, Sap. 4. Fratres, Deum nasci humilem, quid est aliud, nisi damnare superbum, nasci pauperem quid aliud est, nisi damnare diuitem? Sic facile est discurrere per singula, dicendo, quod iam incipit iudiciū mundi, incipit à domo Dei, à filio Dei, Si in ligno viridi hæc fiūt, quid in arido? [*Desengano del mundo y condemnacion de su vanidad.*] Est videre Deum in præsepio, videre fundentes lacrymas. Ad hoc se conferant spectaculum nobiles & huius mundi amatores hic videbunt quantum aberrent à via salutis. Cum quidam Leuita in Hierusalem pergeret, & à viris Gabaa non reciperetur, nec haberet hospitium, dixit ad quendam senem: nulla re indigemus nisi hospitio. Omnia Deus condidit ex nihilo, bonorum nostrorum non indiget, solū hospitio cordis nostri indiget. Attollite portas principes vestras: [*Abrid le pecho y voluntad,*] Quia venit hominem conditum de inferis reuocate, de perditione restituere, de terra in cælum leuare, de homine Angelum facere: atque figmentum suum regni sui consortium subleuare. Huius regni cōsortium mihi & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui viuit in sæcula sæculorum. Amen.

Sap. 4.

Iud. 19.

IN

IN EODEM FESTO,

DE EODEM THEMATE.

CONCIO II.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

ADEST dilectissimi Iesu Christi Domini nostri desiderata natiuitas, quam si ex rationabili causa in hunc vltimum sæculum distulit Deus cuius natura bonitas, cuius opus misericordia est: à principio tamen ac mundi exordio immensi sui amoris manifestauit signa: & huius tanti ac ineffabilis sacramenti exhibuit indicia: formando namque hominem de limo terræ, & inspirando in faciem eius spiraculum vitæ, non obscurè significauit quod spiritu sancti virtute diuina illa persona verbi, quæ ex altissimi Dei Patris ore prouidit humanæ carni mirabiliter Spiritus sancti virtute erat vnienda: omisso Athanasio quem S. Thom. & alij sequuntur cognoscentes in vnione animæ & corporis huius ineffabilis vnionis similitudinem, hoc quod diximus antiquissimi Tertulliani libro de resurrectione carnis parum post principium testimonio comprobemus: pertractans enim illa verba: Plasmauit Deus hominem de limo terræ, inquit, Id vtique quod fingit ad imaginē Dei fecit illum, id est, ad imaginem Christi futuri in carne, non tantùm Dei opus erat: sed & pignus: [*que haziando Dios al hombre se empegno en hazerse hombre,*] id est, non oraculo, sed opere in mundum venturum promisit, vel saltem significauit, dum extunc aduentus sui signa dedit: Omnium ergo primus autor ex nihilo omnium conditor, vniuersorum gubernator, cunctorum Dominus: qui iussò & cogitatu omnia sex dierum spatio recto ordine serieque rerum præcedentium & sub-

Athanasio

Tertul.

sequētium fecit vltimo die, vltimam & perfectissimam visibilem creaturam volens facere: qui antea iubēdo dicebat: Fiat lux, fiat firmamentum: cum ad formandum hominem ventum est, mutans vocem imperij in vocē consilij, alloquendo cæteras diuinas personas, dixit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In quo consistat ratio similitudinis sermone secundo de Trinitate, sufficienter dicta est: super hæc verba: Rupertus inquit. Magnum planè cōsilium de nobis peccatoribus habitum est: an putas eorū quicquā, quæ circa nos acta vel agēda sunt nota hoc illic defuisse: planè ibi omnis nostra in medio causa posita est: mors vel perditio nostra quę futura erat illic perspecta est, & inde totum consilium habitum: vt vnaquæque persona suam operis partem susciperet: vt scilicet Pater cōderet, postea in plenitudine temporis filius hominem redimeret, Spiritus sanctus remissionem peccatorum & carnis resurrectionem perficeret. Atque ita communi Trinitatis cōsilio reædificarentur deserta sæculorum laus sapientię creatoris, honor gratię liberatoris, gratiarum actio pietati illuminatoris. Consonat Leo Papa dicens. Diuisit sibi opus nostrę reparationis misericordia Trinitatis, vt Pater propitiaretur, filius propitiaret, Spiritus sanctus igneret ratione iuuari potest hæc explicatio Ruperti: nam ibi actum est de formatione hominis ad vitam ęternam ad hoc enim creabat illum igitur de mediis ad vitam illam consequendam, præcipuum est Incarnatio vnigeniti ad liberandum hominem, ergo ibi actum est de hoc remedio. Paulus ad Ephe. 5. clarè dicit, Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico inter Christum & Ecclesiam; si extunc à formatione Euæ fuit sacramentum magnum, certè fuit consilium magnum: nam non est sacramentum magnū in executione sine consilio magno: aliàs aliquod sacramētum à casu non à consilio esset. Scriptura cœpit exprimere sacramenta magna, ergo etiam per illa verba

Nota.

Rupert.

Leo ser. 3. Pentecost.

Ephes.

cœpit iam manifestare consilium magnum quod ab æterno habitum est : Insuper Isaiæ. 9. de Christo dicitur quod vocabitur magni cõsilij Angelus, non videtur esse aliud magnum consilium, nisi missio Christi in carne, prędestinatio & reparatio hominis per Christum, qui fuit primus prędestinatus, qui meruit nostram prædestinationem, id est, effectus & media, per quæ consequimur vitam æternã. Istud consiliũ nullibi nisi hic videtur expressum, ergo magnũ planè cõsilium de nobis peccatoribus illic habitum est, id est, de peccato nostro futuro, quod Deus iam prouidebat. Magnum plane cõsilium cum Christus in agonia positus orauit ad Patrem dicens. Si possibile est transeat a me calix iste, Magnum plane habitum est, loquens verba, quæ confortare sufficerent, si ipse indigeret. Quia igitur fuit missus à Deo Patre ad annunciandum & reuelandum nomen patris & peragendum magnum consilium redemptionis, iuste dicitur magni consilij Angelus. Ita docet Athanasius lib. 1. de beatitudine filij Dei, Dionysius de cælesti hierarch. cap. 4. Tertullianus libro de carne Christi, Ciprianus aduersus Iudęos lib. 2. cap. 20. Magnum consilium ad passionem videtur referre, & conuenienter: nam incarnatio ad passionem ordinatur; sed ne putares esse purum Angelum, subdidit propheta, Deus fortis, id est filius iste est, Deus consubstantialis patri, quia à patre missus angelus est, non inferioris consilij & administrationis rerum, sed magni cõsilij redemptionis generis humani, magnum plane consilium præcesserat antea in figura inter Moysem & Deum, cum Deus misit illum, vt liberaret populum existentem in captiuitate. Hęc expositio Ruperti quadrat cum illo Isaiæ. 46. Audite me qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua vsque ad senectam, ego ipse & vsque ad canos ego portabo: ego feci & ego feram, ego portabo & saluabo, id est; audite me efficior ad vos, sicut mater ad filios vsque ad senectã; ego ipse, id est, semper quod

Athanas. Dionys. Tertul. Cyprian.

Exod. 3.

Isai. 46.

cœpi continuabo, non retraham misericordiam meam non suspēdam beneficia mea, vsque ad canos ego portabo: Ad maiorem exaggerationem repetit quod dixerat vsque ad senectam. Comparans ergo se Dominus humanis parentibus, ostendit, maiorem curam suorum habere quam parentes erga filios proprios habēt: ideo inquit, vsque ad senectam: ac si diceret: Alij parentes vsq; ad certum tempus portant filios, vsque ad certum tempus alunt & protegunt illos, quia non semper, sed vsque ad certum tempus indigent auxilio parentum: crescente filio, senescente patre, filius non indiget: vt à patre portetur, nec pater portare potest, deficiente sibi virtute qui tandem morte consumitur: Illustrium filij, substantiam quæ sibi contigit, & quam prodige dissipant, à parentibus petunt: ignobiles, qui cibū manu & arte quærunt derelicta proprij parentis domo alienas requirūt, vt potus & cibus sibi ministretur: à Deo autē qui in cœlo est & in inferno adest, nemo fugere potest, Deo, qui omnium rerum est vniuersalis causa omnis homo indiget: ideo bene potest dicere. Ego qui semper sum, qui semper sto, cui vires nunquam deficiunt, semper ego vos portabo, quia nec virtus mihi deficit, nec erga vos meus tepescit amor subiungens causam excludens proprium meritum, inquit. Ego feci, ego feram, ego portabo & saluabo, idest, ego feci vos, ego feram vos: *hæc est potissima causa*, quod specialiter huic populo iuxta historiam dictum est, secundum spiritualem & reconditam intelligētiam de communi salute generis humani accipiamus: & tunc erit sensus. Ego condidi hominem ad imaginem & similitudinem mei: Si similitudo fuerit deleta iterum reformabo: hominē statui, virtute vestiui, stola innocentiæ indui eum: cecidit, erigam illum: si fatigatus & lassus fuerit portabo illum, imponendo eum humeris meis, si captiuus fuerit redimam illum, nō relinquam derelictum: Ego feci, ego feram. [*Hizelo, acueſtas me ha de caer.*] Cum Deus

creasset hominẽ, nec esset alius qui liberare posset, dicebat quidem vt qui opifex fuerat fuisset etiam redẽptor, & vsq; ad consummationem sæculi omnium hominũ vna oblatione facta reparator. Qui enim dat esse & vitam, debet dare quæ requiruntur ad vitam: sic naturæ hominis oculos dedit Deus ad vidẽdum, pedes ad ambulandũ, ex gratia Deus hominem ad vitã creauit æternã, decebat hominẽ à lapsu liberare. Ideo Dauid Psal. 21. in persona Christi postulans diuinum auxilium dicebat: quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: idẽ ad maiorem exaggeratione repetẽs inquit: in te proiectus sum ex vtero de ventre matris meę, Deus meus es tu ne discesseris à me: Hoc nõ allegaret, nisi cõsideraret, quod cõditor debet esse adiutor. Cõsonat illud Pauli ad Rom. 3. An Iudæorũ Deus tantũ, nonne gentium? Quoniam quidẽ vnus est Deus qui iustificat circumcisionẽ ex fide; & pręputiũ per fidem: ideſt. Si Deus est conditor & principium gẽtium (sicut Iudæorũ) etiã debuit saluare & redimere gentes sicut Iudęos, & negatiuè non debuit solũ saluare Iudæos sed gentes: quia Deus & creator est gentium sicut Iudæorum. Similiter illud: nõ est distinctio Iudæi & Greci, idem Dominus omniũ, ideſt, vnus est Dominus: ergo omnes debuit redimere & ad vnam trahere Ecclesiã, vt vnus sit Dominus, vna fides, vnum baptisma. Breuiter igitur dicat cõcionator: quod sicut à principio mundi habitum est consilium de condendo hominẽ: sic etiã de reparando. Et quod dignum & conueniens erat, vt qui fuerat conditor fuisset etiã reparator: & quod hoc consilium secundùm Rupertum exprimatur in illis verbis: faciamus hominẽ: ex eodem loco assignari possunt rationes quare filius carnẽ sumpserit; notando: pater sicut ab intra non procedit ab alia persona: sic non potuit mitti ad extra, & in humana carne apparere. Hoc supposito, inter alias rationes, ex dictis duæ colligi possunt: quare filius potius quã Spiritus sã-

Psal. 21.

Ad Rom. 3

Ephe. 4.

Prima ratio quare filius carnem sumpserit.

ctus humanam assumpserit carnem. Nam Pater ad Filium & Spiritum sanctum habẽs consilium dixit, faciamus hominem. Ordine quodam originis Filius primò producitur, primò ei cõmunicatur essentia & cõsensus producẽdi hominẽ: ergo ipse fuit qui debuit venire ad redimendũ hominem; nõ obscure docet hanc rationẽ Augustinus, hom. 10. natiuitatis dicẽs: Ideo Deus noster filiũ suũ misit ad hominem liberandũ, vt cui dixerat: faciamus hominẽ: ipse etiã liberator esset qui fuerat creator: Quibus verbis docet Augustinus rationem præcedentem, qua probauimus quod cõditor debuit esse reparator: sed nõ concluderet hęc ratio Augustini: quòd Filius potius quã persona Patris, qui simul cũ filio fuit creator, debuit sumere nisi supponeret: quod pater nõ debuit sumere propter rationem assignatã: nec ex hoc quod pater dixit: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã, cõcluderet, quòd potius Filius quam Spiritus sãctus debuit sumere carnem, nisi supponeret ordinẽ & prioritatẽ originis in communicatione essẽtiæ, & communicatione eiusdem cõsilij, cũ eadem essentia. Ad discursum & considerationem altissimã, sunt Scripturæ loca non incongrua, sed satis congrua. Cum Iacob propter cõtinuum seruitium factus fuisset gener Laban, & accepisset duas vxores, dixit illi Dominus: Nunc ergo surge, & egredere de terra, reuertens in terram natiuitatis tuæ cum postea Genes. 32. properaret in occursum eius Esau cum quadringẽtis viris, timuit Iacob, oránsque ad Dominum dicebat. Domine qui dixisti mihi: reuertere in terram tuam & in locum natiuitatis tuæ, & bene faciam tibi: erue me de manu fratris mei Esau: ac si dixisset: dedisti consilium da libertatem, dixisti, reuertere, esto protector & liberator meus, nullus alius fuit qui præciperet, qui consuleret, nullus alius est qui liberet, qui eruat: fecisti primũ perfice secundũ. Cũ & Rubẽ Iudas vellent ducere in Ægyptũ Beniamin, propter fœdus quod pepigerant cum Ioseph fratre suo

Augus.

Genes. 31.

Genes. 32.

dixit Iudas patri suo. Si non reduxero & reddidero eũ tibi ero reus peccati in te omni tempore; cum postea scyphus inuentus esset in sacco Beniamin, & voluisset eum Ioseph vinctum tenere, occurrit Iudas (Genes. 44. ad finem) dicens: ego propriè seruus tuus sum qui in meâ hunc recepi fidem: manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis, Quare hoc? quia dederat consilium patri, vt mitteret filium & efficaciter persuaserat: sic vnigenitus Dei filius qui consentiens cum patre dixit. Faciamus hominem, Videns humanum genus captiuum, vt ascenderet homo cum angelis ad cœlestem gloriam (in qua est Pater) dixit: Ego in humana natura manebo vinctus, ego ero peccati reus, ego soluam pœnam, ego ero cum iniquis reputatus. Consonat Bernardus sermone 2. Pentecost. vbi inquit, Pater vt seruum redimeret Filio non parcit, Filios libentissime seipsum tradit, Spiritum sanctum vterque mittit. Vt declaremus istam interponamus aliam: filius est velut persona media inter Patrem & Spiritum sanctum, ipse conuenienter fuit mediator Dei & hominum.

Genes. 44.

Bernard.

Secunda ratio ex loco allegato colligitur. Ad imaginem & similitudinem Dei cõditus est homo: hãc similitudinem amisit per peccatum: ergo conueniens erat, vt Filius qui est imago Dei inuisibilis Colossenses. 1. splẽdor & figura substantiæ Patris, Hebræ. 1. assumeret humanam naturam ad reparandum naturam quæ facta est ad imaginem Dei. Hanc rationem tangit Bernardus sermone 2. Pentecost. dicens. Ad imaginem fecit illum, ideſt, insigniuit, & quasi sigillo suæ imaginis signauit illum. Verum superuenit falsarius qui indoctis sigillum promittens melius (væ væ) fregit illud quod erat manu diuinitatis impressum, dicens: eritis sicut Dij scientes bonum & malum. O maleuolè, ô maligne ad quid eis huius similitudo scientiæ, sint certè sicut Dij recti, iusti: non est qui reficiat nisi qui fecit: qui non ad

2. Ratio

Coloss. 1.

Hebræ. 1.

Bernard.

imaginem, sed imago & figura est substantię Patris. Le-
S. Thom. ge S. Thomam. 3. p. quæst. 3. artic. 8. vbi secunda ratione docet: quod filius debuit assumere, vt per eũ qui est filius Dei naturalis participaret similitudinem huius filiationis secundum adoptionem: iuxta quod ad Rom.
Rom. 8 8. inquit Paulus: Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui: si conformes filio, ergo filij adoptiui, si filij sui, ergo hæredes. Raptus in contem-
Psalm. plationem Propheta regiæ dignitatis, maximam Dei erga humanum genus misericordiã & amorem considerãs, admiratus exclamat, dicens: quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? ac si dixisset: valde mirum est, rem vilem æstimare: paruã magnificare, inuisam videre, despectam intueri, antiquã memorari, homo impotẽs est virtute, infirmus viribus, caducus, non stabilis: vilis est de limo terrę formatus: ideo valde miror, quia memor es eius: amplius miror magis animo suspẽsus maneo, cum video quod visitas eum. Sunt enim qui aliorum memoriam habeant, quos per litteras & inter nuncios salutant, quos per seipsos visitare renuũt, cupiẽtes ab alij præueniri, & prius
Isai. 94. visitari: tu vero; prius memor prius visitas. [*Entrando te por nuestras puertas.*] Assumpta carne mortali. Huic admirationi optime per Isaiam 49. satisfacit Dominus dicens: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio vteri sui; & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, ac si dixisset, si mulier ex natura sua non recta nec sancta, ideo flexibilis ad amorẽ & odium, vitium & virtutem, indignationem & misericordiam, & vt cõpendio dicam bonum & malũ, non patitur obliuionẽ filij quem genuit. Quid faciet Dominus, cui voluntas potentia, cuius natura bonitas, quæ nõ potest sua benignitate priuari cuius opus misericordia? Certe non potest obliuisci, quamuis obliuisci possit mulier, cuius natura non est bonitas, memor huius diuinæ misericordię

circa humanum genus. Abachuc. c. 3. dicebat. Domine, audiui auditionem tuam & timui, Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud, hoc est: Domine, fecisti me audire: id est, intellectu percipere & cognoscere. Quæ enim per nos scimus visu acquirimus, quæ ab alijs accipimus, auditu. Iuxta quod Ioannes, inquit Christus. Quæcumque audiui à Patre nota fecivobis, ideſt, quæ accepi & didici à Patre. Si Propheta, Domine per reuelationem cognoui auditionem tuã, ideſt, rem illam quam mihi reuelabas: reuelabas autem quod Chaldæi, in quorum medio captiuus exiſtebat populus Iudæorum, vt patet. 4. Reg. vltimo: ſint deſtruendi per Cyrum & Darium: timore correptus permanſi nè fortè Chaldæis pereuntibus ſimul pereat populus tuus, qui in medio eorum captiuus exiſtit. Ideo conuerſus in orationem deprecatur Propheta dicens: Domine opus tuũ in medio annorum, id eſt, Iſraeliticus populus qui eſt opus manuum tuarum, eſt in medio annorum captiuitatis: quia totum tempus captiuitatis non eſt completum (in medio duorum terminorum dicitur eſſe mobile, licèt plus diſtet ab vno termino) Domine viuifica illud opus, id eſt: libera populum tuum, & ne patiaris ſimul cum Babylonis, à Medis & Perſis extirpari penitus, funditúſque euelli. Iſti pauci ſunt qui manſerunt poſt excidium illud & deſtructionem Hieruſalem factam per Babylonios ſub Nabuchodonoſor, nunc eum Babylonij deſtruuntur per Perſas & Medos, remaneãt iſti incolumes, vt tempore Cyri & Darij redeuntes, liberi veniant ad reædificãdum templum tuum, quod eſt in Hieruſalem. Notandum autem quod nihil aliud allegauit Propheta, vt Dominum ad miſericordiam prouocaret, niſi quod Iſrael eſſet opus Domini: ideo dixit: Domine opus tuum, ſtatímque ſubiungit. Cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis, id eſt, nunquam miſericordiæ immemor eris erga Iſrael, qui eſt populus & opus tuum. Sic iratus Dominus in hominem quem ad

Abachuc. 3

4. Reg. vlt.

imaginem & similitudinem formauerat, quia similitudinem per peccatũ amiserat: quasi captiuum terræ tradidit dicens. Spinas & tribulos germinabit tibi: sed misericors pater misericordiæ recordatus, respiciens opus quod ad imaginem sui fecerat, misit filium suum, qui est imago inuisibilis: vt similitudinem (quæ in homine deleta erat) reformaret, & homo per hanc naturam & imaginem visibilẽ redderetur in cognitionem & amorem illius imaginis inuisibilis, quæ est filius. Iuxtą quod Augustinus tomo 4. de incarnatione verbi, lib. 1. capit. 12. inquit. Si facta esset aliqua statua, talis quæ magnitudine sui vniuersum orbem terræ teneret, & pro sui immensitate à nullo considerari posset: fieret autem alia statua habitu atque vultus lineamentis per omnia similis, absque magnitudinis immensitate: vt qui illam immensam considerare atque intueri non possent, hãc videntes illam se vidisse considerent, quia per omnia est similis alteri. Tali quadam similitudine, exinaniens se Filius de æqualitate Patris, viam nobis eius cognitionis ostendit: vt qui in magnitudine claritatis suæ positã gloriam meræ lucis non poteramus aspicere, per splendoris capiamus effectum. Ac si dixisset Augustinus. Deus est inuisibilis à nobis, similiter vnigenitus Dei filius, qui est eius imago, est inuisibilis: quemadmodum esset inuisibilis statua immensa quæ vniuersum orbem occupasset, vt possemus illam imaginem videre apparuit in humana natura (quæ est parua Dei imago) vt per fidem ex multitudine operum mirabilium possemus patrem & filiũ eius (qui est imago inuisibilis) cognoscere: Ideo dixit Philippo, Ioann. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Christus enim secundùm diuinam naturam, imago patris, inuisibilis sicut ipse pater, pater videri non poterat, nisi in aliqua imagine visibili: modò inquit Christus. Sub hac imagine visibili ego facio opera patris mei: vt ergo videri potest pater: qui me videt, videt & patrem meum: nam non alia aut

Simile. Augustin.

Ioann. 4.

maiori virtute faceret pater opera, quæ ego facio: vnico verbo. Hoc docet infra Petrus Chrysologus serm. 3. illis verbis: & in homine se videri voluit: sed quod maius est docet Paulus. 1. ad Timoth. 3. dicens. Manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, id est, in carne visibili Christi: manifestabatur diuina natura & diuina virtus: eò quòd magna & diuina erant opera quæ faciebat. *Paul.*

O mira & immensa Dei nostri charitas. In principio mundi fecit hominem imaginem sui, magna fuit hominis dignitas, Dei habere similitudinem: sed parum visum est Deo nisi faceret quod verè & propriè esset Deus. Ideo in fine sæculorum factus est Deus homo, & homo verè & propriè sine confusione alicuius naturæ fuit Deus, & Deus sic factus homo, hominibus similis factus est. Iuxta quod ad Hebræos. 2. inquit Paulus. Vnde debuit per omnia fratribus assimiliari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, postquam dixerat, nunquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ: vbi significauit, quod assumpsit naturam humanam ex semine Abrahæ, statim dixit. Debuit per omnia fratribus assimiliari, id est, dempta culpa debuit habere omnes proprietates naturæ passibilis, quia omnes illæ deseruiunt pro materia meriti: vt pati famem, sitim, laborem & paupertatem. Ideo infans natus plorabat, vt homo dolebat, vt homo & iacebat in præsepio: non solum paulominus ab angelis, sed etiam ab alijs hominibus minoratus. Nam quis hominum in præsepio fuit positus, quis inter duo animalia constitutus, qui pecuniæ pretio locum in diuersorio non sibi comparauit? tanto melior angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui aliquando angelorum dixit: Filius meus es tu, id est, nominis excellentia ostendit excellentiam, quam habet ad omnes creaturas: iuxta hoc dicamus, tanto magis humilior effectus omnibus hominibus & angelis, quanto præ illis etiam potest *Ad Heb. 2.* *Ad Heb. 1.*

dicere: Tu fili mi, humiliatus es, pauper factus es, &c. Hæc humiliatus est filij Dei: quanto maior erat eius humilitas. Nullius enim alius humilitas, erat humilitas filij Dei: Consignificando ergo vtrumque simul, quanto maior erat tanto eius humilitas maior erat: quia erat humilitas hominis Dei: ô immensa Dei nostri bonitas qui sic voluit se humiliare, & in hunc mundum descendere, vt homo ascenderet & sublimaretur. Quod descen-
Philip. derit Deus in symbolo canitur, dum dicitur: descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto. Ad Philip. 2. exinaniuit semetipsum, in similitudinem hominum factus, habitu inuentus vt homo: quod humana natura ascenderit, ex ipsa historia fidei constat: si subiecta est ad esse personale Dei constat: quod maxime ascendit
Aug. to. 7. & maxime honorata est, docet Aug. de prædestinatione sanctorum. cap. 15. dicēs: prædestinata est naturæ humanæ tanta & tam excelsa & summa subuectio, vt quo attolleretur altius non haberet: sicut pro nobis ipsa diuinitas quousque se deponeret humilius non habuit, & tomo 1. libro de vera religione. 16. nō procul à principio, demonstrauit nobis quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura. Quomodo ascendit homo ô fratres! vtique descendente Deo, eo ipso quod Deus descendit vniendo sibi humanam naturam ascé-
Exod. 19. dit humana natura, Daturus Deus Moysi legem descendit in montem, ascendit Moyses cū descendit Deus, descendit Spiritus sanctus sanctificans virginem: descendit vnigenitus Dei filius carnem sumens ex Virgine. Ascendit Maria ad esse maternitatis, ascendit humanitas assumpta ad esse personale Dei. Dauid de postfœtantēs accipitur & solio regio collocatur: profugus à facie Absalon à regia authoritate descendit; in vno eodemque exaltatio & humiliatio inuenitur, & significatur vt potest, quomodo Christus secundum humanam naturam ascenderit, & quomodo secundum diuinam descenderit.

Non ascenderet homo nisi descenderet Deus: nam quis hominem posset suscitare, nisi Deus descenderet vt illum subleuaret? Eliseus incubando super puerum eum suscitauit, nisi humiliaretur non surgeret puer. In throno erat Assuerus, sed descendit de throno vt subleuaret Hester quæ erat pulchra nimis decora facie. O res mirabilis! quid magis mirabor, quod descenderit Deus an quod descenderit homo? Vtrumque mirum, eadem actione vnitionis humanæ naturæ ad Deum, factum est: sed quia duo extrema vnita sunt vt duo, puta, ascensum & descensum humana ratio considerat, si valde mirum, quod homo puluis è limo formatus, ad personale esse Dei ascenderit vt ex parte iam tetigi sermone præcedēti, longe mirabilius, quod Deus descenderit. Quod adumbratum est in historia Ezechiæ, cui cum per Esaiam Dominus salutē promisisset, & Ezechias signū postulasset, (quod antiquis patribus cōmune erat,) dixit Isaias, annuendo sibi, quod postulabat. Vis vt ascendat vmbra decē lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus? respondit Ezechias, Facile est vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Hoc fuit magis mirabile. Valde mirabile fuit, quod homo ascēderit ad esse personale Dei, mirabilius quod illa domini maiestas descenderit ad esse hominem.

4. *Reg.* 4. *Hest.* 15. *Isai.* 38. 4. *Reg.* 20.

Non fecit hoc Deus, fratres, vt sibi aliquod bonum acquireret. Primò, quia bonorum nostrorum non indiget, Secundò, quia ipsum quod est descendere non est acquirere, sed descendit vt dicitur in symbolo, propter nostram salutem, vnigenitus siquidem Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes, nostram naturam assumpsit, vt homines Deos faceret, factus homo, inquit Sanctus Thom. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus, inquit Ioann. 1. cap. 3. Despiciebat Michol Dauid, quia ludebat coram arca Domini: nè despiciamus fratres

Ioann.

Christum, quia humilis ad nos venit ludens in orbe terrarum: quia totum hoc factum est, vt nos sublimaret, & dæmonibus terribiles, Deo patri gratos redderet. Quandoquidem (inquit Augusti. 13. de Trinitate cap. 7.) Sic potuit Deo coniungi humana natura: vt fieret vna persona, superbi illi maligni spiritus non ideo se audeant homini præponere: bonus quoque angelus Apocalyp. 22. Ioanni volenti eum adorare dixit: Vide ne feceris, conseruus tuus sum ego, ecce quomodo post incarnationem mali & boni spiritus non se volunt homini præponere. Agnosce, ô homo, dignitatem tuam, & noli te in vilitatem vitiorum deijcere: O quàm vilis facta est nimis iterans vias tuas. Pro nunc explicemus sic: In honore conditus fuit homo primus, vilis factus est per peccatum, iterum restitutus est in honorem cum Christus nostram assumpsit naturam. Si nunc redit ad peccatum sibi cõuenit illud Hierem. qui ad literam loquitur contra frequentem vsum peccandi Chrisost. homi. 4. super cap. 2. ad Hebræ. inquit: Compellor gemere vbi nos Christus extulit & nos ipsi deijcimus. *Christo a honrarnos nosotros a deshonorarnos*, Fratres, qui stat, videat nè cadat: ac si dixisset. *No ay seguro, conuiene velar.* Stetit quondam dilectus ille Dei populus, qui per idolatriam tandem per Christi persecutionem omnino cecidit, exceptis aliquibus. Stetit Iudas qui tandem cecidit. *No ay en la casa de Dios perscripcion, ni alegar derecho.* Quod in parabola de vinea data alijs agricolis, & in ficu quam Dominus maledixit, clarè ostenditur.

Augusti. *Apocal. 22* *Exhortatio ad mores.* *Hierem. 2.* *Chrisost.*

Leo Papa. Sermo. 1. Natiuitatis, agnoscens dignitatem humanæ naturæ, exhortans nos ad bonum, & auertens à malo, obiecrando inquit. Agnosce (ô Christiane) dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Ambros. etiam li. 7. in Lucam. c. 15. inquit: Qui accepisti imaginem Dei, qui habes similitudinem eius,

Leo. *Ambro.*

noli eam irrationabili fœditate consumere. Petrus Chrysologus serm. 2. de incarnatione Christi, inquit, Homo quare tibi vilis es, qui tam pretiosus es Deo? quare sic honoratus à Deo te ipsum taliter inhonoras? quare quæris vnde factus sis, & ad quid factus sis nõ requiris? ac si dixisset; Maximè debemus respicere finem ad quem creati sumus. Iuxta quod Hiere. Threno. 1. inquit. Sordes eius in pedibus eius, & non est recordata finis sui, ideſt: sicut aliquando contingit, pedes menstruatæ sordidos esse menstruo decurrẽte per oram vestimentorum: sic Hierusalem sordida est. Hispane, *Está metido de pies en el lodo*, & non recordatur finis sui, ideſt, non recordatur punitionis, & destructionis venturæ. Sic peccator dum peccat sordidus est, & non recordatur æternæ pœnæ & supplicij, & quod malis est paratum. Vt ergo possitis æternam fugere pœnam & beatam cõsequi vitam, deponite vos secũdùm pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundùm Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis: propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem, ac si dixisset: nolite secundum pristinã conuersationem imitari veterem Adam, qui errauit, sequendo desiderium similitudinis Dei, sed induite nouum hominem, id est, induite Iesum Christum, sequendo vitam eius, quæ est in iustitia & sanctitate. Antiqui patres scientes Deum non obliuisci opus manuum suarum Isaiæ. 64. dicebant nunc: Domine pater noster es, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarũ: ac si dixissent: tu es fictor noster quãtum ad causam materialem, (quia ex luto nos fecisti) sed es Pater noster quantum ad partem formalem, secundum quam creati sumus ad imaginem tui, & vt filij possumus adoptari ad hæreditatem & vitam, vt declararet non esse filios naturales sed adoptiuos, copulatiuè di-

Petrus Chrysolo.

Hierem.

Ad Eph. 4 Sic explicat Liranus Ioan. 2. epistola ad Valerium S Th. super istum locũ. Sed & Hieron. congruit cum illo ad Ro. 13. Induimini Dominum Iesum Christum Isai. 46.

xit: Tu Domine pater & fictor, id est, in nobis est filiatio sine consubstantialitate & æqualitate, sed cum inferioritate & subiectione: quia fictor & pater non debes irasci in perpetuum, sed potius debes nostri misereri. Fratres quia populus Dei omnes nos & omnia desiderabilia nostra versa erant in ruinam, & similitudo Dei in nobis deformata erat, misit Deus filium suum, vt reformaret illam, nolite animam vestram vitijs fœdare, & naturam tam nobilem bestijs similem facere: sed agnoscens vnusquisque dignitatem suam, stet purus, stet sanctus, similis Deo qui sanctus est, vt in hac sanctitate & puritate viuentibus donet Deus æternam vitam: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius.

IN EODEM FESTO

CONCIO III.

Vidit Deus cuncta, & erant valde bona.

CVNCTAS visibiles creaturas Deum in hominem quem vltimò formauit ordinasse, libri Geneseos principium ostedit, dicens, Dominamini piscibus maris: si de cœlo dubitas, audi legislatorem ac ducem Moysem, Deuteronom. 4. dicentem. Ne fortè oculis eleuatis ad cælum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Deus tuus, in ministerium cunctis gentibus. Chrysostomus tom. 1. Homil 4. de verbis Isaiæ hanc veritatem probat sic: Non assumpsit corpus cœli, sed corpus hominis: ergo omnia propter hominem fecit, & quia præcipuè terrena animantia propter hominem fuerunt, sexto die cum homine creata sunt secundùm Rupertum, assecutus est hanc veritatem Aristoteles. 2. Physicorum. text. commen-

Deut.

Chrisost. tom. 1.

August. 2.

meh.24.vbi inquit: Vtimur tanquam propter nos omnibus quæ sunt: sumus enim quodammodo & nos finis. Bernardus sermo.2. Pentecost. inquit. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus gratuita benignitate: omnia propter electos suos, scilicet pro eorum vtilitate: fuit ergo mundi emblema. *Esmaltey clauque cerro, perficiono y acabo la perfecion del mundo.* Nam homo quendam decorem omni creaturæ præstitit: Quē- admodum enim licèt quælibet cordam lyræ sit sonora, sicut & quælibet vox, tamen cum plures voces simul sunt concinnæ & consonantium habent tunc quidam nouus gradus resultat bonitatis: sic quamuis quælibet creatura per se esset bona, omnes tamen simul sunt magis bonæ. *Bernard. Prouer.16.* *Simile.*

Ideo post creationem hominis, inquit sacer textus, quod vidit Deus cuncta, & erant valde bona: quare? quia vicens hominem, vidit sui & incarnationis verbi diuini imaginem. Quòd homo sit imago Trinitatis dictum est sermone. 2.de Trinitate, & docet Ricardus de sancto Victore 3. de Trinitate cap. 9. dicens. Miraris quomodo in natura diuina sit plus quàm vna persona, vbi non est plus quàm vna substantia, nec tamen æquè miraris quomodo in natura humana sit plus quàm vna substantia, vbi non est plus quàm vna persona. Habet itaque homo, quid per contrarium debeat æstimare de Deo suo. Conferamus in vnum quæ ratio ratiocinando inuenit in natura diuina, & ea quæ experientia reperit in natura humana, vtrobique vnitas, vtrobique pluralitas: in natura diuina vnitas substantiæ & pluralitas personarum, in natura humana pluralitas substantiarum & vnitas personæ. Quòd etiam sit imago incarnationis docet Athanas. in symbolo dicens: sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Quòd ipsum mysterium incarnationis sit imago mysterij Trinitatis, docet Bernardus sermo.2. natiuitatis, vbi loquendo de prima hominis for- *Ricard.* *Athanas.* *Bernard.*

matione, inquit. Prima coniunctio ex duobus (nempe ex anima & corpore) secunda (putà incarnatio) ex tribus, vt discas ex hoc ipso ad sacramentum accedere Trinitatis. Gradatim ergo ascendit Deus, creat terram, vt terra producat herbas, diuidit aquas. Denique creat hominem in quo posuit suam imaginem, & simul exẽplar suæ Incarnationis, & in sua incarnatione exemplar Trinitatis: Nam sicut ibi tres personæ & vna essentia, sic in mysterio Incarnationis tres sunt substantiæ: nempe, caro, anima, & diuinitas, & vna sola est persona. Seraphicus Bonauentura tomo 2. opusculorum in itinerario cap. 6. ad finem, comparans propria personarum cum diuina essentia, inquit, Deo esse multa mirabilia: nempe quòd stat vnitas essentiæ communis cum proprietate personarum, verba eius sunt: Miraris communicabilitatem esse cum proprietate; consubstãtialitatem cum pluralitate, coæqualitatem cum ordine, & æternitatem cum productione, coæternitatem cum emissione: ac si dixisset. Mirum est quòd vna persona sit æterna cum altera, & quòd procedat ab illa: insuper quòd vna persona mittatur ab alia, & quòd sit intimo præsens & vnum cum illa: & alia mirabilia, quæ quilibet potest ibi videre, ostendens quomodo ijs similia reperiantur in mysterio incarnationis, inquit. In Christo stat personalis vnio cum Trinitate substantiarum, stat omnimoda consensio cum pluralitate voluntatum, stat Dei & hominis comprædicatio cum pluralitate proprietatum, stat coadoratio cum pluralitate naturarum (ideſt, vna adoratione adoratur vtraque natura.) In hac cõsideratione est perfectio illuminationis mentis, dum quasi in sexta die videt hominem factum ad imaginem Dei. Hæc S. Bonauent. Ex dictis sensum non verba referendo humanam poterit concionator magnificare naturã, quia est imago incarnationis Christi & Trinitatis, & potest colligere quomodo gradatim ascendit Deus ab imperfecto ad perfectum, in creatio-

Hæc Bernardus.

Bonauent.

Attente legat concionator.

ne mundi. Perueniens autem ad imaginem suæ diuinitatis & huius mysterij, conuenienter dictum est, omnia esse valde bona, id est, summè bona: nam ad esse Dei peruenire non potuerunt creaturæ, peruenerunt ad Deum secundùm esse imaginis, ergo non fuit amplius bonum quod posset post hominis formationem expectari. Ideo conuenienter dictum est: Vidit Deus cuncta, & erant valde bona. Totum nostrum discursum non obscurè complectitur Petrus Chrysologus, sermone 2. de Incarnationis sacramento dicens: Tota ista quam vides tibi facta est mundi domus: tibi terra floribus, nemoribus, fructibus est deputata, tibi creata est in aëre, in campis, in aqua speciosa continens, mirabilis animantium multitudo: nè gaudium tristis solitudo cõfunderet; ecce quomodo propter hominem omnia fecit Deus. Sequitur: dedit tibi animam de cœlo, dedit tibi corpus de tetra: vt in te nexa cæli terræque concordia seruaretur, adhuc adijciat ad honorem tuum, tuus creator excogitat, in te imaginem suam ponit, vt terris inuisibilem conditorem visibilis imago præsentem poneret. Si ista ita sunt, quare modò putatur iniuria quãdo Deus quod per se fecit in te clementer excipit, & in homine se verè videri voluit (nota) in quo ante imaginario voluit se videri, dedítque vt proprietas esset ipse qui ante vt similitudo esset, acceperat. *Pet. Chrys.*

Notanda sunt omnia verba huius sancti. Primo dicit: cuncta creata esse propter hominẽ: Secundo quod fecit hominem ad imaginem sui: vt inuisibilem conditorem visibilis imago præsentem poneret in terris. Tertiò docet, quòd si Deus non est dedignatus facere hominem ad imaginem sui, quid mirum quod nõ fuerit dedignatus assumere naturam humanam: ac si diceret: Primum fecit propter secundum: qui crediderit fecisse primum credat secundum. Ex quo sequitur, quod ab exordio formationis hominum cæpit suadere possibilitatem incarnationis: tandem subiungit illa

verba notanda. (*Deditque*) vt proprietas esset ipse qui ante vt similitudo esset, acceperat. Quæ verba sic intelligo. Ante incarnationem dederat Deus homini vt esset similitudo Dei: tamē non erat homo Deus, sed imago Dei: postea per incarnationem dedit homini, vt nō solùm esset Dei imago, sed quoque verè & propriè esset Deus. Iuxta prædicta optima figura habetur Gen. 28. vbi dicitur: quod cum Iacob iter faceret in Mesopotamiam, peruenit ad quendam locum, volénsque ibi requiescere, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponēs capiti suo dormiuit in eodem loco, & in somnis vidit scalam: postea euigilans exurgens Iacob mane tulit lapidem quem suppossuerat capiti suo: Nota quod primò dicitur Genes. 28. quòd tulit de lapidibus: postea dicitur, quòd tulit lapidem quem suppossuerat capiti suo, hic habet fundamentum quod docet Nicolaus, ibidem ex mente Hebræ. nempe quod suppossuit tres lapides qui connexi sunt in vnum lapidem: hoc ipsum refert Galatinus li. 2. de arcanis. Hic significata fuit vnio trium substantiarum in Christo: erat enim substantia corporea anima, & diuina natura, & vna diuina persona Christi. Quamuis enim ibi significata fit vnitas diuinarum personarum cum essentia diuina, non obstat, quin significata fuerit vnitas huius mysterij, nam hæc vnitas est similitudo illius diuinæ vnitatis, vt dictum est.

Genes. 28. *Nicolaus.* *Galatinus.*

Pro exordio sermonis consequenter dicat concionator: magnum est mysterium quod absconditum fuit à sæculis & generationibus, id est, quod antea lumine naturali nulli fuit cognitum, lumine diuino pauciſſimis fuit reuelatum: nunc voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius quod est Christus. Huius sacramenti *à principio mundi* in formatione hominis præcessit quædam similitudo; nā sicut anima & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus: sicut tunc ante creationem hominis, quamuis multa feciſſet Deus, non viderat quod cuncta essent valde bona: quia

perfectissimum visibile opus deerat, quod totum mũdum diuina Dei similitudine decorabat: sic omnia mysteria veteris legis ante istud mysterium imperfecta erant, & velut corpus sine anima, & quasi aqua insipida: hoc sacramentum sacramentum perfectissimum est, totius legis finis, sacramentum est à cunctis gentibus desideratum: audientes enim hoc sacramentum commotæ sunt & desiderare cęperant illud, relicto cultu idolorum, hoc desiderabãt tanquam omne bonum, per hoc sacramentum (quod est Christus) habebat Paulus gratiam & Apostolatum, per hoc est salus vsque ad extremum terræ; sine cognitione huius mysterij non est vita æterna, quæ est aggregatio omnium bonorum: dicente Domino Saluatore: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te & quem misisti Iesum Christum. Cũ Moyses Exod. 33. Loqueretur ad Dominum, videns se diligi ab eo, dixit ei: si inueni gratiã in conspectu tuo ostẽde mihi gloriam tuam: cui respondit Dominus: Ego ostendam omne bonum tibi, cum transierit gloria mea ponam te in foramine petræ, id est, ostendam tibi omne bonum quod ostendi potest in hac vita. Cum autem transierit gloria Domini: & transitus non competat nisi rei corporeæ, sine dubio aliquam similitudinem hominis glorioſi ei ostendit. Fauet Augustinus tomo 8. explicans illud Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: vbi citans hunc locum Exodi, inquit: quia erat Dominus opportuno tempore carnẽ susceperturus, vt oculis etiam carnis appareret: hoc prædicens Moysi figuratè ait: Faciem meam videre non potes, posteriora mea videbis cum transiero: & post pauca transite quid fuit Domino, nisi quod Euangelista dicit: Cum autem venisset hora vt transiret Iesus de hoc mundo ad patrem: ergo intellexit Augustinus, quod aliqua Christi corporalis figura transierit, quod videmus adimpletum in transfiguratione Domini, quando assumens tres discipulos, non permanenter sed in transitu mutans vultus

Ægei. 2.

Ioan. 17.

Exod. 33.

Aug.

Protransfiguratione.

figuram transfiguratus est ante eos, vbi apparuerunt Moyses & Helias cum eo loquentes: ostendit ergo Deus Moysi vt videtur mysterium incarnationis, quod est omne bonum & cætera quæ Moyses viderat in mõte de tabernaculo construendo, &c. Quæ omnia nec erant omne bonum, nec valde bona, solùm hoc mysterium fuit omne bonum. Ad hoc alludit Paulus ad He-
Hebræ. 1. bræos 1. cum inquit: Multifariam multísque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, ac si dixisset. Paulus iuxta nostrum propositum, quemadmodum Deus producens hanc mundi machinam seruãs naturæ progressum, procedens ab imperfecto ad perfectum emittens vocem nunc dicebat: Fiat lux, nunc fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, vsque dum dixit: Faciamus hominem, quem cum fecit vidit cũcta bona, & quieuit ab omni opere quod patrarat: Sic antiquitus quotidie per prophetas multis modis loquebatur, id est, varijs locutionibus: nam aliquando obscurè, aliquando clarè, aliquãdo nudè, sine metaphora; veritatem dicebant: & vnam & eandem veritatem multis modis non vno & eodem modo manifesta-
Isaiæ. 7. bant. Nam Isaias. c. 7. clarè dixit: Ecce virgo concipiet, eandem veritatem per metaphoram prædixit
Ezech. Ezechiel. c. 44. dicens, Porta hæc clausa erit peccato, sed cum nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula, & in quo sibi bene complacuit, videns omnia quæ illum venturum figurabant esse completa, videns omnia perfecta & valde bona dixit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Ideo videns omne bonum & cuncta bona, cessauit loqui per prophetas: nam lex & prophetæ vsque ad Ioannem, qui non à longe (sicut prophetæ) sed prope proprio digito agnum Dei demonstrauit, dicens. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Magna fuerunt antiqua sæcula, magnæ Dei locutiones oracula & signa, magnus dux & legislator Moyses, maior nunc Christus, quia per ipsum fecit pater Deus sæcula. *Cara a cara se estuuieron mirando,* quando factum est cælum, cuius regularissimus motus causat tempus & sæcula, & cum filio habuit consilium quando dixit faciamus hominem, &c. Ideo iustè subiecit illi cunctos homines, hoc est, constituit illum hæredem vniuersorum: iuxta illud Psalm. 2. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: Cum prædictis consonat Simeon senex, qui Lucæ. 2. dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum: ac si diceret: Præstolabar solamen Israel, quod erat Christus, dum non veniebat in hoc corpore, conclusus etiam quasi in carcere & ergastulo, & nullo modo exire poteram ex hac vita, quia responsum acceperam non visurum me mortem, nisi prius viderem Christum Domini. Nunc videns hoc summum bonum, quod sperabam lætus moriar, nil amplius videre desidero, quia bonum amplius desiderabile nullum est. Præcessit hoc figura. Genes. 46. vbi Iacob senex videns Ioseph dixit. Lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo; eo ipso quòd hoc mysterium est omne bonum debemus ipsum diligere & amare, quia naturale est imperfectum diligere perfectum, pars suum totum, effectus suã causam & principium, monstrum est & vitium includit relicto summo bono diligere minus bonũ: Hoc ergo bonum quod est omne bonum, quod omnes patres desiderarunt est quod nunc, fratres, præsens habemus.

Psalm. 2.

Lucæ 2.

Genes. 46.

Hoc bonum erigit nos in spem dum videmus quantum nos diligit Deus: ideo inquit Augustinus, tomo 3. 13. de Trinitate. cap. 10. Nihil tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, quàm vt demõstraretur nobis quantum diligeret nos Deus: Quid isto indicio manifestius quã quod Dei filius naturæ dignatus est inire

Per aliquos effectus probatur quod fuerit summum bonum.

Aug. consortium; hæc Augustſ. fratres, quid indignius esse poteſt, quàm non amare hoc ſummum bonum, omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei, dicebat Paul. ac ſi dixiſſet: Sicut omnia veſtra ſunt, quia

1. Ad Cor. 9. omnia propter vos creauit Deus, qui omnia vobis ſubiecit: ſic vos debetis eſſe ſubiecti Chriſto, propter quem præcipuè omnia creauit Deus, cui omnia Deus ſubiecit. Quemadmodum enim omnia in vſum & miniſterium hominum Deus creauit: ſic relictis omnibus nos ipſos debemus in miniſterium Dei & Chri-

Philip. 3. ſti ordinare. Qui ſeipſum diligit, ſeipſum in Deum non ordinat: igitur tunc ſeipſum in Deum ordinat, cum Deus plus quàm ſe diligit: cum ſe, plus quàm Deum diligit non ſe ordinat in Deum, imò ſeipſum finem omnium quæ diligit conſtituit, quorum Deus véter eſt: ideſt, in ſatisfaciendo ventri ſuo ſuum conſtituerunt finem: & cum ſit proprium Dei eſſe finem omnium, hoc eſt, reprehenſibile in eis quod ſibi non eſt alius finis nec alius Deus, nec aliud ſummum bonum niſi venter. *O viles y de baxos penſamientos, mirad en que ponem ſu felicidad.* Nihil dignum tuo amore, ô homo niſi Deus homo qui in ſe & tibi eſt omne bonum, qui tibi eſt natus, & propter te in præſepio collocatus. Si a-

Aug. de catechizãdis tu dibus c. 4. mare pigebat ſaltim redamare non pigeat, inquit Auguſtinus. Nulla enim maior ad amorem inuitatio, quã præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui ſi nolebat dilectionem impendere nolit reprendere. O durus animus qui fugit à puero hoc hodie nato, qui quærit hominem, vt innumera & ingentia ei conferat beneficia: quod maius amoris indicium, quàm noſtrã aſſumpſiſſe naturam, & inter nos habitare? duriſſimus eſt animus qui eum non diligit, & in amorem eius non inflammatur. Vtinam hic hunc amorem, poſtea gloriam nobis donare dignetur. Amen.

IN EODEM FESTO

CONCIO IIII.

Requieuit Deus ad omnì opere quod patrarat.

CREATO homine quieuit Deus, id est, Iam nil amplius de nouo fecit, postquàm hominem, sexto die creauit: sed cessauit die septimo à persecutione productionis rerum, & cœpit eas gubernare, & ad operationes suas applicare: ideo stat vtrumque simul: & quòd die septima cessauerit, & quod die illa opus suum compleuerit.

Congruenter creator homine quieuit Deus ab omni opere quod patrarat, quia ad imaginẽ Dei formato homine (in quẽ cuncta ordinauerat) sapientiæ suæ conueniebat noua non facere. Proferẽti enim sententiam rectã aut assignanti alicuius rei adęquatam rationẽ, iniuriam facit qui nouam inferiorẽ excogitat. Iuxta quod Paulus 1. ad Corinth. 14. inquit. Prophetæ autem duo vel tres dicant, cæteri dijudicent, quod si alicui reuelatum fuerit sedenti prior taceat. Cùm hoc perfectissimũ opus cõdidisset Deus, quod imaginẽ sui cõtinebat, cõuenienter cessauit ab omni opere quod patrarat. Nam iuxta Bernardũ & veritatem, omnia creauit Deus propter electos tanquam in secundarium finem, omnia propter semetipsum tanquam vltimum. Iam erat Adã totius humani generis principium, vnde electi processuri erant: iam sui imaginem perfectissimam fecerat, qualis in luto ex materia labili esse poterat: vt sermone. 2. de Trinitate latè dictum est: ergo conueniẽter quieuit ab omni opere quod patrarat. In humanis qui assequitur rem dilectã quam exoptat, finẽ in quem tendit, terminum ad quem properat quiescit statim possessione terminante desiderium: iuxta quod ad Rom. 8. in-

Simile.

1. Cor. 14.

Bernard.

Rom. 8.

quit Paulus, quod videt quis quid sperat, quod in humanis ex indigẽtia videmus, in Deo ex sapiẽtia sua, quæ cuncta rectè ordinat, omnia suauiter disponit, & nulla frustra facit, intelligamus. Hæc quò ad sensum literalem. *August.* Quæramus ergo sensum spiritualem. Augustinus, vt refert glossa super prędicta verba, sic inquit. Nõ est mirum si diem quo Christus erat in sepulchro quieturus hoc modo prænunciãs dixit, die septimo requieuit, deinceps ordinaturus ordines sęculorum: vnde cõstat quod ad Christum requies referatur. Ad hoc mysteriũ hæc verba referentes, dicemus vt cepimus, quod ideo quieuit ab opere quod patrarat, quia iã opus suum id est humanam naturam, quam sibi vnire volebat, formauerat. Propter hanc enim cuncta fecerat, ideo adueniẽte fine, in quem cuncta ordinauerat, nõ erat quid amplius producere deberet. Iuxta quod *Prouerb.* Prouerb. 8. mo re humano loquens Deus, inquit, delitiæ meæ esse cum filijs hominum: ac si diceret: affectus meus, voluntas mea est vnire mihi humanam naturam quam è limo terræ formaui: tũc erit requies mea: tunc adimplebitur voluntas mea: ponetur in effectu quod est principale in prædestinatione mea, magnam cœli molẽ velociſſimo reuoluere motu, quasi labor est mihi cõtraria cõpescere & contẽperare, nè mutua actione, & reactione omnia consumantur, quã lis mihi est humanã condere naturã, ei vniri non est mihi lis sed oppositũ litis. Hoc enim sonat verbũ deliciæ, idest, semotio à lite: ideo deliciæ, idest, delectatio & gaudium est mihi, cum delectatio proueniat ex cõiunctione conueniẽtis cum conuenienti, & Deus nullum extrinsecum obiectum conueniens præter se in quo delectetur possit habere, est dicere: Ab æterno mihi complacuit esse cum filijs hominum, hoc fuit à me specialissimè volitum.

Deus loquitur ad modum hominum.

Dum pater misericordiarum non mittebat filium quem missurus erat per propetam. Abachuc. cap. 2. di- *Habachus.*

cebat. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet: filius quoque cuius delitiæ erant esse cum filiis hominum, variis imaginibus antiquis patribus præsens fiebat: magnum quippe diligenti solatiũ, quandiu dilectus abest, eius imagine ad viuum expressa oblectari, Ideo cum quis vxorem absentem ducit effigiem sponsa petit, & propriam sui imaginem ad illam mittit, vt imago præsentiam suppleat, & absentem delectet mutuis se epistolis salutant, vt quod lingua non potest epistolæ præstent, nè silentium diuidat quos coniungit amor, literæ indicant affectum, quem verba ob loci distantiam non exprimunt. Prophetarũ oracula, Dei ad humanum genus epistolæ fuerunt: patrum clamores epistolæ fuerunt missæ ad Deum. Ideo Augustinus inquit: quod cum oramus, Deum alloquimur, cum scripturas legimus, Deus nobis loquitur: Deum apparuisse patribus, docet Augustinus super illud Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, dicens, Moyses sanctus nouerat istam locutionem Dei assumptis quibusdam corporeis creaturis: & sic desiderauit & concupiuit videre ipsam speciem Dei, & loquenti secum Deo dixit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Quod apparuerit in specie humana docet idem Augustinus, tomo 3. lib. 2. de Trinitate, cap. 10. vbi inquit: quod in specie humana apparuit Deus Adæ cum deambulabat ad auram post meridiem, manet tamen dubius, an qui descendit fuerit tota Trinitas, an verò solus Pater, vel solus filius, vel Spiritus sanctus. Idem docet eodem tomo. 3. 11. super Genesim ad litteram capit. 34. vbi inquit. Satis probabile est solere Deum per creaturam tali actioni congruam in forma humana primis illis hominibus apparere: & postea: propterea sic apparebat vt homines tanquam cum homine loquerentur, quemadmodum Abrahæ ad quercũ Mambre.

Simile.

Exemplũ.

Auguſt.

Deus patribus apparuit.

Geneſ. 3

Quod filius apparuerit docet antiquus Tertullianus *Tertullia.*

aduersus Iudæos cap. de natiuitate Christi dicens: Qui ad Moysem loquebatur ipse erat Dei filius, qui & semper videbatur (intellige specie apparenti) Deum enim patrem nemo vidit vnquam: quibus verbis docet, quod antiquis patribus verbum non pater apparebat: & in hoc sensu explicat illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquã eandem expositionẽ eisdem verbis sequitur Amb. ad Colos. 1. explicãs illa verba: quia est imago Dei inuisibilis ad idẽ est Athana. in Apologia de fuga sua ante medium dicens: In consummatione porro sæculorum cum aduenisset illud ipsum verbum patris, quod Moysi antea locutum fuerat rursus præceptum fugiendi cõdidit Origenes Homil. 1. in Isaiam versus finem inquit. Non est vnus Domini mei Iesu Christi aduentus, ad Isaiam venit. ad Moysem venit. Quòd autem ante præsentiam carnalem ad homines venerit, ipsum accipe testem dicentem. Hierusalem quæ occidis prophetas: quoties volui congregare filios tuos. Chrysostomus, tomo 5. sermone de Trinitate, id ipsum colligit ex illis verbis Hierem. 31. Disponam vobis testamentum, arguens sic sed filius fuit legislator, vt patet ex toto Euãgelio, ergo ipse erat qui antea Moysis & prophetis loquebatur. Congruit locus Isaię. 48. non à principio in abscondito locutus sum, ex tempore antea quam fierẽt ibi eram: & nunc DOMINUS DEUS misit me & spiritus eius, vbi loquitur de datione legis. Congruit etiam locus Isaiæ. Ecce qui loquebar adsum. Ambrosius 1. de fide ad Gratianum. c. 5. Sic inquit; non pater in rubo, non pater in eremo, sed filius locutus est. ad Colossenses. 1. explicans illa verba: qui est imago Dei inuisibilis, inquit, propter malam intelligentiam hoc additũ est, vt imago eius dicatur, vt cum apparet, licèt in figura humana, aut certè in igne vt ad Moysem, nõ ipse pater intelligatur esse sed filius. Non dissentit Aug. q. 3. super Exodum, in illa verba. Cernens autem quod pergeret ad videndum, vbi inquit, Dominus in Angelo

Ioann. 1.
Athanas.
Origenis.
Chrysost.
Hierem. 31
Isaiæ. 48.
Isaiæ. 52.
Ambros.
Ad Col. 1.
August.

an Dominus angelus ille qui dicitur magni consilij angelus Videndus est. Cyrillus libr. 3. in Ioannem. cap. 3. Quod apparuerit in forma humana docet Hilarius. 5. de Trinitate. Chrysostomus, homil. 38. in Genesim Hiero. ad Ephes. 6. qui omnes dicunt quod Iacob luctatus est cum verbo habetur in concilio Syrmiensi. capitulo 13. Augustinus tomo 6. libr. 3. cõtra Maximum non longe à fine inquit, quod ille qui apparuit Abrahæ & luctatus est cum Iacob erat verbum: reprehendit tamen Maximinũ; quia existimabat apparere per substãtiam suam: ex quo aliud falsius colligebat Maximinus, nẽpe Deum mutari: ideo inquit Augustinus, esse distinguendum inter hoc quod est apparere secundum substantiam & secundùm aliquam exteriorem formam creaturę: sicut Gabriel apparuit Virgini. Dicendum ergo quod ipse Dominus in specie aliqua apparenti, vel angelus representans Dominum, aut verbum, apparebat hominibus. Nam Ose. 12. manifestè dicitur, quod Iacob luctatus est cum Angelo, sed quia ille angelus potuit apparere Iacob in figura colore & statura quam postea habuit Christus: potest dici, quod vidit Christum, quod luctatus est cum verbo in carne apparenti, Et sic intelligi potest illud Saluatoris, Ioan. 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Poterit concionator nonnulla ex ijs adducere in explicationem prædictę auctoritatis, delitię meæ, omissis alijs nè causet fastidium.

Cyrillus. *Hilarius.* *Chrysosto.* *Hieronym.* *Concil. Syrmiens.* *Augusti.* *Ose. 12.* *Ioan. 8.* *Pro domi. in Passione.* *Chrysolo.*

Sed vt inquit Petrus Chrysologus, dulcis Epistola, sed vsque dum veniat qui misit necessarium chirographum, sed vsque ad debiti redditionem: optimè flores, sed vsque dum veniant poma. Lex illa velut Epistola erat manu Domini conscripta, per quam venire promitebat, & sibi debitor adimplendi promissum efficiebatur: ideo velut chirographum erat, vmbra erat, & velut flos in spe legis Euangelicæ habens fructum. In plenitudine ergo temporis apparuit benigni-

tas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit: ac si dixisset Paulus: lucem inha-
1. ad Ti. 6. bitat Deus inaccessibilem, id est, in se ipso qui est lux, habitat, qui antea existens inuisibilis in suis, nō videbatur vt esset visibilis à nobis in nostris assumpsit nostra tunc apparuit, id est, manifestatus est, dum sic in nostris venit, benignitas & humanitas eius apparuit. Mundi machina omnipotentiam suam, cæli magnitudo magnitudinem suam, splendor solis pulchritudinem suā ostendebat in omnibus istis virtus eius infinitáque potentia gentibus apparebat insignis atque portentis reuelata fuerat Iudæis gloria Domini totum illud maiestas signúmque exigendæ vltionis erat, ideo Exod. 19. dans legem in signum maiestatis iudicis qui venturus erat iudicare secundùm impositam ab eo legem, tonitrua tonabant, fulgura micabant, clangor buccinæ vehementius perstrepebat, totus mons fumabat, & terribilis erat, fumus ex eo quasi de fornace procedebat descendente Domino super montē in igne, populus timore correptus erat, loquebatur Moyses, Moysi Dominus non populo respōdebat in maiestate, non in humilitate, occultus non manifestus erat, & si benignitas & amor tunc erat, sed non sic apparebat sicut tunc, in incarnatione & Christi natiuitate: nam si tunc occultus nunc manifestùs apparuit: si tunc maiestas: nunc, humilitas: si tunc ira, nunc mansuetudo: si tunc vindicta punitionis strictę, nunc est clementia quæ est moderatiua punitionis. Benignus & misericors apparuit prę-
Esaia. 50. stabilis super malitia Dominus Deus noster. Compassio de fonte misericordiæ Dei procedit, vltio de iustitia tamquam à remoto sibi prouenit. Prouocatus enim per scelera nostra infert vltionem ostendit vaticinium, Isaiæ cap. 50. dicentis. Heu vindicabor de inimicis meis, nonne vides quomodo vindictam manifestauit? diues autem in misericordia magis formam

humilé quá terribilé voluit exhibere, cum carnẽ humanã assumpsit. Nã potestati subiectio maiestati adoratio & potestati ratio nõ correspõdet: cũ Deus imitari vellet, & omni potentiam & maiestatem homo imitari nõ posset, vt homo eũ imitaretur humilis & benignus apparuit, occultus antea erat nunc se releuauit carne velatus: quia delitię eius esse cũ filius hominũ. Cùm vir nobilis in die magnæ solẽnitatis & festiuitatis liberè vult per ciuitatẽ discurrere, alienum sumit habitũ: sic Deus noster in carne velatus ad nos venit nobiscum & inter nos habitans, [*Vino ah vel gas con disfraz.*] Cum esset inuisibilis in suis, factus est visibilis in nostris,] *Hiso se trãsparente.*] Quonam pacto maiestas Dei in humilitate carnis nostræ coruscabat? maxime ei tenemur, fratres, qui sic voluit in nostris apparere, vt familiariter nobis loqueretur, maxime ei tenemur, quia maximo ad nos venit amore, hoc significatur, Cant. 2. cum dicitur. Venit saliens in montibus, transiliens colles. [*Muy appri esse llegaua, no via la hera que llegar.* [Nil sibi impedimento erat. [*Ninguna cosa se le ponia delante.*] Cum montes sunt sibi propinqui, non possumus de vno in alium transire, nisi descendamus in vallem, & iterum alium ascendamus montem: ex descensu & ascensu lõgum resultat iter: nam linea obliqua longior & prolixior est linea recta. Si enim per aerem à monte in montem fieret transitus, itineris spatium esset breuius & in minori tempore cõsumeretur motus. Spõsus præ amoris ardore ac magnitudine desiderij assumendi humanam nãturam, venit saliens à monte in montem venit transiliens colles. Metaphoricus est sermo ad explicandum amorem quo veniebat: ideo inquit: Similis est dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. [*Que salta come vn corco.*] Gregor. hom. 29. inquit. Veniendo quippe ad redemptionem nostram, quosdam vt ita dicam saltus dedit de cœlo, venit in vterum [*Grand salto,*] quia cœli maximè à terra exaltantur.

Simile.

Cant. 2.

De vtero venit in præsepe, de præsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro redijt in cęlum, vt nos post se currere faceret. Exultauit vt gigas ad currendam viam: vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te curremus in odorē vnguentorū tuorum Hispane dicimus: [*O que bien salta el nigno.*] O Deus meus, ô puer meus salus mea, quot & quos saltus dedisti, vt me liberares & dæmonem superares aliquando ascendendo de monte ab spiritu in desertum ¶ Magno Dei consilio factum est, vt Deus statim post peccatum non mitteret filium suum: nam hoc mysterium est magnum pietatis sacramentum: vt inquit Paulus, vt magis manifesta fieret eius veritas, & homines plus illud æstimarent, debuit prophetica annunciatio prędcedere: Quanto maior iudex veniebat, tanto prænum series longior prędcedere debuit inquit August. tract. 31. in Ioan. explicans illa verba ad Gala. 4. vbi venit plenitudo temporis, ratio est: nam nos non cognoscimus nisi per species acquisitas à rebus. Hoc & alia huiusmodi mysteria nullo modo possumus cognoscere quia nulla corū datur species, ergo si ante quam fiant annunciantur à prophetis sequitur quod lumine diuino illud cognouerint: & sic annunciatio prophetica mouet nos ad credendum quod à Deo fuerit reuelatū Sic illud Ioann. 14. dixi vobis prius quam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Rom. 1. Segregatur in Euangelium Dei quod antea promisserat. Leo Papa serm. 3. natiuitatis. Sapientia & benignitas Dei hac salutiferi operis mora capaciores nos suæ vocationis effecit: vt quod multis vocibus, multísque mysterijs per tot fuerat sæcula pronunciatum, in his diebus Euangelij non esset ambiguum, nec fero est impletum quod semper est creditum, id est semper communicauit mūdo cognitionem vnius mediatoris, per quem consequebantur salutem. Adam cognouit Christum per fidem: ita Hierony. ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum

Augusti.

Ioan. 14.
Rom. 1
Leo.

Adā Christū cognouit.
Hierony.

gnum est, ibi dicendo hæc verba cognouit hoc mysterium, Augustin. lib. de correctione & gratia. S. Tho. 2. 2. q. 1. artic. 7. Abraham Genes. 22. In semine tuo. Dauid Psal. 131. de fructu ventris tui. Rabbini ex scripturis cognoscebant explicitè, alij de populo implicitè tempus incarnationis non cognouerunt ante Prophetas. Ita Greg. lib. 3. in Iob. c. 16. Inter prophetas, clarius Daniel signans hebdomadarum numerum. Omnia in nostram salutē ordinat Deus, prouidet redemptorem nè periremus destulit manifestare vt crederemus firmius, & nè phantasma videretur si sine prophetica annunciatione veniret. S. Tho. 3. par. q. 1. art. 5. inquit, Homo enim ille primus per superbiam cecidit, conueniens fuit humiliatus recognosceret se indigere liberatore, & clamaret ad medicum, & gratię quæreret auxilium Genes. 25. Depręcatus est pro vxore sua Isaac, eo quod esset sterilis. 1. Reg. Flens largiter, & orans ad Dominum, concepit & peperit Anna filium suum Samuelem. Iusta de causa magna beneficia differt Deus vt illa magis æstimemus & amemus. Omnis iam cessset clamor, procul omnis relegetur tristitia, adsit gaudium, ardeat amoris ignis, quia natus est Christus. Plorabat Dauid Psal. 41. dicens. Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Nunc lachrymę abstergantur, tristitia conuertatur in gaudium, quia apparuit verbum Patris spes omnium sęculorum, gaudium angelorum, vita mortuorum, fons gratiæ, vena vitæ, salus non solùm Iudęorum sed & gentium. Cessent igitur (inquit Leo Papa serm. 3. natiuitatis) illorum querelæ, qui impio murmure diuinis dispēsationibus obloquentes, de dominicę natiuitatis tarditate causantur: apparuit nudus vt in cælum attolleret. Flens infantium more, vt lachrymis suis æternam nobis lætitiam compararet: si ab operibus creationis quę sine labore perfecerat die septimo quieuit opera redemptionis: septima ętate nō

Gregor. Daniel. *S. Tho.* *Genes. 25. 1. Reg. 1.* *Psalm. 41.* *Leo Papa.*

Isaiæ. sine labore cępit. ¶ Nunc adimpletum est illud Isaię. 52. ecce qui loquebar adsum, id est: ego qui patribus loquebar, qui patribus antea in specie apparenti apparebam, nũc in veritate carnis humanę adsum doctor eruditẽs cum esses longe, ô homo, veni vt reducerem te, cũ inter mõtes & syluas erroris quęsiui te, inter lapides offendebas, & in lapidibus, ipsis adhærebas, quia ligna & lapides adorabas: ecce non quærens te adsum quidẽ & ego mortalis homo, similis omnibus & ex genere illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro decem mensium, tempore mensis inceptus pro completo coagulatus sum in sanguine, & ego natus accepi communem aërem, & similiter decidi in terram factam, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. Omnia hæc verba quę desumpta sunt ex libro Sapientiæ Christo adaptari possunt, qui primam vocem emisit plorans sicut cęteri filij Adæ, quia veniebat in similitudinem carnis peccati. Vtrumque, nempe quod dixerit, qui loquebar adsum, & quod fleuit, optime complectitur historia Ioseph. Genes. 45. qui cum haberet coram se fratres suos, & vltra iam non posset se cohibere, eleuans vocem cum fletu (quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis) dixit fratribus suis. Ego sum Ioseph, non sine fletu vnigenitus Dei filius (cui subiecit Deus cuncta) existẽs in præsepio paruulus (nihil differens à seruo, cum esset dominus omnium) inquit: Ego sum frater vester. Quæ formosa erat valde & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis, quam præ cunctis adamauit Assuerus, cui semper posuit diadema regni in capite Hester 2. stans coram rege corruit in palloré colore mutato: cõuertens Deus spiritũ regis in mansuetudiné exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis suis donec rediret ad se, blandiebatur his verbis. Quid habes Hester: ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris. Cum corruisset tota natura colore virtutum in vitiũ mutato;

Augustin.

Genes. 45.

Hester 2.

Deus nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, sed misericordia cõmotus immemor iniuriæ, memor clementiæ, auertens faciẽ suam à peccatis nostris, exiuit de excelso solio suo, accipiens humanam naturam humanum alloquitur genus dicẽs: Ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris. Vagiẽs infans inter arcta conditus præsepia blanditur nobis effusione lachrymarum, exitus aquarum deduxerũt oculi eius, quia filij Adæ non custodierunt legem Domini, & in vijs eius noluerunt ambulare. Conquerebãtur Iudæi eo quod Dominus seuerè & asperè loquebatur: ideo cum descendisset super montẽ Synai, & timuissẽt, dixerunt Moysi. Loquere tu nobis & audiemus, ne loquatur nobis Dominus, nè fortè moriamur. O fratres, iam nõ possumus hoc dicere, quia effusione lachrymarũ inquit nobis, Ego sum frater vester, quare sic loquitur? Quia vt inquit Gregor. timere quippe quasi Deus noluit, sed quasi Pater venit, vt amaretur. Iuxta quod Paul. ad Roma. 8. Non accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus: Abba Pater. Iob. 9. Loquar & non timebo: nec enim possum metuens respondere, Vbi Gregor. vir sanctus, quia humani generis redemptorem venire mitem conspicit, nõ metum ad Dominum, sed affectum sumit ad patrem & timorem despicit: quia per adoptionis gratiam ad amorem surgit, Hinc Ioan. 1. c. 4. timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hinc Zachar. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum libertati: Hæc Greg. Congruit Isaias. cap. 43. Noli timere (intelige Iacob) quia redemi te & vocaui te nomine tuo: Væ nobis qui non imitamur patres antiquos, qui summo desiderio desiderantes videre desideratum cunctis gentibus, aliquando patrem, aliquando filium, aliquando ipsos cælos inanimatos alloquendo postulantes mysterium incarnationis. Dauid alloquebatur filium dicebat: Inclina cælos tuos & descende, idest: ô

Exod. 20. *Paul.* *1. Ioann.* *Isaiæ. 1.* *Psal. 143.*

Domine solita tua misericordia descende de sublimi solio tuo; habitas cœlum, ibi positus est thronus tuus, inclina cælos tuos vt sic descendas. Actuum. Actuum.10. Petrus vidit cælum apertum & vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs subniti de cœlo in terram, quemadmodum illud linteum descendit de cœlo, & in linteo veniebant animalia. Sic nostro modo loquendi expostulat Dauid vt Deus inclinet cælos, vt ibi Dominus descendat. Exod.24. de senioribus qui ascenderunt cum Moyse in montem dicitur: Et viderunt Deum Israel sub pedibus eius: quasi opus lapidis saphyrini, & quasi cœlum cum serenum est. Nonne vides quomodo sub illa corporali effigie Dei, erat corpus coloris cœli? Sic lumen refulsit in habitaculo: & ipse autor cœli? descendit: ergo inclinauit cœlos & descendit, quia sub pedibus eius visum est opus quasi cælū. Isa. c. Isaiæ.c.64 64. ardentius id desiderās, dicebat. Vtinā dirūperes cælos & descenderes, ideſt, vtinā iā veniſſes, etiam si cœli rumperētur: nā tu nobis cælum esses, si sol deficeret: tu sol iustitiæ eris, sponsa, Cant.1. diuinitus mota admodū Cant.2. mobilis in media existentis via, aliqua habens desiderato carens fine, scilicet sponso, quem speciosum audiuit & toto corde amabat, dicebat. Osculetur me osculo oris suis, id est, præsentem videam quē quotidie promissū spero, ac si clarius dixisset: O pater qui media generatione illius hominis, quē de limo formasti, secundū generationē naturalē me multiplicasti, qui tempore Abrahæ quem de Vr Chaldæorum eduxisti, Christi filij tui incarnationem promisisti, qui cum essem captiua in Ægypto per Moysem manu tua forti & brachio extēto inde me eduxisti, qui postea per Oseam.c.2. dixisti. Desponsabo te mihi in iustitia: qui loco sponsaliorū legē dedisti per Moysem & prophetas osculum & salutationes misisti, celebra nuptias & mitte sponsum quem missurus es: misisti prophetas, sed non magnum prophetam quem gentes sperant: misisti angelum non ma-

gni consilij angelum, angelum testamenti quem volumus: multiplicasti semen Abrahę, nondum est semen Abrahæ in quo gentes benedicentur: misisti Dauid regẽ mansuetũ, sed non misisti illum agnũ mansuetũ: misertus es mei secundũ misericordias tuas, sed non misertus es mei secundùm magnam misericordiam tuam, qua missurus es agnũ mansuetum dominatorẽ terræ, de petra deserti ad montẽ filię Sion: emitte illum de sede magnitudinis tuę, quia omnes alij fuerũt de limo terræ, de scabello pedum tuorum, Abraham in sacrificio fatigatur etiam ipsa nolente, Isaac cæcutiens cum ignorãtia Iacob benedixit. Iacob percussus fęmore claudicat, Moyses balbus est. Isaias polluta labia habet, Hieremias puer est qui nescit loqui, Amos pastor & rudis: denique omnes via naturali à Iacob qui claudicat descẽdũt. Ideo minimè in illis satior, semper desiderans quem semper promittis, nunquam quiesco: quemadmodum in operibus creationis non quieuit Deus vsque ad hominis formationem & in operibus recreationis & gratię non quieuit mittere propheras vsque ad Aduentum Christi tũc quieuit loqui per illos: sic sponsa in nullo nisi in spõso suo quiescebat. Cantic. 5. dicebat: Veniat dilectus in hortũ suũ ideſt, veniat dilectus in terrã promissionis: nẽpe in ecclesiã quę dicebatur hortus: quia ibi erãt plantę & animę deuotę colẽtes Deũ, sicut dicitur vinea: ad denotandũ quod etiã ante aduentũ in carne per fidẽ venturi cõsequebantur salutẽ: inquit in hortũ suũ, ideſt, iã ex nunc est hortus suus: iam ex nunc est salus per fidem ipsius, cum tanta mihi bona ab ipso & per ipsũ proueniant: desidero vt veniat, maximè desiderans aduentũ eius, cum apparebat dans legem, vel in aliqua forma visibili dicebat, En ipse stat post parietẽ nostrum respiciẽs per fenestras, prospiciẽs per cancellos: en dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea. Ad literã sermo populi audientis Dominum, cum descendebat in montem Sinai vbi loquebatur & dabat legẽ, & stabat

Cant. 5.

Cant. 2. Expositio Nicol.

Simile. post parietem, ideſt poſt nubem denſam, inde reſpiciebat per feneſtras & aperturas illius nubis. Quando quis aliquē valde amat ſuſpenſus intēdens in aduētum dilecti, omnes veniētes illū eſſe exiſtimat, cū verò certo ſcit illum eſſe, cōuocans amicos & notos prouocat ad vidēdum dilectum. Idem facit cum ab eo epiſtolam accipit: ſic ergo dicit: En loquitur ſi facies non apparet, ſi præſentia abeſt, vox non abeſt, vox reſonat in auribus

Iſaiæ.16. meis, en loquitur, inclinemus autem. Hiſpanè, *Eſcuchad que aqui ſuena, helo veyslo aqui*, Totam Trinitatē alloquitur Iſaias dicēs: Emitte agnum Domine dominatorem terræ, ideſt, ô Domine Deus, vbi includitur tota Trinitas (filius enim ſeipſum miſit) emitte agnū illū māſuetum. Conſonat lectio Hæbræa, quæ pro mitte, habet,

Nota. Geneſ. mittite, vt in vno declaretur pluritas perſonarū, in alio vnitas eſſentiæ, ſicut Gen. 1. In principio creauit Eloim, ideſt, dij, & iterum. Faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudinem noſtrā, vbi in verbo, faciamus, explicatur pluralitas perſonarum, dicendo ad imaginem noſtrā, explicatur vnitas eſſentiæ; emitte agnum, de quo

Ioan. Ioannis 1. dicitur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: emitte illum dominatorē, ideſt, cum poteſtate ad ſuperādum dęmonē, expellēdum peccatum, ad deponēdum potentes de ſede, ad iudicandum illos. Iuxta

Matth. quod Matt. vltimo data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra veniat māſuetus vt agnus, veniat cū poteſtate vt Dominus, emitte illum dę petra deſerti, ideſt, de vrbe dę qua fuit Ruth, quā redigis in deſertum deuaſtādo Moabitas: de quorum deuaſtatione ca. 15. loquitur

Hieronym. Propheta: & quia Chriſtus deſcēdebat ex Ruth, inquit Hieronymus ad Paulinū, quòd Ruth explet vaticiniū Iſaię dicētis: emitte agnū Domine dominatorē de petra deſerti ad montem filiæ Sion, ideſt, ad Hieruſalem, quæ erat tęplum in monte Siō, vbi beata virgo obtulit iſtū agnum manſuetū. Lucæ. 2. Qui ſicut Dominus fortis & potēs liberauit nos de poteſtate dęmonis, ſub quo

eramus captiui: sicut illi populi (Isaiæ 15.) erãt sub vastatore: aliquãdo alloquebãtur cœlos dicentes. Rorate cæli desuper. Isaiæ. 45. ideſt. Cœli sicut emittitis rorẽ emittite Christum, qui mirabiliter & inuisibiliter cõceptus de Spiritu sancto appareat in terra, sicut ros qui inuisibili quodãmodo generatus postea apparet in terra: aperiatur terra germinet saluatorẽ, ideſt, appareat & manifestetur in terra virgo illa quę sine amissione virginitatis germinet saluatorẽ Iesum. Cum terra germinat dicitur aperiri: vulua, dicitur aperiri in sacra Scriptura cũ fœmina parit. Genes. 29. dicitur: aperuit Dominus vuluam Liæ, sorore sterili permanente. 1. Reg. 1. exprobrabat æmula Annæ, quod concluſit Dominus vuluã eius: ergo concluſio vuluæ est non parere. Et prẽter integritatem virginalis clauſtri, addit ſterilitatem pro formali: ſic per oppoſitum aperire vuluam formaliter, non eſt clauſtrum virginale reſerari, ſed mulierem ſecundam eſſe, ſiue reſeretur clauſtrum virginale, ſiue integrum maneat. Oſtendit hoc eleganter Hierony. lib. 2. contra Pelagianos dicẽs: magis ad ſpecialem natiuitatem Saluatoris quã ad omnium hominum, referri poteſt hoc quod dicitur: qui aperit vuluam ſanctus Domino vocabitur. Solus enim Chriſtus clauſas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamen iugiter clauſæ permanſerũt: ac ſi dixiſſet. Vtrumque ſtat ſimul, & quod ſit apertio vuluę, iuxta modum locutionis ſcripturarũ, & quod ſit integritas virginitatis. Aug. hom. 4. Natiuitatis inquit de Chriſto, virginalis vuluæ aditũ reſerauit. Gregor. Niſſenus inquit. Illud legis præceptum in ſolo incarnato Deo ſingulariter & ab alijs differenter impleri videtur: ipſe namque ſolus ineffabiliter conceptus ac incomprehenſibiliter editus virginalem vterum aperuit. Adhuc cautè eſt loquendum, nè quis ex verbis incautè prolatis proferat errorẽ, quòd beatiſſima Virgo nomine terrę intelligatur: Docet Auguſt. hom. 24. Natiuitatis dicens: Maria vnde? ex Adam: Adam vnde?

Isaiæ. 45. Pro purificatione Virginis.

1. Reg. 1.

Vide Sanctũ Thom. 2. p. q. 33. art. 3. & 4.

Hieron.

Auguſt. Georg.

Cautè loquatur concionator. Auguſt.

de terra: si Maria de Adam, & Adam de terra, ergo & Maria terra: si autem Maria terra, agnoscamus quod cătamus: Veritas de terra orta est. Psal. 84.

Patrum desiderium, id quod canit Ecclesia inter Epistolam & Euangelium significat: Epistola enim antiquum repræsentat testamentum: ideo de antiquo testaměto sæpè sumitur, & sine lumine cătatur: quia omnia populo antiquo in figura contingebant. Euágelium luminaria præcedunt, quia tunc apparuit lux vera Christus, illuminans & docens vniuersum mundum, cum venit desideratus cunctis gentibus. Gaudens spō-
Cant. 6. sa inquit; dilectus meus descendit in hortum suum, id est, iam venit desideratus meus, iam venit memor mei, non est dedignatus descendere à regalibus sedibus, &
Isai. 2. mecum habitare. Patres quoque, qui aduětum eius desiderabant gaudentes dicunt. Filius datus est nobis, paruulus natus est nobis, id est, natus est puer quidam qui simul est Deus & homo, secundùm humanam naturá est paruulus, natus in bonum nostrum, in redemptionẽ nostram: secundùm diuinam non est nouiter natus, sed ab æterno, est tamen nobis nunc de nouo datus. Hoc si-
Ioann. 3. gnificat Ioann. cap. 3. dicens. Sic Deus dilexit mundũ vt filium suum vnigenitum daret. Secundùm ergo diuinã naturam datur, secundùm humanam paruulus nascitur
Ambros. Hoc, quod diximus lib. 3. de fide cap. 4. docet Ambros. his verbis: distingue singulorum momenta: puer natus est nobis, filius datus est nobis: etsi ex Patre est natus,
Epiphani. non nobis est natus sed datus: Ad idem est Epiphanius, 1. aduersus hæres. capit. contra Hebionitas dicens, Infantulus natus est nobis, hoc à propheta dictum, vt significaret veram incarnationem, filius datus est nobis, hoc est, Verbum Dei, filius Dei, in Mariæ vtero homo factus, verus Deus, & verus homo, datus est nobis, ac si dixisset Epiphanius: paruulus, de quo loquitur Isaias, est verus Deus, est verus homo, vt Deus & homo datus est nobis, sed vt Deus, non est de nouo natus, sed

tantùm vt homo: ideo separatim dixit, filius datus, & non addidit, natus, nisi postquam dixit, paruulus, quia illa noua Natiuitas est secundùm naturam humanam, de nouo assumptam: Eusebius Emissenus homil. Natiuitatis supponens duas Christi naturas inquit. Qui erat, datus est, qui non erat, natus est, illuc dominatur, hic humiliatur, sibi regnat, mihi militat, ideſt, filius Dei, qui ab æterno erat, datus est, vt homo ex tempore natus est, ipse datus est nobis in medicum contra infirmitatem, in leuamen contra lapsum, in solatium contra angustias, in doctorem contra ignorantiam, iste est Deus docens vtilia, in isto nouissimè diebus istis locutus est nobis Deus, iste, qui loquebatur post nubē, post parietem, loquitur nobis post parietem humanitatis: coruscant miracula & operæ stupenda, videmus eum per cancellos, & fenestras: qui sic videt eum, videt Patrem, quia maiora non faceret Pater. Compendiosè loquitur Ioannes dicens; Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, ideſt, vobis annūtiamus verbum Patris, quod à principio incarnatum audiuimus, quod postea carne velatum vidimus: videbamus vnum, credebamus aliud, videbamus per fenestras, respiciebamus per cancellos, obscurè lumine fidei videbamus, Magdalena sub pedibus quos lauabat Deum esse præsentiebat: videbat per cancellos, iste est, quem desiderarunt videre Patres nostri in huius fide consequuti sunt salutem qui præcesserunt consequenter, qui futuri sunt consequemur, & nos qui videmus iacentem in præsepio, & fide credimus regnare in cœlo. Pulchra figura ostendit hoc Augustinus, tomo 4. libro vno de catechizandis pueris: referens enim historiam Iacob, qui plantam fratris tenebat, cum egrediebantur ex vtero Rebeccæ, ponderans, quod præcedebat Esau qui primò egrediebatur & sequebatur, Iacob extendens manum & quod caput Iacob erat inter manum suam, qua tenebat plantam fratris, & cor-

Eusebius.

Christus verè est omne bonū quod desiderare & in quo debemus quiescere.

1. Ioan. 1.

Figura ex Augusti-

pus ipsiusmet Iacob, cuius formam tenet modo omnis qui ingreditur per angustum locum, Primo præmittit brachium, postea sequitur caput, & corpus, inquit, Præmiserat Dominus Christus quandam partem corporis sui in sanctis, qui eum, nascendi tempore, petierunt, tamen ipse est caput corporis Ecclesiæ, illique omnes, eidem corpori, cuius ille caput est, cohæserunt, credendo in eum, quem prænuntiabant: & epistol. 120. quæ est ad Honoratum, de gratia noui Testamenti, capit. 11. explicans illud Psalmi. 21. Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me, inquit, non ait: Deus Deus meus dereliquisti me? sed causam commonuit requirendam, cum addit: Quare dereliquisti me, idest quare, propter quid, quam ob causam. Profectò aliqua causa erat, eáque non parua, vt Noe liberaret de diluuio, Loth de cœlesti incendio, Isaac de imminenti gladio, Ioseph de calumnia mulieris & custodia carceris. Moysen ab Ægyptijs. Raab ab excidio ciuitatis. Susannam de testibus falsis, Danielem à leonibus, tres viros ab ignibus, aliósque patres, qui exclamauerũt & salui facti sunt. Quibus verbis docet Augustl. liberasse Patres præcedentes. Bernard. serm. 2. Pẽtecost. explicans illa verba, operatus est salutem in medio terræ, loquendo de Virgine cum prole inquit: ad illam, sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt, & qui in cœlo habitãt, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & qui nos sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis, & explicans hoc magis in particulare, inquit, illi, qui sunt in cælo vt resartiantur & qui in inferno (puta in Sinu Abrahæ) vt eripiantur, qui præcesserunt vt prophetæ fideles inueniantur, qui sequuntur, vt glorificentur, quia viatores sine Christo in quieti erant, quia ipse erat omne bonum, Ecce quomodo eum omnes expectabant. *Todos colgauan del.* Ideo bene Dauid Psalm. 148. & exaltauit cornu populi sui,

Aug. to. 2.
Genes. 9.
Genes. 29.
Genes. 32.
Genes. 39. & 4.
Exod. 12.
Iosue. 6.
Daniel. 13.
Daniel. 14
Daniel. 3.
Bernard.
Psalm. 148

Luc.1. Zacharias erexit cornu salutis nobis. 1. Reg. 2. Anna mater Samuelis: Dabit imperium suum regi suo sublimabit cornu Christi sui: Vbi manifestè est sermo de incarnatione Christi, qui est defensio nostra, & vnde pendet salus: ipse erat centrum omnium, portus salutaris, caput etiam omnium est, sequitur, quod natiuitas eius natiuitas nostra est, lacrymę nostrę sunt abluẽtes peccata nostra, gemitus eius gemitus nostri sunt, quibus æternus Pater in misericordiam inclinatur. Quod pulchrè docet Aug. hom. 9. Natiuitatis. Curae rgo inhęrere capiti, qui est Christus, & inde accipies cælestem influẽtiam: nam qui separatur à capite non est membrũ eius: ideo de plenitudine eius recipere non potest: timeat habere punitorem, quem habuit Redemptorem, timeat habere iudicem, qui se dixit Paracletum: timeat habere iratum quem habuit inter vbera matris, & in præsepio reclinatum. Augustin. tom. 9. tracta. 4. in Ioãnem explicans illa verba Psal. 46. Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit, inquit, scilicet, vt iudicaretur, non silebit, cum cęperit iudicare, non diceretur manifestè veniet, nisi primò veniisset occultus, nec diceretur, non silebit, nisi quia primò siluit. Tacet modò, nè vindicet, non tacet vt moneat, ac si dixisset Aug. nũc Deus loquitur docendo, tacet, non puniendo, sed cum apparuerit manifestus in gloria, clamabit, vt iudex, puniet, vt Dominus iniuriam passus. Figura huius silentij, & futuræ punitionis præcessisse videtur in Dauid, qui patienter sustinuit Semei & Ioab mori tamẽ proximus dixit Salomoni, vt post eius obitum eos puniret, & filios Berzelai Galaadditis præmiaret: sic faciet Christus in secundo aduentu. Vt fugiamus secundi aduẽtus iudicium, audiamus monentem, recipiamus venientẽ. Cum nubes ex humidis generatur vaporibus in aquam resoluitur, sed cum ex vapore calido & ignito generatur, causantur tonitrua, generantur, fulmina, videntur cõrusçationes, quod cõtingit mense Iunij & Septẽbris,

Luc. 1. *1. Reg. 2.*

Augustin.

Augusti.

Pro Do. Aduentus.

Figura op-tima.

Simile.

quia tunc vapores calidi sunt, primus aduentus fuit ex misericordia, ideo nubes humanitatis Christi effundebat lacrymas, sed secundus aduentus erit in calore, &
Aug. 118. feruore iustitiæ, ideo ignis ante ipsum præcedet, Augustſ. ad Hesichium inquit, Non eius aduentum diligit, qui eum asserit propinquare, nec qui eum asserit non propinquare: sed eum, qui siue prope, siue longe sit, synceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat, primi aduentus expectationis venit finis, iam natus est. Omnis ergo ardor charitatis adsit, quem mihi, & vobis concedat Iesus Mariæ filius, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM FESTO-

CONCIO V.

Posuit eum in Paradiso, Genes. 4.
Posuit eum in præsepio, Lucæ. 2.

HOMINEM, quem de limo terræ creauit Deus, non in turri, muratáque ciuitate posuit: quia tunc non bella, pax erat, voluptas erat: in paradiso eum collocauit, vt interiori voluptati, voluptatis locus & exterior voluptas corresponderet. In futura illa (quam speramus) vita, non solùm in morte mortalis animæ gloria erit: sed etiã corporis, cum mortale hoc induerit immortalitatem: non solùm in anima pax, quæ illius fœliciſſimæ vitæ imago existebat, erat, sed etiam in corpore. Ideo in paradiso (qui illius cælestis paradisi tenebat similitudinẽ) Deus hominem constituit. Pro dignitate naturæ digniſſimus locus sibi concessus est: nè (si extra paradisum voluptatis poneretur) afficeretur tristitia, si aliquid sibi deficere

videret. Vt ergo ex tunc ad considerationem illius fœliciſſimæ vitæ reparetur, considerans maiora esse in cælo, quando tanta erat voluptas in terra, conuenienter in loco paradisi, & voluptatis positus est. *Era el paraiſo arrabal de la gloria.*

Quomodo enim posuit? Tulit eum Dominus (inquit sacer textus) & rectè quidem. Nam omnium sensibilium rerum certo quodam modo dominus creatus est ille primus homo: si dominus creatus est, quis potuit eum tollere de loco in quo erat, & in paradiso collocare, nisi Dominus qui de limo terræ eum extra paradisum in campo Damascen o vbi Caim occidit Abel, creauerat? Hoc enim sonat verbum illud, tulit, id est, transtulit ex vno loco in alium. Ideo Chrisostomus super Genesim Homilia, 12. ad finem colligit non incongruè extra paradisum fuisse creatum, nec ex debito sed ex dono, & gratia sibi donatum, & concessum existimaret. Ille ergo Dominus tulit eum, cui placuit Enoch, à quo translatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Eccles. 44. translatus est, & non inuenie-batur: quia transtulit illum Deus, ad Hebræ. 11. ille, qui Abachuc capillo capitis transtulit in lacum leonum, Daniel. 14. ille, qui eleuauit Eliam per turbinem 4. Regum. 2.

Chrisoſto. Mag. in 2. dist. 17. Alexand. 2. parte q. 87. S. Tho. 1. par. q. 102. Eccleſiaſti. Heb. Daniel.

In paradiso homo positus, inordinato desiderio similitudinis Dei per superbiam cadens, passionibus, & doloribus subiectus extra paradisum ejcitur hodie secundus Adam, non incola, sed dominus paradisi refulsit in stabulo: non apparuit in terrestri paradiso, sed in præsepio: primus Adam e limo terræ, extra paradisum formatur secundus Adam ex purissimo sanguine Virginis, de Spiritu sancto, in vtero virginali concipitur: primus Adam raptus ex loco, in quo formatus est, in terrestri paradiso collocatur, secundus Adam sine virili complexu, sine concupiscentia carnis natus ex Virginis vtero collocatur in præsepio: qui sedet super Che-

rubin, sedet inter bruta animantia: qui ambulat supe-
pennas ventorum, iacet in præsepio.

Viatorem hominem (non habentem hic ciuitatem manentem, sed inquirentem futuram, transtulit Dominus de loco ad locum: à loco creationis ad locum paradisi: vt cognosceret transferendum de hac vita) (quæ est deorsum) ad illam, quæ sursum est. Secundus Adam descendit à cælo in vterum Virginis: transfertur à Na-
Cant. 3. zareth in Bethleem concluſus in vtero, lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel qui sunt tenentes gladios, & ad bella doctissimi: tabernaculum fœderis, quod præcedebat filios Israel cum educti sunt de terra Ægypti: lectulus Salomonis dicitur, quia Salomon loco tabernaculi, quo Moyses vtebatur, ædificauit sumptuosissimum templum, quod semper nomen eius retinuit: quia ipse est qui primus templum ædificauit, hoc tabernaculum. Sexaginta fortes, idest, sexagesies decem millia, qui faciunt sexcentena millia pugnatorum, qui excubabãt circa tabernaculum sequebantur, ij erant ex fortissimis Israel, quia exclusis mulieribus & paruulis, & senibus (qui non erant apti ad bellum) prædictus erat numerus, leg. Nu. ca. 1.
Numer. distribuebantur duodecim tribus per turmas ternas in quatuor partes: Iudas enim Isachar, & Zabulon à parte orientali Ruben cum Simeon, & Gad ad occidentalem erat Ephraim cum Beniamin, & Manasse partem tenebat meridianam: Dam cum Neptalim & Aser ab Aquilone tabernaculum illud sequebatur; nunc verò, quod omni admiratione & continua consideratione est, arcam sanctissimam, quæ dominum Iesum Christum portabat, cum exijt edictum à Cæsare Augusto, vt credendum est, solus Ioseph, vir senex & debilis sequebatur, pauper, non habens aurũ, argentum, hyacintum,
Exod. 35. purpuram, coccũque his tinctum, quod domino posset offerre, sed quia dominus virtutum statim, quod natus est: descendunt frequentes exercitus angelorum,

millia millium seruiebant illi: decies centena millia assistebant illi: veniunt ab Oriente Reges, qui offerunt aurum, thus, & myrrham: nihil deest, quod regiæ dignitati conueniebat, sicut rotum, quod in præsepio est, humilem formam demonstrabat. Eleganter demonstratum est hoc in eo, qui futurus erat dux, ac populi legislator. Dicitur enim Exod. 2. egressus est homo de domo Leui, & accepit vxorem stirpis suæ, quæ concepit, & peperit filium videns eum elegantem abscondit tribus mensibus, cúmque celare non posset sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine, ac pice, posuítque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, qui tandē peruenit ad filiam Pharaonis, Hic (hic fratres dilectissimi) est iste puer, qui nascitur de domo Iuda & Leui, hic ponitur in præsepio, fœno, & paleis pleno: hic decurrit per aquā tribulationis: hic est, qui de cœlo peruenit ad filiā Dauid. Exo. 19. Daturus Dominus legem Moysi in montem: tunc audiebātur tonitrua, micabant fulgura, nubes densissima montem operiebat, nemo accedere audebat: nunc quando homo factus est vnigenitus Dei filius, manus Virginis contractant: vlnæ Symeonis portant: animalia præsepe (in quo iacet magni consilij angelus) tangunt. Quare hoc. Quia Dominus maiestatis descēdit in humilitate. Pro horribili lumine fulguris incutientis timorem, est lux serena gaudiū causans, pro clāgore buccinæ, voces sunt angelorum, hymni cœlestium spirituum, qui nouum canticum canūt, dicentes, Gloria in excelsis Deo: pro nube dēsissima, humanitas apparet sanctissima, pastores non recedere sed accedere iubentur: tunc contestabatur Moyses populum, nec accedere ad videndum Dominū, nunc qui maiorati sunt à Moyse & excellentiorē assequuti sunt naturam inuitant pastores ad vidēdum in præsepio: cum Iacob videret Esau: fratrem suū, quem timebat valde orans dicebat, Deus patris mei Isaac, qui dixisti mihi, reuertere in terram tuam, & *Exod. 19.* *Genes. 32.*

in locum natiuitatis tuæ, in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior, eruc me de manu fratris mei Esau: id est, Deus, qui respicis in seruos & amicos tuos: Deus qui in cælo existens oculi tui respiciunt in pauperes, respice in me, qui pauper, proprijs pedibus innixus baculo, huius mundi verè peregrinus exisso, ecce. Vnigenitum Dei filium verè pauperem, & verè peregrinum innixum præsepio ad dexteram Dei patris regnantis in cœlo? O grande spectaculum? O grande miraculum? O exemplar non in monte Moysi monstratum, sed in præsepio omnibus videndum expositum. Hoc fratres, maximè meditandum; atque attentè, vt dignum est, contemplari debe-

Hieronym. mus. De hoc præsepio, inquit Hieron. illud præsepe, in quo infantulus vagit, silentio magis, quàm infimo sermone celebrãdum est: non obscurè prædixit Abachuc.

Abacuch. c. 2. dicens, consideraui opera tua, & considerans opera redemptionis, videndo Dominum in medio duorũ

August. to. 6. animalium, tunc expaui. Ita explicat Augustin. orationes contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. Hanc admirationem passus est Salomon sapientissimus, qui videns

3. Reg. 6. Deum elegisse sibi locum habitationis templum ab eo constructum exclamauit, & dixit, Ergo ne putandum est, quod verè Deus habitet super terram. Si enim cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui tibi. O fratres, si Salomon considerasset angustiam preſepis huius, quanto magis exclamaret, ac diceret, Ergo ne putandum est, quod habitet Deus in præsepio in medio duorum animalium. Templum Salomonis magnificum erat, non solùm deauratum, sed laminis, ac brateis aureis à parte

a Hoi. nati. interiori circum amictum, super Cherubin ibi Dominus sedebat, vndique ex omni mundi parte ad illud tẽplum accurrebant, sed quod sit in præsepio inter duo animalia, hoc est, stupor, & res omnino mirabilis, quę in nostram ordinatur salutem, vt suscitaret de puluere egenum,

egenum, & de stercore erigeret pauperem, pauper descendit inter animalia habitans, cui cœlum sedes est (inquit Beda) duri præsepis angustia cõtinetur, vt nos per cælestis Regni gaudia dillatet: qui panis est Angelorũ: in præsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficiat: qui ad dexteram Patris sedet, in diuersorio loco eget, vt nobis in domo patris sui multas mãsiones præpararet. Multum tenemur diligere, qui sic prior dilexit nos. Diligunt quidem homines amicos suos, sed nullius rei iacturam pro amicis suis facere volunt: Dominus omnia reliquit pro nobis: cum esset diues factus est egenus: cum esset in throno descendit ad præsepe: cum esset in maiestate, venit in humilitate: cœlum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum (inquit Dominus per Isaiam) cum dominus erat in maiestate, cœlum sedes illi erat, terra scabellum, veniens in paupertate, & humilitate terra, quæ antea scabellum erat, sedes esse cæpit: cum Nabuchodonosor erat in maiestate thronus sibi sedes erat, cum humiliatus fuit cum bestijs habitabat, cum Adam in gloria & honore erat, paradisus sibi sedes habitationis erat, post peccatum maledicta terra in opere suo, locus habitationis sibi erat, Iob percussus à Satan vlcere pessimo in sterquilinio erat, aliter fratres, Deus in maiestate, aliter in humilitate, aliter vt Dominus, aliter vt seruus, aliter cum imagine peccatoris & in similitudinem carnis pecati, aliter in specie glorificatoris, aliter rex in domibus eburneis, aliter in loco cãpestri, pugnaturus aduersus alium Regem, aliter Moyses cum accedés ad rubum soluit calceamẽta de pedibus suis, aliter cum descendens de monte cornuta efficitur facies eius ex consortio Domini, aliter Elias cum ascendens in verticem suam inter genua sua, aliter cum per turbinem cęlum ascendit. 4. Regum, aliter Assuerus, cum residebat super solium Regni sui indutus vestibus regijs auróque fulgens, ac pretiosis lapidibus, aliter cum metuens exi-

Isaiæ. 66.

3. Reg. 18.

uit de solio suo, sustentans Hester vlnis suis. Cum filius
4. Reg. 8. Dei nondum carnem sumpserat millia millium ei ministrauit, decies centena millium seruiunt illi, cum descendit in similitudinem carnis peccati, vt iumentum factus est ei, inter bestias habitauit. In persona Domini Saluatoris, inquit propheta, vt iumentum factus sum
Hesther. apud te, & ego semper tecum, & ibi Hieronymus, portans in carne peccata populi tui, & ego semper tecum, ego in te, & tu in me, ideſt, Pater semper tecum in æter-
Psal. 27. nitate existens in vnitate essentiæ tuæ, nunc in terris habito, vt iumentum pronus, sed te semper videns, vt iumentum inter bruta animantia habitans à te nunquam discedens, quod bene Iacob adumbrat historia, qui vidit scalam, cuius cacumen cœlum tangebat, erat
Genes. 2. super terram, & cacumen tangebat cœlum. Infima Christi natura super terram in præsepio est, suprema cum Deo Patre in cœlo est, illam seruat, & occultat pro premio, in hac infima apparet pro merito, hanc ostendit pro virtutum omnium exemplo, in hac, quam vidimus, est vt iumentum omnium hominum portans peccata. *Alabante los Angeles, bendigante los Seraphines Dios de mi alma*, in sæcula sæculorum laudent te. Quid facis Domine Iesu, quid facis in præsepio, cum possis habere thronum maiestatis, & turba plurima ministrãtium circumcingi? Quæro dragmam perditam. Similis factus est homo primus iumentis, inter iumenta illum quęro, è paradiso ego illum ex iustitia eieci propter peccatum: ex misericordia quæro in diuersorio: *Baxea residencia al parayso*, descendo nunc in misericordia ad præsepe. Peccauerat homo inuitatus sapientia, nam dixerat serpens. Eritis sicut dij, manſit sicut bestia, descendit diuina sapientia & habitat inter bestias quærens hominem: Rex expugnaturus ciuitatem, occupaturus alienum regnum habitat in tentorijs in loco campestri, sic antiquitus cum Dominus ducebat popu-
Simile. lum per desertum habitabat in tentorijs, nunc in præ-

sepio, quærit dęmon animam nostram possidere & tā-
quam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret: etiam
Deus maiori solicitudine quærit: quem liberet è fauci-
bus eius: ideo iacet in præsepio: non enim oportet io-
cunda & amæna quęrere loca, sed in pręsepio vult ia-
cere, sicut qui vult solem præuenire, cum ad aliquem
quis pròperat locum, spreto cubili: & omisso lecto vix
somnum capit super lignum. Noli erubescere Dei esse
iumentum (inquit Aug.) Christum portabis, non erra- *Augu. ho. 26. natiuit. ad finem.*
bis, sedeat super nos Dominus, & quò vult nos dirigat:
ipso insidente non opprimimur, sed eleuamur *que quie-*
re Dios vna santa simplicidad, innocentes & recti adhęse-
runt mihi. Non apparet in maiestate, ne quis arceant, &
ad eũ recusęt accedere, sed in humilitate, vt nullus for-
midet appropinquare. Auceps aucupium deprehende-
re volens in humili existit loco, aliquando sedet; aliquā-
do continuò mouetur *agora esta aqui agora alli*, sic Do- *Similis.*
minus Iesus, vt attrahat pastores & Reges: sedet & iacet in
pręsepio, vt Samaritanam deprehẽdat prius præpera-
rat, postea sedebat sic fatigatus ex itinere. O fratres, o-
portet nos nõ huic sæculo cõformari, sed imaginis filij
Dei conformes fieri. Christus in hac vita in forma venit
serui: cũ esset Dominus, in forma humili: cuius maiesta-
tem laudant angeli: adorant dominationes: tremũt po-
testates: tales in hac vita nos exhibere debemus Domini
vestigia sequentes, vt conregnemus postea Christi cō-
hæredes effecti. Cũ recusasset Vrias descẽdere in domũ
suã, & interrogatus esset à Dauid, quare nõ descendisset
in domum suam? respondit Vrias. Arca Dei, & Iuda ha- *Reg. 11.*
bitant in papillionibus, & ego ingrediar in domũ meã?
Que no ay lugar de descanso en esta vida: labor & humilitas
est via & scala perueniendi ad patriã, Hanc viã docuit
Christus, dum aliter se nobis exhibuit in assumpta natu-
ra quã futurus erat in patria. Hic in humilitate, & igno-
minia: postea in maiestate, & gloria: per primum ad se-
cundum venitur. Manifestauit puerpera nostra, dum

dixit. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Humilitas via fuit deueniendi in tantam gloriam, & honorē. Quę mens concipere, quæ lingua narrare sufficit huius Virginis, quæ Dominum concipere, & parere meruit quāta fuerit gloria? Hæc secundi Adæ amænus fuit paradisus, & locus voluptatis Petrus Damianus appellat illam locum voluptatis, quem Deus omnibus gratiæ diuitijs cumulauit: Hieron. appellat illam hortum delitiarum, in quo sunt condita omnium florum genera, & odoramenta virtutum. Si Paulus dicit, Christi bonus odor sumus: quantò magis huic Virgini poterit adaptari: Leo vocat illam thronum, thalamum, tabernaculum, & templum Dei viui.

Pro festo Annuntiationis.

Leo epistola 83 97.

Reclinauit eum in præsepio: quare domina mea mater Domini mei separasti eum ab vbere: elongasti à pectore? fortè, quia lassata & fatigata ex itinere. Sed alia maior fuit causa. Si enim filij Israel non poterant intendere in Moysem, cū descendit de monte. Exod. trigesimo quarto, quid mirum quòd tantus esset fulgor maiestatis Christi, vt nisi ab eo recedendo, non posset sacratissima Virgo intendere in eum: Credendum, quòd hoc suum dominus temperauerit fulgorem, vt posset illum quotidie videre, nè impediretur à tanti filij conspectu. Facit Paulus. 2. ad Cor. 3. dicens, si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria &c. Hieron. ad principiam virginem exponendo Psalm. 44. inquit; nisi enim habuisset in vultu aliquid syderum, nunquā eum statim secuti fuissent Apostoli, nec qui ad comprehendendum eum venerāt corruissent, idem docet super Matthæum Homilia super Euangelium eiusdem festi, pictor, quem misit Abagarus, non potuit effigiem vultus eius depingere ob claritatem vultus eius, quàm probabile est beatissimam Virginem vidisse cum primò natus est. Quod cōcessum est tribus Apostolis, concessum fuisse Virgini probabile,

Consequire reclinauit in præsepio.

imò vt certissimũ citra fidem credendum est. Rupert. libro 3. in Cantica, explicans illa verba, Oculi tui columbarum, docet vidisse diuinam essentiam, dicens, raptum fuisse in tertium cœlum, & vidisse archana mysteria perfectius & excellentius quàm Paulum: ergo si Paulus vidit, & beatissima Virgo. Idem docet Antoninus de Florentia. 4. parte, titulo. 15. cap. 17. §. 1. Gerson. Alphabeto. 15. titulo. 5. & Alphabeto 88. titulo 9. Dionysius Richelius super Dionysium de cœlesti hyerarchia art. 18. Vbertinus Cassalius Minorita lib. 1. arboris vitæ crucifixi, Villanoua sermone de resurrectione innuit. Bernard. Homil. 4. in missus est, dicens, illi solidatum est nosse, cui datum est experiri, vt qui soli Patri natus est: sit & illi. Iuxta hoc dicemus, quòd cum natus est; illam vidit. Secunda ratio non minus probabilis, ob quam reclinauit in præsepio fuit, mente, & totius corporis perfecta inclinatione adoraret, vt serua, quem genuerat, vt mater. Iudæi nec Paulus non potuerunt substinere vocem loquentis: Iudæi abierunt retrorsum, Ioan. 18. Paulus actorum. 9. circunfusus luce cecidit in terram: Petrus humiliter dicebat, exi à me Domine, quid putas faceret; quæ maiorem videbat fulgorem? quæ maiorem habebat timorem, quæ ancillam humilem se prædicauit, cum audiuit, vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Et iterum, Beata, quæ credidisti, perficientur in te, quæ dicta sunt tibi. Si audiens ista, exclamauit, magnificat anima mea Dominum, ibi quia respexit humilitatem, qua profunda humilitate adorasse Dominum credẽdum est, quando primò illum in carne vidit. Magnitudinem humilitatis exagerare possumus quemadmodum ergo sacerdos prius calicem consecrat, quem tunc manibus tenet postea, vt melius adoret, deponit, sic nostra prophetissa prius concepit, postea peperit, post partum manibus tenuit, postea verò positum in præsepio ipsum, quẽ genuit adorauit: Sexta feria hebdomadæ sanctæ sacerdos

Secũda ra.

Ioan. 18. Actor. 9. Luc. 5.

Luc. 1.

Simile.

discooperit crucem, eleuat, postea deponit illam, denique adorat eam, e contra nostra puerpera prius pannis
Genes. 37. eum inuoluit, postea in præsepio reclinauit, vt toto corde, & corpore eum adoraret, quod facere minimè posset si in vlnis eum haberet. Hic adimpletum est somnium Iacob, nam mater, & pater putatiuus adorauerunt eum: narra historiam, longiorem sermonem desideras. Ille primus homo positus est in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, ideſt, vt ibi se exerceret in iustitia & bonitate, nè si otiosus esset inimicus Dei constitutus inde eijceretur: secundus Adam secundùm corpus positus est in præsepio, vt operaretur ibi, & in voluntate Patris eam ibi impleret, atque seruaret: anima verò, verè erat beata existens in Paradiso, iuxta quod ad latronem dictum est, hodie mecum eris in Paradiso, id est, in gloria, & visione essentiæ meæ. Desumpsi ex August. tomo 1. lib. 2. de Genesi contra Manichæos.

Exortatio ad dilectionem Christi percurrendo prædicta.

Cum ergo conclusus sit in præsepio, quem cœlum cæli capere non possunt sine terrore ad ipsum accedere debemus. Cum vidit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, commota sunt super liminaria cardinum templi, à voce clamantis, & ipse perterritus, & contristatus nimis dicere cæpit, væ mihi, quia tacui: nec mirum, quando Hester videns Assuerum in throno corruit. Ne te deterreat ille, quem cœlum & terra benedicit, coram cuius conspectu tremunt angeli, nũc collocatur in præsepio, in loco humili, ne quis præ timore arceatur & in loco communi, vt omnes accedere possint sine ianitoribus & hostiarijs. Iá descendit de loco sublimi vt accedere possemus, accedamus dilectissimi vt illuminemur: iuxta quod inquit Propheta, accedite ad eum, & illuminamini, facies vestrę non confundentur, nonne cęcus qui sequitur caduca & trãsitoria huius mundi? Vt enim ex parte dictum est, cum
Isaiæ. 6. Dominus transtulit hominem de loco ad locum, docuit

transferendum de hac vita ad aliam, & relinquenda omnia ista iuxta hoc, Hebræis, quibus concessa erat terra promissionis (quæ erat quoddam vestigium & imperfecta imago illius fœlicissimę vitæ) qui habitabant inferiorem Hierusalem expectantes illam, quæ *Hebræ. 13.* sursum est, sic inquit Paul. non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Qui futurum inquirit similis est ei, qui in agone contendit, qui ab omnibus se abstinet, vt accipiat coronã corruptã: nos, qui inquirimus incorruptam, quantò diligentius debemus ab omnibus abstinere? Qui ad aliquem terminum properat, semper continuò mouetur, sic moueri debemus à *Pro cõmuni apostolorum & euangelistarum.* virtute in virtutem, insuper non declinat ad dexteram nec ad sinistram, sic non debemus diligere ea, quæ sunt mundi declinando ad ista vel illa, vestitu & cibo contentus est, qui properat ad aliquem locum: sic Paulus, qui ad cœlestem vitam properabat, vestitu, & victu erat contentus. Hæc forma euangelica Apostolis à Christo tradita. Cum filij Israel properabant, nec metebant; sed Dominus illis pluit manna, quod quotidie à Domino expectabant; sic non debemus iacere cogitatum in Domino, vt monemur per Prophetã dicẽtem, Iacta cogitatum tuum in Domino, & prohibemur cogitare de crastino, iuxta quod Matth. 6. dicitur, *Valet pro Dom. 4. post Pente.* Ne soliciti sitis animę vestræ: quid manducetis: arca Noe semper ferebatur super aquas, sicut & spiritus Domini, Genesis. 1. per quod docemur, nihil fixum habere in hoc mundo: sed debere viuere, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: arcam sequebatur, ne faciebat mansionem, nisi ex præcepto Domini: volens vt semper populus hoc memoria retineret iussit Leuit. *Genesis. 1.* 23. celebrari festum tabernaculorum, & eis qui non celebrant, comminabatur per Zachariam cap. 14. di- *Leuit. 23.* cens, Sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes *Zach. 14.* gentes quę non ascenderunt ad celebrandum festiuitatem tabernaculorum, cum ibi vniuersaliter loquatur

de omnibus gentibus, sequiturquòd loquitur solùm de illa festiuitate antiqua, quæ erat in veteri lege: sed de spirituali festiuitate, scilicet de non ascendentibus ad celebrandum festiuitates Ecclesiæ, & memorandum de transitu istius Hierusalem ad illam cœlestem, sicut antiqui Patres, qui festinantes comedebant agnum Paschalem, quia transitus Domini erat, Iustè ergo cõqueritur Dominus per Prophetam, dicens, Væ qui coniungitis
Isai. cap. 3. domum ad domum, & agrum agro copulatis, ac si dixisset Propheta: Deus diues est in omnes, qui inuocant illum, omnibus potest idem obiectum gloriæ ostendere, similem gratiam communicare, quia verò terræ elementum vnum solum cõdidit suis terminis finitum & terminatũ, cuius fructibus cuncta pascuntur animãtia, væ eis qui coniungunt domum ad domum, agrum agro copulantes, id est, væ illis qui communia appropriant, quia cogunt alios vagos mundum percurrere sine quiete, non vacantes festis Domini cogunt liberos seruire, aliorum filij in paupertate educati, indisciplinati nutriuntur, patribus, quos despiciũt non subiecti, nunquid vos soli nati estis in terra? nunquid Deus vestrum solùm est dominus? nonne omnium? ergo omnibus debet alimentum porrigere, non aliud nisi quod ex fructibus terræ nascitur. Væ ergo vobis, qui effectus diuinæ prouidentiæ impedire conamini, omnia appropriantes, nulla in fratres vestros misericordia commoti. Dum tonant tonitrua, micant fulgura, descendunt vehementes imbres, & continua tempestate premuntur pauperes, non memores pauperũ, obliti misericordiæ in proximos coniungitis domum ad domum, & Christo in pauperibus non est locus, imò nec ipse Christus habet vbi reclinet caput suum. Vnde prouenit, quod beatissima Virgo trahens originem ex Dauid, qui Rex fuerat, non haberet domum & agrum, & pauper esset, nisi quia cæteri agrum agro, & domum domo copulabant, vnicuique tribui in funiculo distri-

butionis, per Iosue, qui populum in terram promissionis induxerat distribuit Dominus agros & possessiones. Num. 27. præceperat dominus ad instantiam filiarum Salphat, nè possessiones vnius tribus transirent ad aliã, contra hoc forsam facientes corripiuntur à Domino per Prophetam dicentem, Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Nomine domus familia, & maioratus sæpe intelligitur iuxta illud Genes. 20. ad finem concluserat Dominus omnem vluã domus Abimelech, & 2. Reg. 3. in principio, dicitur facta est longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis. 2. Regũ 7. dixit Dominus ad Dauid, & fidelis erit omnis domus tua. Si de domo materiali sit sermo, dicemus iuxta Prophetas Domini, Væ qui vt erigatis domos eburneas & sumptuosa ædificia coniungitis domum ad domum: detestor ego superbiã Iacob, & domos eius odi, idest domum decem tribuum & domum duarum tribuum, quod ad materiales domos referri potest, non erat illi nisi angustia in terris, vt tu ei locum cordis tui sibi proprium dilatares, filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, & tu ampla palatia, & ingentes porticus metiris (inquit August.) Ideo iuste conqueritur Dominus per Isaiam, dicens, Cognouit bos possessorem suum, & asinus presepe Domini sui, Israel autẽ me non cognouit. Quem locum ad literam de boue & asino, in quorum medio fuit Dominus, explicat Origenes super caput. 2. Lucæ Homil. 13. Chrysost. Serm. de Natiuitate, qui explicans illa verba, Reclinauit eum in præsepio, inquit, hoc factum est, vt compleretur vaticinium Isaiæ, Cognouit bos possessorem suum: Augustinus contra Iudæos, & Paganos, & serm. 1. Natiuitatis. Ambros. lib. 3. in Lucam, cap. 2. Prosper de promissionibus Dei, parte 3.

Numer. 27.
Genes. 20.
2. Reg. 3.
2. Reg. 7.
Amos. 6.
August. Isaias. 1.
Origenes. Chrysost.

Explicando vniuersaliter de alijs animantibus dicemus sic, animantia bruta inter bruta magis bruta, quasi sunt asinus, & bos, quos Dominus in propriam vti-

litatem, non in vtilitatem ipsorum animantium nutrit, ideo sæpe lanceolis pungit, virga verberat, ira nõ commota semper in cognitione domini sui perseuerant, ab humili præsepe domini non discedentia, Israël autem, quem in filium adoptaui, cui terram lacte & melle manantem pro hereditate dedi, pro pignore cælestis patriæ tradidi, vt crederet me daturam, quod ad tempus Messiæ differebam, quem solum cognoui ex omnibus cognationibus terræ, Amos. 3. Me non cognouit, in humilitate venientem: Audite cœli, auribus percipe terra, id est, possem eos punire sine testibus, qui me certificarent rem dubiam comprobantes, quia ego Dominus scrutans corda, sed quia Deus iudex iustus, vt iustificet, id est, iustus appaream, angelos, qui à docente audiunt, homines, qui auribus percipiunt, testes appello, sciens, quod postquam damnati fuerint superbia eorum, murmur & querela eorum ascendet semper, vt boni malos conuincant, & redarguant, commissa contra me crimina audire & videre eos iubeo. Properemus ergo accedere ad Domini præsepe osculantes pedes Domini, quia cognouimus, eum iam inter nos viuere, vt hic gratiam, postea vitam præstet æternam. Amen.

Isaiæ. cap. 1 in prncipio.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VI.

Eccles. 4. Hac concione quæ est declamatione quæ est declamatio postulans incarnationem vti solet in die annunciationis.

Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.

MELIVS est duos esse simul, quàm vnum, habent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur: væ soli, nam cum ceciderit non habet subleuantem se, Amicus amicum subleuat in mundi tribulatione, & diaboli tentatione ideo homini, qui est animal polyticũ, & sociale

ex natura sua solitudo naturaliter est cõtraria, & inimica, adducens mœrorem causans tristitiã. Bestia, aut Deus, inquit Aristoles. 2. polyticorum. cap. 2. ad finem, qui in communi societate ciuitatis esse nequit nullo indigens propter sufficientiam, & 1. Ethicorum. cap. octauo docet, quod solitarius sine prole non est omnino fœlix, dicens, quibusdam verò priuati, nõ nulli vt nobilitate, bona prole pulchritudine, beatitudinem maculant, homo solus in Paradiso existens nobilitatem habebat, quia à Deo immediatè conditus fuerat pulchritudinẽ similiter, propter eandem causam & rationem, nam ex defectu generantis, & multitudine causarum cõcurrentium ad eundem effectum, quæ mutuo se impediunt mõstra contingunt, cum immediatè illum formauerit Deus, nil monstruosum per abundantiam, aut per defectum habere potuit, sed prolem non habebat, nec adiutorium simile vnde posset eam generare: videns Deus, quod nõ sit perfecta cõsolatio solitario, inquit, non est bonũ hominẽ esse solum, faciamus ei adiutorium, ideſt, imperfectũ nos facere, impossibile est, cũ esse solũ imperfectio sit, consequens est, vt homini (quem de limo terræ formauimus) adiutorium simile faciamus. Formatio Adæ non per Angelum, creaturamve aliam inferiorem facta est, adiutorium simile sibi non per Angelum, sed per nos ipsos faciamus, nè occasionem sumat despiciendi adiutorium, quod maximè diligere tenetur, faciamus incunctanter nulla interposita mora, aut interruptione facta ad consummationẽ nostrorum operum properemus, cuncta sunt parata, homo est formatus, nè eum tristitia afficiat aut expectatio distrahat, faciamus adiutorium simile sibi. Nam nostræ sapientiæ (quæ attingit à fine vsque ad finem, & disponit omnia suauiter) indignum est, quod homo natura & perfectione cætera viuentia superans, quantum ad multiplicationem prolis, sit deterioris conditionis: si cætera animantia habent sementem in genere suo, vt possint si-

Christus qui in deserto ieiunauit quadraginta diebus.

Deus per prima dominica quadragesimæ Aristot. 1. Ethicorum cap. 8. ad finem.

1. Politicorum cap. 2. ad finem.

bi similia generare propriam speciem reparare, indignum est, vt tantum animal hac careat perfectione: faciamus adiutorium simile sibi, idest, faciamus mulierem, vt possit inde filios procreare, & genus humanum multiplicare. De hoc adiutorio est ibi sermo, nam ad alia opera melius per alium virum posset iuuari. Cùm solenne celebrandum est regale connubium ex omni parte regni conueniunt Duces, Marchiones, Equites, & viri nobiles, hinc inde ex omni parte domum regiam circundantes, nihil aliud desiderantes, nec de aliquo alio colloquentes, nisi vt appareat sponsa quã ducit Rex in vxorem: sic cum omnia essent parata cælum, aëra, cęlique luminaria, pisces maris, animantia terræ, qui se excitauerunt ad producendum hominem, se excitant ad faciendum adiutorium non quocunque, sed simile sibi, nam quæ similia sunt ad inuicem se amãt, ad inuicem se diligunt, mutuò se quærunt.

Vide. San. Tho. 6. pa. q. 92. ar. 1. simile.

Eccles. 17.

Omnia perfectè parauit Deus de terra; hominem secũdùm imaginem suam fecit, virtute vestiuit illũ, creauit ex ipso adiutorium simile sibi: sed quæ data est in adiutoriũ, facta est in ruinam, & petram scãdali, pro lætitia adduxit mœrorem; pro delectatione dolorem, gustans de ligno vetito, & dans viro. O Domine, pater misericordiarum cõtemplare, & vide, quia non est bonum hominem esse solum sine adiutorio, vt subleuetur à peccato, ruit Hierusalẽ, Iudas concidit, ruit Eua, ruit in Adam, ruerunt patres & filij simul Hier. 6. victi sunt, & ruerunt Patres nostri. Hierem. 46. non iuxta fluuium Euphratem, sed in paradiso voluptatis, iuxta fluuium qui inde diuiditur in quatuor capita: mulier, quam homini dedisti sociam, dedit ei de ligno, comedit, ruit per peccatum, & omnis eius posteritas miserabiliter eius peccato infecta est, quia gratia capitis ei data est. omnes peccauerunt, & erunt gloria Dei, [*todos estauan enel encabecados*] adiuua nos Deus salutaris noster, quia pauperes facti sumus nimis, & non est, qui nos adiuuet

Hierem. 6. Hier. 46.

nisi tu domine. Si quando deerat adiutorium naturale ad propagandam naturã, nè sine sobole maneret solitarius ille primus homo, dedisti adiutoriũ, audiendo clamorem naturę: nunc quando deest gratia, & homo est in statu damnationis & miseriæ, conuenientius est, vt mittas adiutoriũ, quia excellentior & nobilior est ordo gratiæ, quàm naturę. Secundò non fuit bonũ hominem esse solum sine adiutorio, quia cũ homo gratiam capitis haberet pro se & sua posteritate cõcessam (ipsum dedit Deus caput naturæ: & gratię) & gratia communicari nõ posset, nisi communicata natura, necesse erat, vt cũ natura cõmunicaretur gratia, facere adiutoriũ simile primo homini, nè in solo illo natura & gratia incommunicata maneret: nam hoc non erat bonũ, imò contra diffinitionem & rationem boni, quod est esse communicatiuum sui: Domine eadem nunc prorsus ratio existit, nã postquam homo cecidit, nullus iam per hominem potest gratiã consequi, imò omnes ex primo homine contrahunt originale peccatum. Quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? id est, quis liberabit Iacob, qui impotens est, sicut paruulus à plaga ista locustatum, quam video: quasi diceret, nullus, nisi tu potes Iacob à plaga liberare & releuare, misertus est Dominus, ideſt, non erit plaga magna in populo, quam Dominus ostenderat Prophetæ: cum nullus esset qui redimeret, qui à plaga peccati hominem liberaret continuum clamorem Patrum audiens misericors pater ad quem ascendit clamor populi existentis captiui in Ægypto, ideſt sub peccato misertus super plaga communi totius naturæ, dixit non erit plaga ista magna: ideo præmisso angelo nuntiante & Virgine consentiente verbo angeli, Verbum Dei vnigenitus Dei filius, factus est homo: tunc factum est adiutorium simile homini: factum est illud adiutorium vt multiplicaretur natura & simul cõmunicaretur gratia contenta in Adam: nunc misit Deus filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, &

2. ratio quare datũ fuit adiutoriũ.

Amos 7.

Clamorẽ patrum audiuit Deus

Ad Gal. 4.

adoptionem filiorum reciperemus ideſt, miſericors Pater videns lapſum protoparentis, quem de limo terræ formauerat, & filiũ adoptauerat mediãte gratia, volens infirmum conſolidare, ęgrotum ſanare, confractũ alligare, diſrupta reſarcire, & ruinam eius, qui ad imaginem Dei cõditus fuerat reparare, filium ſuum naturalem ad redimẽdum adoptiuum, miſit: adoptiuum ex limo terræ formauit: filium naturalem ex muliere factum miſit: primus ille Adam prẽcepta Dei negligens non ſeruans legem peccati induxit damnationem, Ieſus factus ſub lege reddidit Iuſtitiæ libertatem, eos, qui ſub lege erant, redimens, vt adoptionem filiorum reciperemus, Deut. 25. antiqua lex illa præcipiebat, quod quando vnus ex fratribus abſque liberis mortuus fuiſſet, alter frater vxorem defuncti reciperet, vt ſemen fratris ſuſcitaret: per peccatum mortem contraxit Adam, & nulli cõmunicauit originalem iuſtitiam, Chriſtus dominus carnem aſſumpſit humanam, vt inde filios ſpirituales ſuſcitaret. O diuinum ſufficiens adiutorium, quod adiuuat infirmitatem, & redimit captiuitatem noſtram, per quod verè regeneramur in filios Dei. Diuinam potentiam omitto, cui, nõ defuit alius modus redemptionis ſed iſte fuit conueniẽtior: ſine quo non diſpoſuit Deus humanam ſubleuare naturam, nec ſpirituales generare filios, quod antiquitus bene Eliſęi hiſtoria adumbratur. Cum enim ex meritis Eliſæi quædam Sunamitis peperiſſet filium & poſtea eſſet mortuus, miſit Guiezi ad ſuſcitandum puerum, cui proprium dedit baculum Eliſęus veniens incubuit ſuper puerum, ponendo os ſuum ſuper os eius, manus ſuas ſuper eius, tunc ſurrexit puer, ſuper quem locum Gregor. 9. moral. capit. 32. inquit quod lex antiqua nunquam potuit ſuſcitare humanum genus, quia vt inquit Paul. nihil ad perfectum duxit lex, ſed cum Chriſtus ſeipſum exinaniuit, ipſe per ſeipſum fuit adiutorium ſufficiens, & in aſſumpta natura fuit adiutorium nobis ſimile. E-

Deut. 25.

Gregor. 9.

Hebræ. 7.

tat enim peccatorum nostrorum sarcina grauis dicente Propheta, sicut onus graue grauatæ sunt super me: *Psalm. 38.* non erat, qui hoc pondus posset subleuare, & portare (potentia diuinam omitto) posuit Dominus in eo iniquitates omnium, [*echadio todo sobre mi, que a ayudaros vengo*] qui multiplicant peccata, hoc onus *Isaias. 53.* agrauant. O gygas fortissimus: qui exultauit ad currendam viam hac sarcina non prępeditus, fortissimum erat adiutorium, impediri non potuit, quin omnia portaret & tanto onere subleuaret. Considerans sponsa nullum aliud esse sufficiens adiutorium, ardenti desiderio dicebat, osculetur me osculo oris sui, id est, vtinam quem absentem pręsentem iam videam, nam sponso carens adhuc langueo præsentia omnium *Cant. 10.* Prophetarum. Tactu baculi Eliśei, non est vox, nec vita in me, non resurgo, non suscitor, non excutior de puluere nec sum plene educta, nec pater aditus & ingressus ad cœlestia, clausa est paradisi ianua, gladius vtraque parte acutus custodit paradisum, mitte ergo Pater adiutorium mihi simile tibi consubstantiale, qui vitam tribuat, salutem reddat, qui ianuam aperiat. Nam si quid ex nunc iam habeo, meritis eius pręuisis possideo, cæteri nullum à se adiutorium pręstat: osculetur me osculo oris sui, idest, iam iam osculetur: [*dende luego loquerria ver, que ya me pareśce tarda*] Augustinus tomo, 4. q. 89. super Genesim ad literam inquit, quod ille qui prohibuit, ne Abraham occideret filium suum, fuit diuinum Verbum, vel Angelus in *Arist.* persona Verbi, quod est verissimum. Nam qui primò dicitur Angelus postea nomine Dei, inquit, nunc cognoui, quod timeas Deum, & non perpecisti vnigenito propter me: quare putas dilecte, quòd noluit Dominus sacrificium Isaac? Quare noluit vt occideretur: vtique quia non erat sufficiens sacrificium, ac adiutorium ad humanum genus liberandum: pro figura & vmbra huius sacrificij venturi sufficiens fuit eduxisse *Genes.*

gladium: *basto hazer el acometimiento*, dum descendit Verbum, vel angelus in persona Verbi præcipiens, nè occideret; *fue dezir, passo que empressa es esta que para mi solo esta guardada.* O salutare ac vnicum remedium. O adiutorium, sine quo omnino pereo: O adiutorium mihi simile. Quare non te amo, fratres, hoc vnicum, ac salutare est adiutorium, vnum antiquitus erat templum, vnus summus sacerdos, non bis aut sæpe sed semel Sãcta sanctorum introibat, vnus est mediator Dei & hominum Christus Iesus, de cuius plenitudine debemus accipere gratiam ad salutem. Quid tibi vis in via Ægypti, quid quæris auxilium à principibus, in quibus non est salus, stultus ac insanus populus Dei adiutorium non cognoscens. Numero 14. dicebat: Constituamus nobis Ducem, & reuertamur in Ægyptum: id ipsum Ochozias, qui cum cecidisset per cancellos misit nuntios, vt consulerent Beelzebub, Deum Accaron, an viuere posset de infirmitate. Ostulti, qui adiutorium quærunt in infirmitate: salutẽ in ægroto, quærunt medicum, qui non potest saluare, adiutorium, quod non potest eos liberare: ducem cæcum, qui non potest ducatum præstare: cæci sunt, ambo in foueam cadent. Quid inquit facer rex, quarto regum, vtique quod misit Elias Thesbitem, qui diceret nuntijs Ochoziæ, nunquid non est Deus Israel, & in terra nostra, ex bonitate sua volens se nobis communicare, nos ipsos quærit, nobis occurrit, quærentibus mortem offert vitam: quærentibus infirmitatem offert salutem: quærebat Paulus, qui quondam salus, ita accensus mortem, discipulorum domini, dominus ex bonitate sua occurrit illi: vt illum quæreret, & ad se reduceret, cum Genes. 37. vir quidam, Ioseph interrogasset, quid quæreret: respondit, fratres meos quæro, indica mihi, vbi pascãt greges. Quid quæris dulcissime Iesu, quem pater in hunc mundum misit sicut Iacob Ioseph? fratres meos quæro, fratres meos redimere volo.

Numer. 4.

4. Reg.

Genesis.

O immen-

O immensus Dei mei amor! O charitas ac bonitas singularis! Quibus te efferam laudibus, dum bonorum nostrorum non indiges? sic te vis nobis communicare, stat perterrita Regina angelorum (inquit Bernard.) & miratur quomodo qui potuit venire, sic voluit subuenire, ideſt, quod mirabile est in hoc sacramento, ac diuino mysterio, non est quod Deus potuerit subuenire, & humanũ genus adiuuare, sed quòd sic voluerit subuenire, & adiuuare. Causa huius non est alia, nisi immẽsa eius bonitas, quæ tanta est, ac talis quòd de eius ratione est se communicare: Quare putas dilecte, quòd dixit Deus, non est bonum hominem esse solum? Quia si existeret solus nõ erat Deo perfectè similis, Deducitur sic: De ratione boni est esse communicatiuum sui: ideo communicauit: homo creatus est ad imaginem, & similitudinem Dei: igitur, si homo non se communicasset, non esset Deo perfectè similis: sine adiutorio non poterat alios generare, & se communicare: igitur non erat bonum hominem esse solum. Quid hoc est? vestigium illius summæ bonitatis? quando maximè apparuit hæc bonitas, hæc communicatio? cùm humanam assumpsit naturam & in carnem natus est nobis similis tunc aparuit summa Dei bonitas, & diuiciæ bonitatis eius [*Descubrio los thesoros de su bondad*,] quia summo modo se communicauit, sic facere, bonitatem suam decebat, lege Sanct. Thom. tertia parte, quęstione prima, articul. primo, vbi hac ratione probat, quòd debuit Deus carnem sumere. O summa bonitas, qui summo modo voluit se nobis communicare: Iam ad intra diuinis personis communicauerat Pater suam essentiam, iam post generationem & processionem non erat alius modus communicationis ad intra: personalitas diuina ad intra communicari non poterat, cùm Deus esset summum bonum, volens adhuc se cõmunicare, personalitatem Verbi, humanæ communicauit naturæ: Hoc fratres est vox illa, delitiæ meæ esse cum filijs homi-

Bernard.

Proverb. 8. num. [*Verdaderamente no me hallo solo.*] Sic dicimus Hispanè, cum aliquis alium valde diligit, à quo nunquam discedit, [*Fulano no se halla sin fulano:*] sic Deus delitiæ meæ esse cum filijs hominum. [*Non me hallo solo*] Ex abundantia cordis, os loquitur: [*Luego se communica*] mediantibus verbis quæ explicant quod latet in corde, ex abundantia illius magnæ & immensæ bonitatis, Deus se communicauit, loquendo per prophetas: denique per se ipsum ad nos venit. Quare iussit Dominus mãna in arca panes propositionis semper coram conspectu suo poni? quia delitiæ eius videre quomodo in pane suauissimo erat hominibus communicandus, & vt cibus voluptatibus delitijsque plenissimus misericorditer præbendus, qui vitam pollicebatur immortalem iuxta quod in collecta, futuræ gloriæ pignus dicitur.

Simile. Cum quis aliquid vehementer amat, specie ac imagine vtitur: sic Deus quia delitiæ eius esse cum filiis hominum antiquas volebat imagines, ac varias figuras. Quia Apostoli Christum maximè diligebant, ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni sunt pro nomine eius contumeliam pati: Adeo desiderat Christus esse cum filijs hominum, quod nihil aduersum

Isaie. ab hoc eum remouet. dicitur Isaias 53. si posuerit animam suam pro peccato videbit semen longæuum: ac si (combinando, primum, & secundũ Adam) diceret Propheta, primus Adam per peccatum spiritualiter occidit omnes filios suos: si secundus Adam voluerit semen longeuũ id est plurimos filios spirituales in singulis sæculis vsque ad finem iudicii, necesse est, quod moriatur videre semen longæuum est, sub hac conditione, quòd secundus Adam ponat animam suam ideſt, vitam suam causa pro effectu, pro filiis generandis: Inquit Christus delitiæ meæ esse cum filiis hominum, desiderauit hoc [*A tueco de non que darse solo dize que acceptala muerte*] tunc dixi, ecce venio. Ad quid venis ô Iesu, vt te redima m, [*Que acepto estar en pesebre entre bestias, en cruz*

entre ladrones, a trueco de no mouer solo.] Sic visus est in fornace Babylonis similis filio Dei, sic in rubo apparuit, cum filij Israel oppressi erant in Ægypto [*por estar con ellos accepta emeiantes trabaios*] quia mortem acceptauit, vt nos redimeret, atque captiuitate liberaret non tanquam Rex diademate coronatus, fulgido nitens habitu ad nos venit: Sed sicut reus, quem crux expectabat, exiſtit in carcere: sic dominus Iesus exiſtit in diuersorio, in præsepio: Rex procedens ad bellum magno cum comitatu procedit, nè si cum paruo procedat cogatur mittere legatos rogans, quæ pacis sunt, Christus quia apparet in similitudine carnis peccati tanquã seruulus humilis iacet in præsepio inter bestias, squalido iacet in loco, iam ex tunc incipit experiri angustiam crucis, locúmque Caluariæ habitare, vt correspondeant priora & posteriora. Vide quanto cum labore summa illa bonitas vult se nobis communicare propter quod iustè per prophetam Hieremiam conqueritur dicens, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ [*Solo me han dexado*] Fons semper emanat; perpetuò aquam suam nobis communicat, per secretam terræ aperturam: cum Deus semper nobis mitis, varijsque modis se communicet, iustè fonti perenni comparatur, contemnendo homines hanc bonitatem, cisternas sibi foderunt, propterea quasi cum dolore, inquit dominus me dereliquerunt. [*Que no quieren el bien, que les comunico, y que de gracia siempre a manos llenas les estoy dando.*] O fratres quæramus eum, qui nos quærit, ne simus sicut fratres Ioseph: qui fratrem suum illos, quærentem sunt persecuti, quęremus cum sponsa, quæ dicebat; nunquid quem diligit anima mea vidistis? quique terrigenæ & filij hominum exite obuiam ei, dicite ei, regna super nos, Quærebat verè sponsa, cum dicebat, quæsiui eum, non inueni: [*ay de mi que non me hallo sola*:] sicut Dominus iudicauit non esse bonum hominem esse solum, sic sponsa iudicabat non esse bo-

Simile.

Cant.

num ipsam esse solam sine suo sponso. Elisæus semper
Gregor. Eliam sequebatur: [*Porque no se podia hallar sin el,*] & cùm
vidisset necessarium esse discedere ab eo, petiuit ab eo
Act. 20. spiritum suum duplicem, ac si diceret. [*Alomenos no me quede sin tu espiritu.*] Pauli discipuli nolentes à magistro
Gen. suo discedere semper eum sequebantur deducentes eũ
Psalmus. ad nauim: Iacob dolebat esse sine Beniamin. O quantum debet anima dolere cùm est sine suo creatore? Nõ est illi bonum esse solam. Ideo Dauid dicebat, mihi adhærere Deo bonum est. [*Mal me vasolo.*] Si dixit Sapiens, væ soli, quoniam, si ceciderit, non habebit subleuantem, quanto magis dicere possumus, væ nobis
Simile. sine Deo. Quale manet hoc medium sine luce, nauis suo destituta gubernatore, talis est anima sine Deo adiutore.

O fratres, Christus brachium est, & fortitudo Patris,
Iudic. per quem conditi, & saluati sumus, stemus fortes & firmi, in omni genere virtutũ. Fortis ille Gedeon datus à Deo in ducẽ, protectorem ac liberatorem dilecti populi: suis forti animo dicebat, qui formidolosus, & timidus est reuertatur: redierunt infirmi, & pusillanimes, quos
Iudith. confundit, mulierum illustrium animus inuictus: nam Deboram illam muliebris formido non turbauit, illustrem illam omnium fœminarum fœminam fortissimam copiosissimus exercitus Babilonicus non deterruit: sed ab vna fœmina comitata superbi Holofernis abscidit caput. Stemus fortes, nè nos deterreat paupertas noui Adam, aut bella & tentationes quas patiuntur imitatores Christi: quem dedit nobis Dominus in adiutorium, & Patrem regenerantem nos in filios Dei. Imitemur illum, qui dicebat, quis nos separabit à caritate Christi, tribulatio, an angustia? an nuditas, an fames? Non deterreat nuditas iacentis in præsepio: non angustia præsepis, nõ solitudo eius cui nõ est locus in diuersorio, quia amictus est lumine sicut vestimento: non angustia præsepis, quia eum capere non possunt cœli cœlorum: non soli-

tudo, quia innumeri exercitus angelorum eum circunstant: non deterreant te vagitus infantis, quia verba vitæ habet, Dulciora super mel & fauum. Si non est ei locus in diuersorio, in domo Patris mansiones multæ sũt, quas daturus est electis : Si hîc in obscuro est loco, lucem habitat inaccessabilem: lucerna illius supernæ ciuitatis, est agnus, si domus ista pauper est, illa superna ciuitas est aurum mundum simile vitro mundo, luci peruiũ: pro hac paupertate illæ diuitię, pro fame cœna magna est, agni mansiones illas æternas det nobis Iesus Mariæ filius, qui cũ Patre, & Spiritusancto viuit, & regnat in sęcula sæculorum. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VII.

Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.

FORMATO primo homine, volens Deus adiutorium sibi simile facere quia non est perfecta consolatio solitario, antequã tolleret vnam de costis eius immisit soporem Adam, id est, à Domino non aliundè prouenit vt profundus somnus ocuparet Adã nè infensus fieret dolore, aut afficeretur tristitia cùm aufferebat dominus costam ad ædificandam Euam. Cũ res producta habet aliam formam à re ex qua producitur formari dicitur, sic ex infirmo luto formatus est Adam, si hoc sit virtute agentis naturalis, non solum formatio sed generatio dicitur, ædificatio est cùm supposito aliquo fundamento alia similia superimponimus: non cessando vsque dum perueniamus ad ędificij consummationem, vbi noua resultat forma, sic Deus ex iam formato, partem accipit & nouam mulierẽ format, quæ sic fouet & protegit fætum sicut ædificium nos à pluuijs protegit: ideo ad modum ædificij in parte

Optimum exordium in hac concione erit inhibere dicendo hoc mysterium esse mirabile nouum per terram via naturæ inuestigabile.

superiori subtilior est, in parte verò inferiori puta circa ventrem crassior est, supra fortitudinẽ ergo viri infirmitas mulieris ædificatur quæ statim adducta est ad Adam, sicut adducta fuerant cętera animantia, Regi intro eunti ciuitatem omnes ciuitatis habitatores occurrunt viri ac mulieres, iuuenes, & senes, vt obedientiam præstent, & possessionem, regnaturus, accipiat: non dissimiliter in mũdi exordio factum est, adducta sunt animantia ad Adam tanquam ad dominum: adducta est Eua ad Adam tanquam ad dominum qui nomen imponat, tanquam ad patrem, qui diligat, tanquam ad maritũ qui eam (quæ sibi data est in adiutorium) amplectetur, & desideret: cum sibi oblata est, scientia supernaturali quam acceperat (prophetia ad Adam exordiũ sumptis) prophetice locutus est dicẽs, hoc nũc os ex ossibus meis & caro de carne mea, ideſt, valde gaudeo exultatione exulto, videndo os meum ædificatum in mulierẽ, formatum in adiutorium, iam nõ ero solitarius, bonũ prolis ex nunc habebo, nũc est os ex ossibus meis, ideſt, nũc mirabiliter hoc sic factum est, iterum hoc idem postea non fiet, factum est nunc quia fœmina non prędxistebat, postea omnis vir & fœmina ex coniunctione maris & fœminæ erit, hæc prima dicatur virago, quia de viro sumpta est.

Figuræ incarnationis simile.

Adam primus propheta.

Inter alia mysteria sublimitas & altitudo huius mysterij (quod omnẽ superat intellectum & sensum) hic (vt credo) significata est, cum misit Dominus soporem in Adã, ideſt, cum occupati essent sensus eius, sic secundus Adã formatur ex muliere miraculosè, cuius formatio superat omnẽ sensum. Hanc veritatem significauit Ioannes Baptista, cũ Ioan. 1. dixit: non sum dignus, vt soluam corrigiã calceaméti eius, super quæ verba Greg. hom. 7. super Euangelia, inquit, quod per calceamentũ assumpta mortalitas designatur, corrigia verò calceamenti est ligatura mysterij quam Ioannes non poterit soluere, ideſt, intelligere: secundum ergo Grego-

Hoc mysterium non est inuestigabile ratione naturali.

Ioan. 1.

Grego ho. 7. super Euang.

rium denotauit Ioannes hoc mysterium incarnationis non esse vestigabile ratione naturali, idem docet gloſſa ad Philippenſ. 4. explicans illa verba, Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, vbi inquit, pax, qua ipſe Deus pacatus eſt ſignificans, quod ipſe eſt Chriſtus exuperans omnem ſenſum. Quod Chriſtus dicitur, ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum, hoc ipſum ſignificauit per Oſeam, cum dixit, ero quaſi ros Iſraëli, ideſt, donec exterius appaream nullus modũ meæ generationis videre, aut intelligere poterit, ſic beatiſſima Virgo ad Angelum. quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco, Spiritus-ſanctus ſuperueniet in te. [*Obra ha de ſer del Spiritu ſancto ſin ſer oyda ni viſta,*] congruit illud, vbi vult ſpirat, neſcis quò venit, aut vadat cuius rei optima exiſtit figura. 4. Reg. 4. vbi legimus Eliſæum ſuſcitaſſe puerum, ſed quo nam pacto? ingreſſus eſt ergo Eliſæus domum (inquit facere textus) & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius ingreſſusque clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum [*a puerta cerrada,*] ſactũ eſt vt expãderet ſe ſuper puerum, & vniens ſe illi ſuſcitaret illum: per quod ſignificatum eſt, quòd hęc vnio ſuperat omnem humanam ſciẽtiam, & nullo modo naturali poteſt inueſtigari. [Hoc nũc ex oſſibus meis.] Hic ſignificatum eſt, quod hoc myſterium non ſolũ non eſt cognoſcibile ratione naturali, ſed quod rarum & admirabile eſt. Hoc ſignificant hæc verba ſecundùm recõditam intelligentiam, ſecundùm literam idem eſt, ac ſi diceret, hoc ſemel nunc factum eſt, non iterum fiet: ideo mirabile eſt, nam verum eſt non repetitum: quod manifeſtè Chriſto conuenit, qui ſine dolore Virginis formatus eſt puriſſimo ſanguine eius, ſicut Eua formata fuit ex Adam, ipſe ſolus nullus alius conceptus eſt miraculosè de Spiritu ſancto ex Maria virgine: quòd formatio Euæ fuerit Symbolum formationis Chriſti, oſtendit. Gregor. Emiſſenus dicens, Credamus Dominum noſtrum ex ſola fęmina virum creaſſe, quẽ ſcimus

Philip. 4.

Epheſi. 2.
Figura. 4. Reg. c. 4.

Greg. Emi.

inter ipsa initia generis humani ex solo viro fœminam condidisse, ergo formatio Euæ symbolum habet cum formatione Christi, si quidem vna suadetur ex altera, legendus est Augustinus, qui tomo.3. de Genesi ad literam. lib.9. capit.16. inquit fideliter credimus factam feminam ex viro nullo interueniente concubitu, sicut fideliter credimus etiam virum factum ex fœmina nullo interueniente cõcubitu: & post pauca, vt hîc Dominus de famula nasceretur, ibi de seruo famula formaretur Quẽadmodũ ergo costa viri (quæ erat fortitudo eius) infirma carne vestita est, & sic formata fuit Eua: sic etiam Verbum Patris (per quod facta sunt omnia) infirma carne indutum est, & hanc nouam conceptionẽ & natiuitatem prędixit Hieremias dicens, nouum faciet Dominus super terram, mulier circundabit virum, ac si dixisset vnum nondum factum, facturus est Dominus adeo erit mirabile quod iterum non fiet, neque habebit secundum sibi simile: Mulier circundabit virum, idest circundabit Deum fortem, patrem futuri sæculi, principem pacis, nulla alia fœmina neque ista iterum concipiet infantem ætate paruulum, scientia & cognitione virum, habentem scientiam diuinam ratione naturæ diuinæ scientiam beatam, quæ videbat Deum insuper infusam quia omnium rerum naturalium cognitionem habebat. Iste vir, qui stetit die fortis, & potens in prælio nullus alius conceptus erit Spiritu sancto ex Maria virgine. Cyprianus homil. Natiuitatis, considerans admirabilem Christi conceptionem inquit. O Domine quàm admirabile est nomen tuum, verè tu es Deus qui facis mirabilia, non mundi huius statuam admirer, non stabilitatem terræ, cùm eam volubile firmamentum complectatur, non singulos dies, non lunę defectus & incremẽtum, non solem semper integrum & laborem eius perpetuum, non temporum vicissitudines, in quibus quædam arent, quædant virẽt, & quæ mortua modo videntur, postea reuiuiscunt, miror Deũ

August.

Hieremi.

in vtero Virginis omnipotentem in cunabulis miror quomodo verbo Dei caro adhæserit, quomodo incorporeus Deus corporis nostri tegumentum induerit, in cæteris quocumque modo aliquæ satisfaciunt rationes hîc solus me amplectitur stupor: quia nihil rationis inuenio, cum Abbachuch cano, consideraui opera tua, & expaui: miror ieiunium, miror tentationes, miror omnipotentem in sepulchro iacentem, miror occisum, & resurgentem. Iuxta prædicta explicabimus illud Apocalypsis 1. ego sum primus, & nouissimus, & viuus & fui mortuus, id est, sicut primus, in esse diuino, cui nullus aliuseſt similis, qui mihi comparari aut adæquari potest (non est sermo de alijs personis diuinis) natura assumpta fuit nouissimus, quia nullus alius fuit sic ita admirabiliter conceptus & natus. Apocalypsis 1. Prouer. 30 Postquam Salomon docuerat æternam generationem esse ineffabilem, dicens, quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti, id est, nec Deus nec nomẽ filij eius potest naturaliter nominari aliquo nomine proprio, & quiditatiuo, quia omnino ineffabilis est illa æterna generatio statim descendens in mysteria, quæ pertinent ad humanitatem Christi, & incipiens ab ascensione facit resolutionem in Natiuitatem, dicens, tria sunt difficilia mihi, quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cælo, id est Christi resurrectionem, sicut enim serpens fuit exaltatus in morte, sicut coluber secreto exiuit de sepulchro: viam nauis in medio mari id est vitam Christi qui sic fuit concussus & pressus tribulationjbus huius mundi, sicut nauis in medio mari: viam viri in adolescentia, id est viam viri in adolescentula, id est, modum quo Christus natus, & ortus est ex virgine adolescentula. Quod suadetur ex hoc, quòd Salomon habeat scientiam perfectam omnium rerum naturalium, sic omnem aliam viam viri cognoscebat, hanc ideo idem ignorare dicitur, quia scientia naturali, quam habebat penetrare non poterat, eò quòd illa humana natu-

ta erat Verbo coniuncta, & vnio ad verbum cognosci nõ poterat sine cognitione Verbi, sed Verbum cognoscere non poterat, vt ipse prædixerat: dicens, quod est nomen eius, & quod nomen filij eius (si nosti) ergo hanc viam secundum scientiã naturalem penitus ignorabat. Hac ratione demones non cognoscebant Christum: quia ignorabant an humana natura (quam videbant) esset vnita Verbo diuino, sed quia idem posset dici de alijs mysterijs videtur dicendum, quòd sub metaphora aquilæ, & aliarum rerũ loquitur de prædictis mysterijs quorum quartum penitus ignorat, ac si diceret, magis mirabile est. Nam si illud creditur, & si alia sint mirabilia, facile creduntur: discipuli quamuis credebant incarnationem admirati viderunt Christum ascendentem in cælum, tamen credendo incarnationem cætera mysteria facilius percipiuntur, quia qui potuit facere vnũ, potest facere aliud, hoc mysteriũ esse admirabile ostẽdit Virgo, quæ admirata dixit, quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Admirata est Sarra cum in figura huius cõceptionis, conceptio Isaac sibi ab Angelo annunciatur Aug. to. 2. epistola 101. ad Euodium inquit, causæ admirationis sunt cum vel ratio cuiusque rei latet, vel eadẽ res vsitata nõ est, quod aut singularis, aut rarò est, quibus verbis diuus Aug. includit omnẽ causam admirationis. Illa enim admiramur, quæ magna sunt, quæ rarò contingunt, quorum causam nescimus, ideo qui parua miratur stultus est, in hoc sacratissimo mysterio omnes admirationis causæ concurrũt. Nam planè magnũ est, quòd Deus sit homo, & homo Deus: inconsuetum est, rarum est nũquam antea visum, nũc factum est, cum Deus carnẽ assumpsit & homo natus est, non iterum fiet hoc quod naturalem causam nõ habet, quia nulla creatura potuit naturam humanam eleuare ad esse personale Dei, causam diuinam & supernaturalem assignat Ioann. dicens, Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret ex amore ipse

solus fuit causa huius ineffabilis vnionis, Leo ser. 10. Natiuitatis inquit. Omnem originem humanæ creationis excellit, nec enim aut Adæ de limo terræ formatio, aut Euæ de viri carne plasmatio, aut cæterorum hominum de vtriusque sexus permixtione conditio Iesu Christi ortui potest comparari. Genuit Abraham senex diuinæ promissionis hęredē, & sterilis Sarra transgressa fœcunditatis annos cōcepit Iacob antequam natus dilectus adeo & præueniēte gratia volūtarias actiones ab hyspida congeniti fratris asperitate discretus est. Hieremiæ dicitur, prius quàm te formarē, in vtero noui te: Anna diu fœcunditatis aliena Samuelem prophetā, quem Deo offerret enixa est, vt & partu clara esset & voto: Zacharias sacerdos de Elisabeth sterili sanctā susçepit prolem: magna hæc omnia & diuinorum operū sunt plena miraculis: sed hoc ipso quo plura immoderatius stupenda: Natiuitas Domini nostri Iesu Christi omnem intelligentiam superat, & cuncta exempla trāscendit, ideſt. licèt cæteræ conceptiones mirabiles sint, hæc, quæ Domini nostri Iesu Christi est, mirabilior existit, quia nulla alia ei similis inuenitur: tam magna ac mirabilis est, quòd nullo modo illam ratione comprehendere possumus, aut tentare debemus, iuxta quod can. 2. inquit sponsus ad sponsam, auerte oculos tuos à me, ipsi me auolare fecerunt. Cum quis alium fugit nè videatur ab eo, si ille alius videre conetur, dicitur Hispanè, *Quitaos alla no me veays que me yre*, sic si quis voluerit diuina comprehendere mysteria, Deus elongabitur ab eo, auolabit ab eo, fugiet ab eo, Prouer. 23. inquit Sapiens, nè erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ & volabunt in cœlum, hoc mysterium est thesaurus Ecclesiæ indeficiens, in hoc thesauro sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, hoc thesaurum est diuitiæ bonitatis Dei: sicut thesaurum in terra & ex terra nascitur: sic Christus de Virgine & in vtero Virginis

Ioan. 3.

Prouer. 23.

carnem sumpsit. Virum suscipere debuit (inquit Aug.)
Aug. 10.4 l.8 3. quæ. q.1 8. quia hic sexus honorabilior est, consequens erat vt fæminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille vir de fœmina natus est, quia nasciturus erat ex fœmina illam ab initio præseruauit ab omni originali: cùm mutauit Deus Abrahæ nomen addendo literam, quæ est vna ex quatuor nominis ineffabilis, eandem communicauit Sarai quæ dicta est Sarah quæ litera significat vitam, significando quòd verbum diuinum quod est vita, fututurum erat vita non solum viri, sed etiam fœminæ iux. Aug. intelligendus est Bernard. serm. 2. Pentecost. vbi de nobis loquens; inquit, in vtero damnati, antequam nati, quia de peccato, & in peccato concepti: Christus ergo ibi remedium apposuit, vbi primus vulnerati patebat locus, & substantialiter vtero Virginis illapsus de Spiritu sancto conceptus est, ideſt, quia nos in peccatis concipimur (vt inquit Dauid) hoc est in peccato originali, voluit Deus (è contra) concipi in vtero Virginis sanctificans illum: posset quidem Deus aliter sanctificare: sed voluit contrario modo nostræ infirmitatis se habere, Insuper conueniens fuit, vt acciperet naturam ex muliere, vt sic ostenderetur veritas humanæ naturæ. Cùm enim non de viro, sed de Spiritu sancto cõceptus fuerit, si non nasceretur ex fœmina, sed formaretur de aliqua alia materia phantasticum, non humanum, eius corpus videretur, vnde August. ad Volusianum inquit, si omnipotens Deus hominem vbicunque formatum non ex materno vtero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris? nec hominem verum suscepisse vllo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit auferret, quod misericorditer fecit, id est, si omnia, quæ inuenta sunt in mysterio Incarnationis, miraculosa essent, & nulla essent naturalia, certè esset occasio dicendi, non esse verum hominem, & sic auferret, id est, destrueret, quod misericorditer fecit, quia non crederetur fuisse factus homo,

quare Christus conceptus ex muliere.

2. Patia.. S. Tho. 3. p. q. 31. art. 4.

August. to. 1. epi. 3. ante medium.

quod est opus maximę misericordię & dilectionis. Vl- 4. *Rab.*
timo conueniens fuit vt nasceretur ex fœmina, quia
per hunc modum completur omnis diuersitas genera-
tionis humanę, primus homo productus est ex limo
terrę sine viro & fœmina, Eua producta est ex viro sine *Oma esmodi, productiones & generationis humanę narrantur.*
fœmina, alij homines nascuntur ex viro, & fœmina:
quartum, vt magis mirabile & diuinum, Christo re-
linquebatur proprium, vt nasceretur ex fœmina sine
viro, omisso communi modo, quo omnes nascimur de
viro, & fœmina naturaliter. Maximus Episcopus in- *Maximus Epis. ser. Natiuitati*
quit tres sunt modi nascendi mirabiles: primus quo A-
dam ex limo, secundus quo mulier de masculo, tertius
quo Christus ex Virgine, quod horum non nouum,
quod horum non mirabile? quid horum inquisitio po-
terit humana complecti? Quemadmodum ergo con-
ceptio Isaac, quia miraculosa ex sterili, similiter & con-
ceptio Ioannis fuerunt figura Christi, sic formatio Adę
& Euæ: de Adā clarè docet August. homil. 4. dicens in- *August.*
nouatur in nobis quodāmodo per Christi diuinitatem
species illius antiqui, & incipientis sæculi, quando pri-
mus Adam de limi materia figuratur, ecce secundus A-
dam, quasi de intacta adhuc terra de Virginis carne
formatur: clarius hom. 10. natiuitatis, vt in introduc-
tione dictum est, Galatinus l. 7. c. 4. inquit, beatū Andream *Galatinus*
dixisse ad Egæam proconsulem, quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum
prævaricationis mundo mortem intulerat: necessariò,
idest conueniens de immaculata Virgine natus est per-
fectus homo non solum perfectione iustitiæ, sed perfe-
ctione vsus liberi arbitrij, nam in nullo debuit secun-
dus Adam minorari à primo, Adam costam propriam
administrauit infirmam carnem accipiens pro ea, do-
minus Iesus Christus infirmitatem nostram sumens suā
virtutem & fortitudinem nobis communicauit, quod
Eua fuerit figura Christi vt dictum est. Naturam assum-
psit non personam voluit, tamen maximè vt potuit

coniungi personæ dum fuit in vtero: vbi eodem alimẽto quo persona nutriebatur: Irenæus aduersus hæreses c.21. agnoscit quod in illis verbis Isaiæ, non petam non tentabo Dominum: fuisse significatum hominem non posse quæ huius mysterij sunt penetrare, Dominus dixit, pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum inferni siue in excelsum supra, respondit Achab nõ petam, cui Dominus, *Ecce virgo concipiet*, id est ecce dabo vobis signum in altitudinem sursum quod non postulauit homo quia nõ sperauit virginem fieri posse prægnantem & Deum posse descendere deorsum vsque in profundum inferni vt ouem quæ perierat eriperet atque in excelsum supra ascendere ad cõsessum cum Deo patre, hoc mysterium est profundũ sapientiæ Dei, profundum omnipotẽtiæ Dei, profundum diuini amoris, profundum iustitiæ Dei; quia proprio filio non pepercit. O mysterium mirabile, silentio venerandum, ideo cum fideles audiũt, Verbum caro factum est, humiliter illud adorant procidentes super faciem suam: Accuramus, fratres, dominum adorare & humiliter venerarĩ. Cum procul, & de vltimis finibus onusta nauis affert pretiosa, vndique mercatores accurrunt, vt merces videant, cernant, vt postea emant: vterus Virginis velut nauis onusta fuit, quæ procul & de vltimis finibus nempe à regalibus sedibus ipsum Christum hominem factum attulit. O quàm admirabile est nomen tuum Domine, nomen significans Deum hominem quidem, & mirabilem generationem eius, qui enarrabit. Mirati sunt antiqui Patres, cum mare rubrum in diuisiones diuisum viderunt populi Dei, securam præstans viam: magis miror cum video incomprehensibile mare diuinitatis pelagus infinitum in humanitate contentum, in præsepio conclusum: mirati sunt cum Iordanis conuersus est retrorsum, mirati sunt cum sol commoratus in cęlo longiorem populo triumphanti præstitit diem: miror solem iustitiæ

Irenæus.

Exo.

Simile.

retroceſſiſſe ſeruilem carnem aſſumendo: mirati ſunt, cum viderunt virgam Aaron ſine humore florentem: miror ſacratiſſimam Virginem virum circundantem & concipientem: miror quod habens manſiones multas id domo Patris electis præparatas, in præſepio iaceat, miror ſtabulum throno Salomonis magis honoratum, ac templo Salomonis ſanctius, ſi à ſomno vitiorum ſuſcitor, lumen refulgens in habitaculo video, Angelos huc atque illuc volitantes aſpicio, tanquam niuis globos è cœlo deſcendentes intueor, ſeraphim vbique choros audio: ſi in cœlum oculos leuo, quandam ſtellam de nouo micantem conſpicio, illam ſequor ſicut antiqui Patres columnam ſequebantur, paſtores redeuntes, reges venientes mihi occurrunt, ac Regem regum Ieſum Chriſtum inuenio vilibus pannis inuolutum, & miror pau- 3. Regum. pertatem eius. Admirata eſt Regina Sabba, videns Salomonis domum, quam ædificauerat, cibos menſęeius, habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſtéſque eorum miror ego magis atque magis miror, quia plus quàm Salomon hic, & tamen per oppoſitũ nõ habet domum nec vbi reclinet caput, ideo collocatur in præſepio: Aſino & Domino vnus & idem eſt locus: miniſtri, qui aſſiſtunt, diuerſa ſunt animalia, cibi menſæ, nulli ſunt, veſtes veri Salomonis viles *panni ſunt*, dum miror maieſtatem humiliatam, immenſitatem contentam in præſepio ſpe non confundo, nec vacillans dubito, nec ſtultus & tardus corde ſum ad credendum his, quæ de ipſo locuti ſunt Prophetæ. Nam canunt Angeli, collętantur Archangeli, Angelo primo ad Paſtores intonante, Euangelizo vobis gaudium magnum, ſubitò facta eſt cum illo multitudo militię cæleſtis laudantium & dicentium Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus, iuxta quod Gregorius Emiſſenus, inquit, quid nouitatem ſtupemus Greg. Em

vbi cernimus maiestatem? ideſt non debemus esse tar-
tumilit. di ad credendum, eo quòd videmus, quia omnia ista
erant plena maiestate & testimonijs fide dignis.

Nouum & mirabile fecit Dominus super terram,
delendam tamen, quia, vt inquit Augustinus tractatu
Aug. vigesimo nono, in Ioannem, explicans illa verba, Ascē-
dit Iesus in templum & docebat, & admirabantur Iu-
dæi, omnes mirabantur: sed omnes conuertebantur,
Omnes mirantur mundi fabricam, cœli pulchritudinē,
opera Dei miranda, mysteria mirabilia, & tamen non
omnes conuertuntur àvijs suis pessimis, iuxta quod est,
Deut. 29. quod legimus Deuteronomij vigesimo nono, vbi
Moyses ad populum, vos vidistis vniuersa, quæ fecit
coram vobis dominus in terra Ægypti, signa illa mul-
ta, portentáque ingentia, & non dedit vobis dominus
cor intelligens, & oculos videntes, id est vos vidistis
signa illa, quæ fecit per me in terra Ægypti cùm ingres-
sus sum ad Pharaonem, de quibus latè Exodi nono, &
non dedit vobis Deus cor intelligens, id est sicut insen-
sati, post prædicta signa peccastis contra Dominum,
murmurando, & beneficia eius non recognoscendo
maiora nunc vidimus, fratres, maiora audiuimus, maio-
ra mente percepimus.

Vidimus diabolum victum, demonem superatum, ip-
sum dominum Angelorum hominem factum educen-
tem nos de Ægypto, ducentem in terram promissio-
nis. Ad quid existimas Deum paruulum factum, nisi
vt nos viros virtute, malitia paruulos efficiat? iuxta
2. ad Cor. quod primo ad Cor. quarto, inquit Apostolus, fratres
nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote:
sensibus autem perfecti, estote viri ergo perfecti sensi-
bus effecti, fratres non sumus iam paruuli fluctuantes
omnivento doctrinæ in nequitia hominum, sed in om-
ni bonitate sequamur Christum, qui nouus homo ve-
niens in mundum noua præcepta dedit mundo, vitæ
etenim nostræ veteri in vitijs enutritæ contrarietatem

oppositit

oppoſuit nouitati ſuæ. Nam ſicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur: ita dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, elatis præciperet humilitatem. Expoliantes ergo vos, fratres, veterem hominem induite nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate. Caſtigo corpus meum, inquit Paulus, & in ſeruitutem redigo, ac ſi dixiſſet, corpus officina eſt vitiorum, *Alcacar donde los vicios ſe hazen fuertes* caſtigo corpus meum. *Conquiſto eſſe alcacar*, expugno hanc arcem, in ſeruitutem redigo. *Hago que eſte a deuocion y obediencia del nueuo hombre Dios.* Qui in arce ſunt fortificati ſunt rebelles nolentes ſe ſubijcere nouo regi venienti, venit nouus homo Chriſtus in mũdum, caſtigo corpus meũ, ſubiicio illud, *Cada acotees vn tiro con quello aportillo*, vt nouus Rex, & homo Chriſtus Ieſus poſſideat illud, omnem auferiniquitatem, & renoua mihi & vobis &c.

Gre. ho. 32.

Simile.

Paul.

IN EODEM FESTO

SERMO VIII.

Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.

VIDENS homo mulierem, quam de coſta eius ædificauerat Dominus, dixit, propter hanc relinquet homo patrem & matrem, id eſt, quantum ad habitationem relinquet patrem & matrem, vt ſequatur eam quam dederat ei Dominus in vxorem, quantum ad alia, magis diligendus eſt pater. Videndi ſunt expoſitores ſancti Thom. 2. 2. q. 26. artic. 11. hæc verba magnum amorem viri erga mulierem indicant, & magnam mulieris ad virum ſubiectionem oſtendunt

Hic ſermo non potuit ad formam communem concionum reduci; explicantur autem in eo nonnulla loca ſcripturæ.

nam idem est ac si diceret si vir, qui est caput mulieris relinquere debet patrem & matrem, vt adhærens vxori suæ, sint duo in carne vna, ideſt ad procreandam prolem debent conuenire & simul habitare cum muliere, à fortiori hoc debet mulier facere, ideo qui naturæ erat caput promulgans iura matrimonij, cœpit esse doctor, argumento à maiori inferens, quod minus est. Si homo propter mulierem debet relinquere patrem & matrem, à fortiori ipsa mulier: rursum si vtérque patrem & matrem relinquere debet, vt coniugi adhæreat consequens est, vt nullus patrem & matrem possit in matrimonium sibi coniungere. Notandum est, fuisse hîc quoddam vestigium omnium, quæ in matrimonio inueniuntur: in matrimonio quidem præcedunt monitiones, postea coniuges dum sunt præsentes mutuum exhibẽt consensum: postea superuenit proprij sacerdotis benedictio, sic hîc precessit vox domini dicentis, non est bonum hominem esse solum, & iterum faciamus ei adiutorium simile sibi, cum adduceret mulierem ad Adam habens eam præsentem, quasi præstans consensum dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, propter hanc relinquet &c. ideſt, hanc mihi in vxorem recipio, & similiter credendum est, quod ipsa prębuit consensum, de quo non meminit scriptura: denique superuenit benedictio domini dicentis, Crescite, multiplicamini, neque obstat quod habeatur primò, quia illud per anticipationem dictum est, secundum consequentiam historiæ post formationem Euæ, & post verba Adæ dicta fuisse à domino credendum est. Augu. tomo 1. de Genes. ad literam contra Manichæos cap. 24. sic inquit. qnòd per historiam impletum est in Adam, per prophetiam significat Christum, qui reliquit Patrem, cum dicit Ioan. 16. ego à Patre exiui, & veni in hunc mundum, sed non locum reliquit, quia Deus loco non continetur, nec auersione peccati sicut Apostatæ relinquunt Deum, sed apparendo hominibus in homi-

Valet. pr. 2. dominica post epi.

ne, cum verbum caro factum est. Quid est ergo, reliquit matrem, idest, synagogam veterem atque carnalem obseruantiam: & tomo. 6. lib. 12. contra Faustum capitu. 8. quis non agnoscat Christum eo modo reliquisse Patrem, quo cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, reliquisse etiam matrem synagogam & adhæsisse vxori suæ sanctę Ecclesię. Hieronym. tomo. 9. explicans hęc verba ad Ephes. 5. inquit. primus homo & primus vates Adam hoc de Christo & Ecclesia prophetauit, quod reliquerit Dominus noster atque saluator patrem suum Deum, & matrem suam Hierusalem, & venerit ad terras propter suum corpus Ecclesiam, & de suo eam latere fabricatus sit, & propter illam verè Verbum caro factum sit, Aug. hom. 18. natiuitatis comparans primum Adam cum secundo, inquit, tu in latissimo fructuoso suorum nemorum prædio te perdidisti obedientiam negligendo, ille obediens in angustissimum diuersorium venit: vt mortuum quæreret moriendo. Quid non fecit, vt te quæreret mortalis homo? mortalis venit ad mortales factus obediens vsque ad mortem crucis. Quid non fecit Iacob propter Lyam, certè reliquit domum suam, & domum patris sui, sic Dominus Iesus reliquit Patrem vt sponsam Ecclesiam sibi concjliaret, & desponsaret, Tobiæ iuniori redeunti in domum patris sui pecuniam ac medicinam patris portanti obuiam exijt Tobias senior. O fratres exite obuiam Christo, qui affert medicinam contra infirmitates nostras, pretium ad redimendum nos de captiuitate nostra, venite adoremus & procidamus coram illo. *Adduxit eam ad* Adam. Ordo præposterus sed necessariò commutatus, vt ageremus de generatione Christi in vtero, prius adaptauimus secundo Adæ, verba sequentia, hoc nunc os ex ossibus meis, nunc autem Christo iam in vtero nato, & in vtero contento conuenienter adaptabimus hæc verba, dicendo, quòd, quemadmodum Eua conse-

quenter cętera omnia adducta sunt ad Adam, ita quoque Ecclesia, electíque omnes adducti, & præsentati sunt Christo domino, qui est secundus Adam, habuit enim scientiam diuinam & naturalem, qua cognouit omnia, ideo bene dictum est, quod sicut primo Adę, ita secũdo adducta sunt omnia, prędertim sponsa Ecclesia.

Hebr. 10. Iuuat Paulus Hebr. 10. qui referens verba Psalm. 39. sacrificium, & oblationem noluisti, holocaustum, & pro peccato non postulasti, inquit, impossibile enim est sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata, ideo ingrediens mundum dicit, hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt, tibi dixi, ecce venio, in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatẽ tuam, ac si dixisset Paulus & propheta, Christus dominus statim, quod conceptus est in vtero Virginis, habens vsum rationis: sic patrem allocutus est, dicens, domine nullum genus sacrificij fuit de se acceptum, quia cuncta illa sacrificia erant egena, & infirma atque omnia in figura sacrificij offerendi in lege noua volebas, & petebas: non fuit tibi placitum id, quod offerebatur de animantibus in vsum sacerdotum, quod quidem simpliciter dicebatur sacrificium, nec fuit tibi placitum sacrificium de non viuentibus, quod dicebatur oblatio, nec placuit tibi sacrificium, quod fiebat de viuentibus, & totum cremabatur in reuerentiam diuinæ maiestatis, quod dicebatur holocaustum, quod sacrificium si fiebat ad satisfaciendum pro peccatis, dicebatur victima: & hoc est, quod in psalmo, & in Paulo dicitur copulatiuè holocaustomata & pro peccato, denique nullum sacrificium antiquum propter se ipsum tibi placuit. Ideo aures, & corpus aptasti mihi, idest, ideo misisti me in carne humana vt me ipsum tibi offerrem, & essem holocaustũ placens tibi, ego Pater statim quod corpus, & animam accepi, sine aliqua temporis mora, me ipsum obtuli tibi, volens effunde-

Varia genera sacrificiorũ.

resanguinē pro Apostolis, & pro alijs multis in remissionem peccatorum eorum, nam ego sum primus omnium prædestinatorum qui continentur in libro vitę & prę ordinationis tuę, ideo ibi scriptum est, vt ego obediam & seruiam tibi, & quemadmodum in libro æterno intellectus & scientiæ tuæ scriptum est hoc de me, ita in principio libri Geneseos in figura hominis, qui debet propter vxorem relinquere patrem, & matrem, scriptum est de me, vt relinquam patrem meum putatiuum Ioseph, matrem veram, vt adhæream sponsæ meę Ecclesiæ. Nam hæc est voluntas tua, quam ego cognoscens, alta voce, summa promptitudine & alacritate, licet passio sit mihi horribilis, & causa tristitię, dixi, ecce venio, id est, libentissimè proposui & volui me ipsum offerre cruentum sacrificium pro mundi salute. Agnosce, dilecte, quomodo sicut primus Adam nominauit Euam dicens, vocabitur virago, quia de viro sumpta est, sic Christus Ecclesiam suam nominauit dicens, Matt. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā, quæ à Christo populus Christianus dicitur, Christus à domino nominatus, Ecclesiam suam denominatione sui nominis nominauit, quod pulchrè ante tempora multa Isaias prædixit, dicens, videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, id est, O Ecclesia, tempus erit, quando nationes, & vniuersus orbis videbunt iustum tuum, id est, Christum iustum & sanctum, in quo non est peccatū, sed omnis iustitia, vnde tu accipis iustitiam, & iustificationem, non solùm nationes videbūt, sed cuncti Reges, qui propriæ maiestatis amore tardius vident, inclytum tuum videbunt: vbi, 70. habent omnes Reges gloriam tuam, quia Christus est gloria Hierusalem, & Ecclesię, sicut Iudith, vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Cyrillus 5. de Trinitate, paulò post principium vult, quod fit apostrophe ad Christum, id est,

Isai. 65.

Pro circisione.

Hieron.

quod relicta locutione de Ecclesia, sit conuersio sermonis ad Christum, & tunc sensus est, quod Christus habebit nomen nouum de cœlo reuelatum: & sic est, nã Gabriel Lucę 1. dixit, vocabis nomen eius Iesum, & hoc vt dicitur Lucæ 2. vocatum est antequam in vtero conciperetur, valet pro Circunciſione, sed Hieronym. super Isaiam, & idem Cyrillus super Isaiam, interpretantur de Ecclesia, quę si antea dicebatur synagoga, iam dicitur Ecclesia: hoc nomen os domini, id est, Christus nominauit. Matthæi 16. ædificabo Ecclesiam meã: dicebantur fideles populus Israel, nunc populus Christianus à Christo, de quo idem Propheta Isai. spiritus
Isai. 61. Domini super me, eò quod vnxerit me, à Christo Christiani dicimur, gens sancta, regale sacerdotium nominamur, si nomen Christi Deus reuelauit, ergo nomen nostrum inde deriuatum diuinitus est reuelatum: amplius alio iure, si Christus est deus de Deo, & ille nos appellauit populum & Ecclesiam suam nomen est quod os domini nominauit: O nomen nouum, quod accipimus ab homine nouo, qui est homo & Deus; nouus homo, nouus Adam, nomen nouum nobis imponere debuit. *Nombre de su mano.* O nomen nouum: quod nõ veterascit, nec inarescit, quia nouus homo Christus, caput nostrum, gloria nostra, inclytus noster durat in perpetuum, sempiternum habens sacerdotium. Antea (inquit Chrysost. homil. 19. in primum Ioann.) varia ac differentia nomina singuli acceperant pro ratione rerum, virtutum, nunc omnes vno nomine Christiano appellantur. O grande beneficium, quod filij Dei nominemur, & simus, quid quæris, nominum discretionem, quid vanis nominibus homo superbis, quid gloriam quæris in genealogijs interminatis? quære gloriam in hoc, quod Christi sanguine es redemptus, Christum imitare vt hîc gratiam, postea gloriam tibi conferre dignetur. Amen.

IN EODEM FESTO,

SERMO IX.

Serpens erat callidior cunctis animantibus.

CREATO primo homine: quem Dominus in Paradiso posuit, præceptum ei statim imposuit, dicens de ligno quod est in medio Paradisi comede, de ligno autem scientię boni, & mali, ne comedas, primò affirmatiuè dicitur comede, secundò negatiuè, ne comedas: quorum vtrumque est præceptum, vt colligitur ex Sancto Thoma, prima parte, quæstione. *S. Thom.* 97. articulo tertio, ad tertium, hoc autem præceptum illi Dominus imposuit, vt non solùm in habitu similis esset Adam Deo, quemadmodum paruulus, sed vt in actibus bonis esset ei similis: quia omnis nostra perfectio non consistit in primo esse, immò nostris proprijs operationibus perficimur: secundò, vt defferret honorem Deo, & superiorem agnosceret, à quo omnia acceperat, in verbis non grauis fuit Deus, vnum facile præcepit: nam concessit omnes arbores, vnam solum prohibuit.

Sed serpens erat callidior cunctis animantibus: idest inimicus, qui in specie visibili serpentis apparebat: de vtroque enim simul sunt hęc verba intelligenda. Nam angelus non reptat, nec graditur super pectus suum, nec serpens sic reptans loquitur, ergo de vtroque (nempe de serpente & angelo) qui ex inuidia, (vt dicitur sap. *Sap.* 2.) tentauit primos parentes sunt verba intelligenda: accessit transuertens præcepti syllabas, dicens, cur præcepit vobis Deus, &c.

Id est valde miror: facultatem ingenij mei superat, ideo suspensus maneo, tot videre flores, tot Deũ fecisse arbores, & eum omnia in sapientia fecerit, vobis qui estis supra omnem visibilem creaturam prohibuisse nè comederetis ex omni ligno, quod est in medio paradisi, cur sic hoc vobis præcepit? Nunquid vos qui tenetis præceptum, qui accepistis prohibitionem, scitis causam, an etiam sicut ego, ignoratis rationem? nũquid ex inuidia non communicauit bona quæ creauit, an forsan hoc facit ex improuidentia, aut defectu sapientiæ, non ordinando omnia in vos tanquam in immediatum proximum finem.

Plenè adeo edocta mulier (vtinam sic constans esset) præcepti non immemor, respondit dicens, de fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur, de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus nè comederemus, & nè tangeremus illud, nè fortè moriamur, idest: absit, nullo modo ita est, sicut dicis, Deus concessit cunctas arbores, vnam solùm prohibuit, in testimonium obedientiæ, in signum subiectionis, vt fructum boni operis redderemus conditori, clemens pater (inquit Chrysostomus) tenero filio nè insolens fiat paruam & congruam curã excogitat, sic Deus prohibuit Adę accessum ad lignum; humani generis perpetuus inimicus instat dicens, nequaquam morte moriemini, scit enim Deus, quòd eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Te mentitus est pater mendacij (quem sequũtur mali, qui genimina viperarum dicuntur) primò dicens, cur præcepit nè comederetis: secũdò absoluendo hominem à pœna à Deo sibi imposita, dicens, nequaquam morte moriemini, non solùm absoluit à pœna, sed pro crimine committendo præmium promittens, vltimum committit mendacium dicens, eritis sicut Dij, id est, ex inuidia hoc prohibuit, nè essetis sicut Dij, si comedetis, sicut Dij eritis, incauta fragilitas ambitione damnabili suadente diabolo, per su-

Chrysost.

Triplex mendaciũ de modis

perbiam sicut Deus esse volens interdictę arboris gustauit fructum comedit, deditque viro suo qui comedit, & aperti sunt oculi amborum, verè manēs peccator imaginatione, sicut Deus cum in honore esset, quia ad imaginem Dei factus, quia intellectu & scientia prædi- *Psalm.* tus: quia paulominus ab angelis minoratus: quia ad ęternam beatitudinē ordinatus in terra dominus omnium cōstitutus, cui omnia subiecerat Deus; non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis: ex natura enim homo passibilis erat, sed ex dono & gratia impassibilis effectus est, relictus suæ naturæ, passibilis mansit post peccatum, subiectus morti sicut iumenta, cęteraque animantia: mansit seruus, qui erat dominus, in sudore panem vescebatur, cui totus mundus subiacebat, non fuit fortis sicut pater: cui tribuitur potentia, sed mansit imbecillis, & infirmus: non fuit sapiens omnia sciens sicut filius (qui est Dei sapientia) sed laborauit ignorātia Deo exosus & inuisus, à patre & filio separatus: non fuit sicut Spiritus sanctus, qui patris & filij est nexus, indiuisus amor: deniq; quicquid bestiale, & animale est in iumentis per naturam, homine inuenitur per vitium & peccatum, docet eleganter Bernardus. *Bernard.* explicans illa verba Mathæi. 26. Ecce nos reliquimus omnia, vbi de Adam loquēs inquit, quod enim illis natura est, huic culpa, dum tanquam vnum ex his quæ ratione carent, sine ratione degēs, & ipse sub corporeis similiter sensibus incuruatur, primi hominis figuram tenuit superbus Nabuchodonosor, cui cùm esset in honore (Daniel. 4.) dictum est, tibi dicitur Nabuchodonosor regnum tuum transibit à te, & te homines eijciēt & cum bestijs & feris erit habitatio tua, fœnū quasi Bos comedes.

Nè sublimitas maneret humiliata, excellētia prostrata, pulchritudo deformata, permanente integro diuinitatis statu in quo æqualis est patri vnigenitus Dei filius, visibilem susceptit naturam, & in vnam eandémq; per-

sonam duæ simul conuenere naturæ, immortalis ista, mortalis illa, æterna vna ex tempore, alia sine peccato, vtraque in similitudinem tamen carnis peccati, altera vt de peccato damnaret peccatum, & liberaret naturã peccatricem. manens quod erat, sumens, quod nõ erat: mansit verè Deus, verè homo, imaginatione peccator quia cum iniquis reputatus est: vt liberaret eum, qui voluit esse sicut Deus, factus est sicut peccator, audi Paulum (ad Rom. 8.) dicentem lex enim spiritus vitę in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortalis, Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatum in carne, ideſt, lex antiqua non dicebatur lex spiritus, sed lex carnalis, quia immolabat carnem, lauabat carnem, ligabat carnem, promittebat carnem, & pinguedinem terræ: delebat originale circuncidendo, & lædendo carnẽ, ita docet Chrysostomus super cap. 7. ad Hebræos. in super quia sicut caro sine spiritu mortua est, sic illa lex sine spe legis Euangelicæ vitam non habebat, insuper homo, qui remissus est, & tardus ad opera sibi necessaria exercenda, sine spiritu dicitur: è contra qui solicitè aliquid quęrit, maximè cum deditus est rebus spiritualis dicitur, lex Euãgelica rebus spiritualibus omnino intendit. nunc veri adoratores in spiritu adorant, carnalia & temporalia omnino relinquunt viri perfecti, illa lex sacrificijs carnalibus intendebat, vitam æternam non præstabat, sed à longe, & rarò illam promittebat, ideo infirma erat sicut caro, iuxta quod ad Hebræ. 7. inquit Paulus reprobatio quidem fit præcedentis mãdati propter infirmitatem eius, nihil enim ad perfectum adduxit lex, Euangelica lex non in tabulis lapideis scribitur, sed in spiritu, & corde, vt dicitur ad Heb. 8. habet sacrificium incruentum, non carnale, dat vitam, introducit ad vitam, continet non sperat Christum, qui est via, veritas, & vita totaliter est dedita rebus diuinis: propter

Rom. 8.

Chrysost.

Hebræo. 7.

Hebræo. 8.

omnes istas rationes dicitur lex spiritus, ideo liberat à morte, quia tollit omnem pœnam debitam pro peccato, & statim præstat ingressum gloriæ: nec mirum, quòd illa antiqua hoc non faceret, quia illa non habens, sed expectans redemptorem infirmabatur, infirma, & egena habens elementa, ideſt, sacramenta. Nam quemadmodum elementa sunt principia rei naturalis, ita sacramenta vitę spiritualis: sed sacramenta veteris legis solùm figurabant gratiam dandam per Christum, ergo erant infirma & egena: nam indigebant fide venturi: hæc lex est spiritus, quia mittens misericors Pater filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum, id est, misit filium suum in vera carne, non in similitudinem carnis: sed illa caro non erat verè peccatrix, sed habebat similitudinem carnis peccati, quia fatigabatur, vt peccator, patiebatur vt peccator, insignitus fuit signo circuncisionis, ac si esset peccator, ita vt omnia ista dubium tenerent dæmonem an esset peccator: iuxta quod Leo Papa ser. 2. Natiuitatis loquendo de dæmone, inquit, nec intellexit à transgressione liberum, quem ab infirmitatibus carnis non inuenit alienum. *Leo.*

Athanasius de Salutari aduentu Christi, illud Isaiæ. 63. Quis est iste qui venit de Edon, interpretatur de diabolo accedente ad Iesum, vt tentaret eum, qui discedens superatus cum pudore & impatientia dixit, quis est iste, qui venit de Edon, ideſt quis est iste, qui apparés reus in similitudine carnis peccati, cuius sanguinis effusionem vidi in circuncisione, quo tinctæ erant vestes eius, habet tantam virtutem, & fortitudinem? Eandem explicationem habet sexta Synodus Constantinopolitana actio. 8. parum post medium. habetur 2. tomo Conciliorum, vbi inquit Concilium. Accedebat Diabolus ad Iesum tanquam ad hominem, & non inueniés in eo vetustatis nec suæ fationis inditium, neque ad prę sens aggressionis profectuum [*y vale mal en la feria no apro* *Digressio explicans locum Isaiæ propr. domin. Quadrag.* *Concil. Cõstantinopolitanum.*

uechauan sus magnas,] vincebat confusus & victus ac fatigatus dicebat, quis est iste qui venit de Edon, idest ex hominis terra incedens cum potentia. [*A quien no e podido vencer ni hazer en el mella.*] Iuxta congruit quod sequitur, ego, qui loquor iustitiam &c. nam Christus loquendo iustitiam, dixit non tentabis dominum Deum tuum, &c.

Neque hoc fuit factum à casu, sed à cõsilio vt de peccato damnaret peccatum, ideſt, de natura humana, quæ in Adam & in filijs eius (non in Christo) erat obnoxia peccato: iuxta quod Augustinus lib. 14. cõtra Faustum cap. 15. inquit, quia de peccato est mors, illa autem caro quamuis ex Virgine, tamen mortalis fuit, eo ipso, quo mortalis erat, similitudinem habebat carnis peccati. Vide optimam rationẽ Augustini, in hac natura damnauit peccatũ, non absoluta potentia, vt dominus, aut pura misericordia, sed interueniẽte iustitia dãnauit peccatum. Nam libertatis omnibus iustũ iudicauit æternus pater Deum hominem natum ex fœmina, mori pro homine, qui voluit esse Deus deceptus suasione fœminæ, iusto iudicio damnatum est peccatũ in carne. Nam mediante passione, quã in carne pertulit damnauit peccatum, *hizo se auto sobre el peccado a tablado*, homo existens in peccato sub specie humanæ naturæ absconditam habebat similitudinem Dei, Christus verò sub similitudine carnis peccati abscõditam habebat similitudinẽ & imaginem Dei patris, volens Deus post illam summam vnitatem, quæ in ipsomet inuenitur, facere summam vnitatem, sumens naturam humanã sumpsit omnem naturam secundùm genus, nam habet aliquid com mune cũ omni natura, sumpsit aliquid de omni statu, nam fuit beatus, insuper non habuit originale, nec habuit fomitem, habuit summam gratiam plenitudinem scientiæ: ideo aliquid habuit de statu innocentiæ, de statu naturę corruptæ, habuit passibilitatem & pænalitates, quæ proueneruntex peccato: ideo si non habuit peccatũ (quod

Augusti.

non fuit possibile) saltim habuit similitudinem carnis peccati, ideo eleuãdo naturã ad esse personale: eleuauit accidentia, vt quantitatem, insuper dolores, denique ipsam similitudinem peccati. Et hoc fuit præcipua causa admirationis angelorum dicentium, quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Edon iuxta Hebræos erat Idumæa, quę dicta est Edon ab Esau, qui alio nomine dictus est Edom, Metropolis huius regio erat Bosra. Diuus Hiero. existimat Bosra esse Metropolin Moabitarum: quomodocumque sit vtraque regio impijssima & pessima erat: est autem commune, hominum pessimorũ nomina, ratione similitudinis alijs pessimis hominibus adaptari, sic crudelis dicitur Nero: tũc est sensus: quis est iste qui venit de Ierusalem? quę est pessima sicut Bosra, & sicut terra gentilium idololatriæ dedita? quomodo ergo de huiusmodi terra ascendit iste cum tanta maiestate & autoritate, ac claritate in similitudine carnis peccati, quæ odiosa & inimica erat Deo? tanta autoritas, tanta claritas, tãtus comitatus; nunquam à nobis visus est. *pro ascensione.*

Breuiter ergo dictum est, primum hominem desiderando Dei similitudinem mansisse Dei dissimilem, & verè peccatorem imaginatione sicut Deum: è contra Christus, vt hominem redimeret verè existens Deus & homo venit in similitudinem carnis peccati, & existimatus peccator fuit salus mundi. consequenter dicat concionator peccat populus peccatum murmurationis loquens contra Deum & Moysem, dicens, cur eduxisti nos de Ægypto, &c. quamobrem misit Dominus ignitos serpentes, sed orante Moyse, præbens Dominus remedium populo dixit ad Moysem, fac serpentem & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eũ, viuet. conuenienter quidem misit Deus serpentes ignitos, quia sermo, quem locutus est populus contra Dominum & Adam, insuper, quia peccatum murmurationis simile est serpenti: vt dicitur Eccles. 10. sicut *Nume. 11.*

mordent serpentes in silentio, sic qui fratri suo detrahit, sed misericors pater præbens populo remedium misit quendam serpentem imaginarium, quem qui intuebantur, salui fiebant: sic contingit in hoc mysterio, primus Adam verè extitit peccator, cupiens esse sicut Deus: secundus Adam verè existens Deus salutem attulit nobis factus in similitudinem carnis peccati. Qui enim victus est, homo tantùm erat, & ideo victus est quia superbè Deus esse cupiebat: qui autem vicit & natus ex Virgine, nam Deus humiliter, non quomodo alios sanctos regebat illum hominem sed gerebat, hæc Augustin. 13. de Trinitate capite. 18. tentauit ille homo, introducere deitatem: introduxit peccatum, vni-
Ioan. 1. genitus Dei filius sub similitudine carnis peccati introduxit deitatem, iuxta illud Ioann. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, & iterum, vt filij Dei nominemur, & simus. factus est Deus homo inquit Augustinus vt homo fieret Deus, vt panem angelorum manducaret homo, dominus Angelorum hodie factus est homo; factus est in simlitudinē carnis peccati, vt liberaret hominem existentem in peccato, existebat (vt diximus) similis factus iumentis, ita dominus iacuit in præsepio, dum vagientem vidit dæmon, dum lachrymantem audiuit, pannis inuolutum conspexit, circunciſioni subditum, & legalis sacrificij oblatione perfunctum, peccatorem existimauit, Deum nō agnouit: ideo
Apocalyp. Apocalypsis, decimo secūdo, dracho stabat ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius, deuoraret illum, quę peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes, poterat vtique Deus (inquit
Augusſt. Augustinus 13. de trinitate, cap. 18.) hominem aliundè susciperе, in quo esset mediator Dei & hominum, non de genere illius Adam, qui peccato suo genus obligauit humanum, sed melius iudicauit vt de ipso, quod victū fuerat genere assumeret hominem, per quem generis humani vicerat inimicum, ac si dixisset Augusſt. quia

dæmon per mulierem vicit Adam, Deus carnem sumere debuit ex muliere descendente ab Adam, vt sic magis confunderet inimicum, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret.

Leo Papa serm. 2. Natiuitatis, iuxta præsentem discursum specialem rationem assignat quare natus sit de fœmina dicens, hoc ipsum dilectissimi quod Christus nasci elegit ex virgine, nonne apparet altissimæ fuisse rationis, vt scilicet humano generi natam salutem diabolus ignoraret? Ac si dixisset, conueniens fuit Christum nasci ex virgine, passibilem in similitudinem carnis peccati, vt diabolus non agnosceret esse Deum, hominem liberaret, dæmone ignorante conditionem & naturam redemptoris: desiderauit homo esse sapiens sicut Deus, conueniens fuit, vt Christus, qui est Dei sapientia, carnem sumeret. Hac ergo concione nouis vtere rationibus, quare de fœmina natus fuerit dominus Iesus Christus. Augustinus homil. 8. Natiuitatis, inquit: Vsus fuerat diabolus consilio malo, vt per serpentem mulieri loqueretur, & diabolus non agnoscetur, sed hic qui corpus de cœlo descendit, vt Deus Dei filius humanum susciperet corpus, tendens ei laqueum mortis, vt per visionem carnis quasi ad hominem solùm tentator accederet, & Deum penitus ignoraret, videbat carnem, sed ignorabat Domini maiestatem, cernebat infirmitatem & non videbat deitatem, remansit confusus diabolus dum in homine apparuit dominus. O immensa bonitas! ô summa charitas! cum homo te offendit quærens similitudinem tuam inordinato desiderio quæris ordinatissimo amore fieri similis hominibus, vt homines lucrifaceres, factus sum omnibus omnia (dicebat ille magnus doctor gentium 1. ad Corinth. 9.) vt omnes facerem saluos, id est, omnibus me cõformo & condescendo in quantum possum, vt illos saluem. inordinato desiderio similitudinis Dei peccauerat angelus dicens, ascendam in altum, similis ero al-

Leo.

Quare Christus natus sit de fœmina.

Aug.

tissimo, homo quoque mulieri desideranti esse sicut Deus consentit, orta fuit tempestas omnisque harmonia & ordinatio naturalis, & supernaturalis, rectitudinis turbata est, vt cessaret commune mortis periculum, proiectus fuit Christus in hoc mare magnum laboris, & doloris, & humiliter dixit, ecce venio, peccauerat Ionas recusans prædicare Niniuitis verbum Dei, nimirū, quòd diceret per me orta est hæc tempestas, deijcite me in mare. Propter tē ô bone Iesu non potuit oriri tempestas, & tamen dicis patri deijcere me in mare, vt cesset tribulatio & angustia humani generis. O summa & immensa Christi charitas! O quàm ingratum est nō redamare amantem! Primum, & antiquum canticum, quod post Euæ formationem auditur, est, eritis sicut Dij, aliud post hoc, hj, sunt dij tui Israël, in Natiuitate secundi Adam auditur, natus est nobis saluator mundi, adimpletum est illud Isaiæ, paruulus natus est nobis, certè in nostrum commodum, in nostram vtilitatem natus est, vt reciperemus Dei similitudinem, non illam quam desiderauit Adam, sed illam, quę est in Christo. Sic enim homo restituitur in antiquum, quem à principio habuit, honorem. Templum illud, quod per Salomonem omnipotentis construxerat manus, honorificentissimum & gloriosissimum erat, quod cum destruxisset Nabuchodonosor, Esdras reædificauit, cum iterum Antiochus illustris expoliasset & prophanasset, fortissimus ille Iudas Machabæus in pristinum restituit honorem, cum iam impositum esset in pomorum custodiam, in honore erat homo dum rectitudinem, in qua conditus fuerat, retinuit: per peccatum iumentis similis factus est, sed nunc in antiquum honorem gratiæ restituitur: Restituere est iteratò in possessionem statuere, habuimus aliquando, amisimus postea, sed nunc per Christum iterum accipimus, significauit Apostolus cum dixit ad Galatas quarto, vt adoptionem filiorum reciperemus, acceperamus semel in primo Adam, recipimus

Exhortatio ad Dei amorem,

4. Reg. 25. 1. Esdr.

Ad Gala. 4

pimus accipimus, in secundo Adam. Hieronymus tomo quinto, explicans illa verba Isaiæ. 50. venit & non erat vir nomine Christi inquit post multa beneficia humanum corpus assumpsi, omnes veri hominis imaginẽ relinquẽtes. Vnde ad Herodem propter malitiam dicitur Lucæ. 13. dicite vulpi huic, & ad Pharisæos Mat. 23. genimina viperarum, & ad libidinosos Hierem. 5. equi insanientes in fœminas facti sunt: & de voluptuosis Matth. 7. nolite mittere margaritas vestras ante porcos: & de impudentibus ibidem, nolite sanctum dare canibus: & de omnibus visio quadrupedum, quæ erant in deserto.

Hieronym. *Hieremias.* *Matth. 7*

Iuxta quod est visio Actuum 10. non inuenit certe illum virum qui in virtute & robore ætateque robusta conditus fuerat, abierat in regionem longinquam, com paratus iumentis, similis factus est illis, O homines attẽdite, & videte quod filius hominis venit vt dissoluat opera diaboli, venit saluum facere quod perierat, venit vt faciat nos filios Dei, redite ad cor stulti aliquando sapite, & videte, quantum laborauit ille Patriarcha, vt esset gener Labam: quantum etiam laborauit Sichem filius Emor, certè mutauit regionem ac cepit circuncisionem, denique mortuus est. Dauid quoque vt esset gener Saul non recusauit nec timuit occidere 200. Philisteos, Quid times (ô Christiane:) quid non facis, vt sis filius Dei? tu cum esses homo (inquit) Augustinus homilia vigesima octaua, huius festi, Deus esse voluisti vt perires: ille cum esset Deus homo esse voluit, vt quod perierat inueniret, tantum te pressit humana superbia, vt te non posset subleuare, nisi diuina gratia.

Actuũ. 10. *Genes. 34.* *1. Reg. 18.*

IN EODEM FESTO,

SERMO X.

Genesis. 5. *Mulieri quoque dixit, multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios tuos.*

Lucæ. 2. *Peperit filium suum primogenitum. Luca 2.*

CVM conueniret Deus Adamum, vt si quam habuisset excusationem commissi criminis, redderet, nè contra inauditam partem sententiam ferre videretur, cum nullam redderet, quę ipsum à peccato immunem ostenderet, descendit in paradisum, vt sententiam proferret deambulansque ad auram, post meridiem in paradiso, dixit Adæ: vbi es, [*primer auto fue pedir la presencia del reo:*] qui abscondens se, præsentiam iudicis recusauit timens, quia nudus erat, cui dixit Dominus quis indicauit tibi, quòd nudus esses, ni si quòd ex ligno, de quo præceperam tibi, nè comederes, comedisti? qui excusans se culpam in mulierem retulit, dicens, mulier, quam dedisti mihi, &c. mulier, cum interrogaretur, retulit in serpentem, dicens, serpens decepit me: contra serpentem, qui à Michaële deiectus fuerat, cum factum fuit prælium magnum in cœlo! quia de malitia eius constabat: sententiam absq; interrogatione vlla protulit, dicens, super pectus tuum gradieris, maledictus eris inter omnia animantia. Quemadmodum enim in figura serpentis apparuerat, sic in figura Serpentis damnatur, ideſt, quemadmodum serpens super pectus suum graditur, & terram comedit: sic in inferno postratus homines terrena diligentes tibi conciliabis, & incorporabis, quorum eris caput, secundùm exteriorem gubernationem: iuxta quòd Iob. 14. dicitur, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ, hoc ad maiorem pœnam erit tibi. Quemadmodum enim angeli boni gaudent de vno peccatore pœniten-

Locus pro iudicibus pro. 1. dom. aduent. tũc multo mei exiget rationem.

etiam agente, & augetur eorum gloria accidentalis: sic augetur pœna dæmonũ ex damnatione hominum, quos tentant. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ideſt, mulierem, quam per peccatum ſuperaſti, de peccato pœnitebit, & ſic inimicitia erit inter te & illam. Non enim ſequetur vias tuas, ſic Hugo de Santò Victore, explicando de Virgine, [inimicitias ponam inter te, & mulierem,] ideſt, non omnem mulierem imperio tuo ſubijcies, aliqua erit à poteſtate tua omnino libera & immunis: [ſemen illius,] ideſt, filius ab ea deſcendẽs ſine viri ſemine genitus, ſed ſolùm ex ipſa, ideo dixit, [ſemen illius,] contrarius erit, [ſemini tuo,] id eſt, filijs tuis; ſic Chriſtus: [vos ex patre diabolo eſtis,] operibus iſtorum contrarius erat Chriſtus, qui deſtruxit regnum diaboli, iuxta illud, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, ſic adimpletum eſt quod dicitur, [Ipſa conteret caput tuum,] mulieri quoq; dixit Deus, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos, ideſt, in labore concipies, cum labore id filium in vtero portabis deniq; in dolore paries Iuſtè damnata eſt illa prima mulier; quæ data Adæ in adiutorium, facta eſt in ruinam: data inſociam, facta eſt inimica, inſidiatrix: habens primatum in reſpondendo ſerpenti, inconſulto viro, initium perpetuę ſeruitutis facta eſt, ab illa quę erat mater omniũ viuentiũ, factum eſt initium peccati, & per peccatum mors intrauit in mundum & in vindictam criminis Adæ, cuius ipſa extitit initium, omnes morimur, non obſtante adducta excuſatione, ſerpens decepit me, auditu audiuit in dolore paries filios tuos, effectus cauſæ correſpondet, ideo ſicut partus, ita conceptus ſine labore non erit.

Hęc, quæ ſola in penetralibus exiſtit, quæ ad vocem Gabrielis trepidat cuius oraculum expoſtulat: mirabiliter audiat, [Spiritusſanctus ſuperueniet in te,] ideſt, ſine viro, ſine dolore ab Euæ ſententia libera, paries: hæc eſt de qua nunc noſter Euangeliſta inquit, [Pepe-

rit filium suum primogenitum.] Aduenientibus ergo temporibus, inquit Leo Papa, quæ redemptioni hominum fuerant præstituta, ingreditur hæc infirma Iesus Christus dominus noster de cælesti sede descendens, in uisibilis in suis visibilis in nostris obumbrata maiestatis suæ dignitate serui formam suscepit, nouo ordine noua natiuitate generatus, origo dissimilis, natura consimilis, sine virili semine editus Christus, Virgine de Spiritusancto fœcunda: ac sic diceret, quemadmodum Eua, quia concipiebat cum dolore de viro, cum dolore pariebat, sic beatissima Virgo, quia concepit de Spiritusancto sine dolore, erit sine dolore, & incorruptione peperit, ideo semper ante partum & in partu virgo sine lęsione permansit, hac ratione vtitur Augustinus tomo 6. oratione de quinque hæresibus, agens contra Manichæum, dicentem non potuisse Christum nasci ex Virgine, vbi inquit, stulte vnde sordes in Virgine matre vbi non est concubitus cum homine patre? vnde sordes in ea, quę nec concipiendo libidinem, quæ nec pariendo est perpessa dolorē? Taceat immunda vanitas, quia munda natura est diuinitas, ac si dixisset quomodo non peperit sine dolore, quæ concepit sine delectatione, partus correspondet conceptioni: fœcunditas fuit sine viro de Spiritusancto, igitur partus eadem virtute Spiritusancti sine dolore fuit, quia indignum erat, vt Spiritus sanctus illam in partu desereret, quam in conceptione mirabiliter fęcundauerat. Nam primum ad secundum ornatur: Dei vt Deut. 32. dicitur perfecta sunt opera, ideo dicendo Euangelista primum, nempè quod de Spiritusancto, non de viro cōceperat, iudicauit superfluum dicere, peperit virgo filium suū primogenitum, sed dixit peperit filium suum, id est, illum filium quem miraculosè conceperat, miraculosè peperit, non quò ad viam & communem modum pariendi, sed quantum ad dolorem & clausstri læsionem.

Augusti.

Virginitas in partu suadetur. Dent.

Singula in particulari manifestemus, vt concionator

manifestè veritatem percipiat, & ad plures conciones habebat materiam dicendi. De virginitate & puritate Mariæ antequam Christum concepisset manifestus est locus Luc. 1. vbi dicitur. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? de virginitate & puritate in ipsa conceptione, quæ consistit in hoc, quod sine viro conceperit, manifestum etiam est ibidem: nam dicitur Spiritus sanctus superueniet in te, id est, sine viro de Spiritu sancto concipies, & quia partus conceptioni respondet, vt dictum est, subiungit, ideo quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei, iuxta hoc Dauid in persona Christi psal. 21. inquit, ego autem sum vermis, & nõ homo, quę verba explicat & magnificat August. super eundem psal. c. 8. dicens, id eo se Chtistum hoc nomine prænuntiari voluit, quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut ille natus est de Virgine: explicans autem illa, vermis non homo inquit nõn quòd homo non sit Christus, de quo dicit Apostolus primo ad Thimo. 2. vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sed quia sic homo fuerit: vt non fuerit filius hominis, ideſt, Adam, excluditur ergo immunditia, quę contrahitur in filijs hominum ex Adam, explicatur amplius ex illo Iob. c. 5. vbi dicitur, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quãto magis homo putredo & filius hominis vermis, hoc est, cum Dauid dixit sum vermis & non homo, secernit Christum ab immundo filio Adæ qui Iob. 25. dicitur vermis, Christo conuenit esse vermem quia, vt vermis, sine patre fuit, sed non illi conuenit: immunditia quæ cõtrahitur ex humana propagatione: eadem verba explicat Aug. ad Deo gratias epistola 29. dicens, vermis est propter humilitatem carnis, fortassis propter Virginis partum, nã hoc animal de carne. i. de quacunque re terrena sine vllo concubitu nascitur, lege infra, quod de phœnicis regeneratione dicimus, clarius hunc locum Iob, explicat Grego. ibidem dicens, quòd sicut primus homo nõ po

Luc. 1.

Valet pro purificatione quamuis n sine semine concepit voluit seruare legem

1. ad Cori. Iob. 25.

test dici filius hominis, quia non fuit productus ab alio homine, sed ex putredine, ideo dici potest putredo, cur Eua dicitur os, quia formata de costa viri, sic putredo non producitur ex alia putredine, ex putredine autē producitur vermis, ideo sicut se habet filius hominis ad hominem primum, sic vermis ad putredinē ex qua generatur? modò inquit Iob luna non splēdet, & stellæ non sunt mundę in conspectu eius, ideſt, nil mirūquòd homo comparatus Deo iustificari non possit in conspectu eius, si quidem luna non splendet & stellæ non sunt muudæ in conspectu eius. quia omnis creatura ad Deū comparata, est quasi tenebra habens obscuritatem (quę verba intelligi possunt de Angelis, qui corruerunt relinquentes suum domicilium) quanto magis homo putredo, id est, primus homo ex putredine & limo terræ, formatus, & filius hominis vermis, ideſt descendentes ab Adam per generationem, sicut vermis, qui ex putredine generatur, hoc quantùm ad locum Iob. Quantùm ad locum Psal. & puritatem Mariæ, inquit Propheta, nomine Christi: ego sum vermis non homo, ideſt ego non sum ille primus Adam, sed sum genitus ex matre sine patre, quemadmodū vermis generatur ex putredine sine aliquo patre generāte: pulchrè Dauid Psal. 109. docet hāc veritatē, vbi enim nos legimus ex vtero ante luciferū genui te: in Hebręo: secūdū trāslationē Hieronymi habetur, quasi de vulua orietur tibi ros adolescētiæ tuæ, vbi fælix transtulit ex vtero ortus est tibi ros generationis tuæ, & tūc est sensus, ros generationis tuę & fœcūditas ex qua secūdū humanā naturā natus es, nō est ex lūbis viri, sed ex vtero, ideſt, solū est ex mulieris vtero, & Spiritus sancti virtute, est tibi ex vulua, ideſt, ex interna matrice mulieris, quæ ibi te cōcepit sine exteriori viri cōtactu: materia generationis ibi fuit, inuisibiliter posita, sicut ros inuisibiliter generatur, sed quia nihil diuersum est in varijs trāslationibus, nō est difficile lectionē vulgatam præter hoc, quod de diuina generatione exponitur trahere ad hunc sensum. Homo enim

ad opus suum exit ab ortu solis vsque ad occasum, è cõtra animalia bruta nocte rapiunt, orto sole in cubiculis suis congregantur: est ergo dicere genui te ante luciferum, idest antequam aliquis homo aliquid operaretur, dormiẽte & cessante omni virtute viri: genui te ex vtero, iuxta quod Oseæ .14. dicitur, ero quasi ros Israëli, *Oseæ.* quemadmodum enim ros de cœlo descendens non videtur donec terram contingit, sed inuisibiliter & imperceptibiliter cadit, & oppositio sibi corpore puta terra condensatur, & formatur, sic Christus inuisibiliter, sine virili opere in vtero Virginis fuit formatus caro.

Cõsonat hæc explicatio cũ illo Mat.1. Christi generatio sic erat, cũ esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequã cõuenirent inuẽta est in vtero habẽs de Spiritu sancto, ideſt, antequã surgeret ad virilẽ actionẽ & operationẽ ex vtero Marię omnipotẽtis virtus genuit eum, quod nõ obscurè in ipsa, citato loco habetur, id ipsũ habetur psal.131. vbi dicitur de fructu ventris tui ponã super sedẽ tuã: non dixit de fructu lumborũ tuorũ, de fructu vẽtris tui, quia viris generatiua virtus in lũbis est, fęminis verò in vmbilico vẽtris, vt ex libro Iob colligitur, & Christus nasciturus erat ex Dauide per fœminam, & non per virũ, ita docet Irenæus 27. cõtra hęreses, est antiquissimi Tertul. lib. 3. aduersus Marcionẽ Isaię. 53. ascẽdet sicut virgultũ de terra sitienti, ideſt de Virgine Daniel. 2. significatur per lapidem abscissum de mõte sine manibus, ideſt, conceptus sine virtute viri, diffinita est veritas in concilio Niceno, qui conceptus est de Spiritu sancto, & in symbolo Apostolorum, natus ex Maria Virgine, fuit figurata in virga Aaron, quę sine humore floruit, & in vellere Gedeonis, quod in medio siccę arcę maduit, significata est in porta illa clausa, quam vidit Ezechiel. cap. 43. has tres figuras breuiter complectitur Bernard. sermone de verbis Apocalyp. 12. Vbi de hac virgine loquẽs inquit hanc sacerdotalis virga, dum sine radice floruit, hanc Gedeonis vellus, dum in medio sic-

Pro vigilia natiuitatis.

Psalm.32.

Iob. 32.

Irene.

Figura virginitatis Mariæ.

Bernard.

cæ arę maduit, hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quæ nulli vnquam patuit præsignabat, figurata fuit in Adã qui formatus fuit de terra virginea, in Melchisedech, qui Heb. 7. dicitur sine Patre, quod fuerit sine matre conuenit ei ratione naturæ diuinæ Augusti. nouas addens hom. 11. Natiuitatis, sic inquit, lex quã quotidie legis sine graphio scripta est, in tabulis lapideis lege & intellige quod panem in hæremo terra produxerit, cuius semen in terra arator nullus induxit, virga etiã Aaron annis siccata plurimis sine aqua reuixit, in tẽplo floruit, nuces quasi clausa subitò produxit: ergo, Nume. 17. qui scripsit lapideas tabulas sine stilo ferreo ipse grauidauit Mariã Spiritu sancto & qui produxit panes in heremo sine aratione ipse impregnauit Virginẽ sine corruptione: & qui fecit virgã sine humore folia germinare, ipse fecit filiam Dauid sine semine generare. Leu. 12. cum omnes fœminæ ex semine concipiãt dicitur quasi dubitãter. Mulier quę susceptο semine, ideſt, quædã est Leuit. 12. futura, quæ aliter concipiet, ita Orig. hom. 8. in Leui. Basi. Isa. 7. Theophila. & Bed. Luc. 2. Euseb. Emiss. & Bernard. concionibus de Purificatione manifestus est locus Genes. qui est fundamẽtum concionis, dicendo semen illius significauit virginitatẽ Mariæ: denotauit enim, quod solũ ex muliere sine semine viri erat Christusnasciturus, sic Mat. 1. ex qua natus est Iesus, id est ex Virgine non ex Ioseph, natus est Christus: Eph. 4. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, id est, sicut primus Adam à Deo sine viro formatus est, ex S. Tho. ibidem. Irene. 3. aduersus hæreses. 121. quoniã præclarã prẽter omnes habuit in se eam quæ ab altissimo est primogenitură, præclara functus est, ea quæ ex Virgine est generatione: ergo sicut illa de patre sine matre, ista de matre, sine patre, ideo optimè figuratur in Melchisedech sine patre & matre. Greg. Emissen. suadens nos ad credendum hanc veritatem, inquit, Credamus Dominum nostrum ex sola fœmina virum creas-

se, quem scimus inter ipsa initia generis humani ex solo viro fœminam condidisse: hanc veritatem prædixerunt Sybillæ, non enim solùm per Prophetas Israelitici populi, sed etiã per alienos voluit Deus huiusmodi veritates manifestare, vt saltem crederent suis prophetis, qui recusabant credere prophetis Dei, vt tractatu de Trinitate d. 2. ex Ambrosio, dictum est. Erithræa ergo sic dixit. *Cerno Dei natum qui se dimisit ab alto. Vltima fælices referent cum tempora soles. Hebræa quem virgo seret de stirpe decora.* Inuenitur etiã in historijs Romanorum tẽpore Constantini, & Helenæ matris eius, inuentum fuisse quoddam sepulchrum, in quo iacebat homo, laminam habens in pectore, in qua scriptum erat, Christus nasceturex Virgine, & ego credo in eum, refert S. Tho. 24. q. 2. ar. 7. ad 7. valet quidem testimonium istorum inquit Aug. ad paganorum vanitatem reuincendam quamuis eorum testimonium non sit efficax ad veritatem comprobandam, Si ergo Sybillæ predixerunt hanc veritatem, & vt refert Hieron. aduersus Iouinianũ gentiles existimauerũt Platonem natum fuisse ex matre Virgine, manifestè apparet hanc veritatem esse credibilem, & oppositum non esse incredibile. Phœnix auis quæ apud Arabes in Oriente nascitur, sentiens defectum vitæ ex lignis aromatum nidum facit in æstate flante vento accenduntur iam accensis nidum ingreditur, & ibi comburitur & incineratur: ex illo cinere intra triduum generatur vermiculus qui paulatim plumas recipiens in volucrem iterum formatur, legendus est Ambr. in hexame. Cypria. in symbolum Apostolorum, vbi post prædicta inquit apes certum est nescire coniugia nec fœtus sexibus edere palàm est, in apibus ergo, & auibus Mariæ virginitatis inuenitur vestigium. De virginitate in partum, quæ consistit in hoc, quod hæc beatissima virgo peperit sine læsione clausti virginalis: non desunt loca scripturæ, manifestus est ille Isai. 7. vbi dicitur, ecce virgo concipiet, & pariet filium, vbi non

Erithræa carmina.

Aug. tom 6. lib. 13. con. Faustum ca. 25. Hieron.

Isai. 7.

solùm dixit virgo concipiet, sed copulatiuè dixit & pariet ideſt, non solum erit virgo ante conceptionẽ, ſicut ſunt cæteræ virgines, ſed in cõceptu & in partu perdurabit virgo, ideo nomine Chriſti Pſ. 21. inquit Propheta, quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, incipit pſalmus, ab anguſtijs paſſionis dicẽs, Deus Deus meus quare me dereliquiſti, & poſtea conuertens ſe Chriſtus ad patrem inquit, tu es, qui extraxiſti me de ventre, ideſt tua diuina virtute, & operatione feciſti me naſci ſecundum carnem, ac ſi clarius diceret, ſicut miraculosè fui conceptus virtute tua, ſic mirabiliter ſum natus, & ex
Aug. vtero extractus: ſuper quæ verba Aug. tom. 2. epiſt. 119 quæ eſt ad Honoratum, inquit, ſignificare voluit partũ Virginis, ſeruata virginitate, integritate mirabili, id eſt,
Iſaiæ. quod peperit ſine læſione clauſtri virginalis, nunc non ante adimpletum eſt vaticinium Iſai. 66. dicentis, antequam parturiret, peperit maſculum. Quis audiuit vnquam tale: & quis vidit huic ſimile? vbi tranſlatio Chaldaica habet, adhuc non erat ei veniens anguſtia, & adhuc non veniet ei tremor ex doloribus propter partum reuelabitur rex Meſſias, ideo hunc locum de partu
Lyran. beatiſſimæ Virginis explicat Lyranus, dicens, antequã beatiſſima virgo dolorem partus ſentiret, peperit. Sicut enim virgo concepit, ita ſine dolore peperit, nec intelligas peperiſſe ante nouem menſes, ſed peperiſſe, antequam veniſſet partus doloroſus, Hiſpane dicimus *murio como angelito ſin ſentirſe*, ideſt, ſi alijs mors dolorosa eſſe ſolet, huic ſine dolore euenit, ſic inquit Propheta, antequam parturiret peperit, *no parlo rebentando y clamando*, non ſe vertebat modò in hoc latus modò in illud, non fuit in partu Virginis clamor: conatus aut vis aliqua, quę eſſe ſolet in partu aliarum mulierum, quæ nixu & dolore periculo mortis, quam ſępè ſubeunt, expoſitæ emittunt prolem. Hæc maledictioni Euæ nõ ſubiecta ab omnibus iſtis incommodis libera filiũ ſuum primogenitũ peperit: quod parturire ſonet, parere cũ dolore &

difficultate, ostendit locus Genes. 35. vbi loquendo de Ephrata quæ est Bethlehem, dicitur, in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cæpit, egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, ideſt, filius doloris mei, quia sicut filia Adę à maledictione Euæ non libera eum parturierat, beatissima autem Virgo antequã hæc & similia præsentiret, peperit filium masculum in fine noni mẽsis, & principio decimi mẽsis eadem via, qua alię matres solent parere filios suos, in hoc solũ fuit ille partus miraculosus, quod fuit sine dolore & læsione virginalis claustri Marię, sicut conceptio in hoc fuit miraculosa: quod fuit de Spiritu sancto sine viro, cætera cõmunia fuerunt, concepisse sine viro dignitas fuit & excellentia filij, resultans in excellẽtiam matris, peperisse verò sine dolore in excellentiã matris factũ fuisse videtur, Ratio primi est: nã indignũ erat, vt vnigenitus & naturalis Dei filius, in quo Pater sibi benè, id est, perfectè, *al justo de su coraçon*, complacuit, esset naturalis filius preuaricãtis Adę, ideo huiusmodi prærogatiua filij fuit: sed quòd in partu integra maneret: prærogatiua fuit matris; nã ex opposito huius prærogatiuę nihil cõtra dignitatẽ filij sequebatur, ideo totũ factũ fuisse videtur in excellentiam & honorẽ matris. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile, præsentia visu, quę absentia sunt, audire percipimus relatum eorum qui proprijs oculis viderunt, quæ per nos ipsos dicimus communiter visu acquirimus, quæ difficiliora sunt, non nisi per auditũ à doctoribus audiendo, tacitè ergo, inquit Propheta, omnẽ sensum, omnẽ sciẽtiã, omnẽq; humanã facultatẽ superat quòd Virgo sit mater, quòd sine læsione peperit: in nulla prouincia alienigenarũ gentiũ, inuẽtũ est hoc, ideo nec habitatores alicuius prouinciæ viderũt, nec in alienigenarũ regna pertransit huic simile, ite in cethim & in cedar mittite & nullibi huic simile videbitis, circuite terrã peragrate maria, expectate ventura sęcula, interrogate Patres vestros, de præteritis sæcu-

Genesis.

Textus.

lis & nec visu, nec auditu huic simile inuenietis, nã cæteri partus afferunt filios, auferunt verò integritatẽ: iste filium attulit, integritatem non abstulit, sed sicut domus Obededon, in qua fuit arca domini, sacratissima Virgo fuit benedicta & ab omni maledictione libera: quia sicut ista natiuitatis erat mirabilis, ita etiam multiplicatio fidelium per baptismum & spiritualem generationem futura erat admirabilis, & copiosa nimis inquit Propheta. [Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul?] ac si diceret, sicut mirabile fuit Virginem esse matrem, sic erit mirabile videre in vna die plurimos conuersos ad fidem, quod actuum 3. in die Pentecostes adimpletum est: prędicante enim Petro & dicente: resipiscite, baptizetur vnusquisque vestrum, crediderunt milia, postea quinque millia. digressionem fecimus redeamus vnde digressi sumus. Aug. ho. 2. Epi. 7. quæ est ad Marcellinum ad finem epist. suadens nos ad credendum virginitatem in partu inquit, si propterea non creditur, quia semel factum est quære ab amico, vtrum nil inueniatur in literis sæcularibus, quod & semel factum sit, & tamen creditum non fabulosa vanitate sed sicut existimant historica fide, & 10. de ciuitate Dei. cap. 29. inquit, an fortassis vos offendit inusitatus corporis partus ex virgine, nec hoc debet offendere, imò potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quòd sic debuerit filius cum matre facere, conseruando eius virginitatem: ostendit Leo Papa sermone 2. natiuitatis, dicens, oportuit, vt primam genitricis integritatem nascens incorruptio custodiret, & cõplacitum sibi claustrum pudoris, & sanctitatis hospitium diuini spiritus virtus infusa seruaret, quę statuerat erecta erigere, confracta solidare, vt virginitas, quæ in alijs non potest esse salua, generando, fieret alijs imitabilis confitendo, renascendo, Cyrillus Hierosolimi. cateches. 142. qui nascebatur, vt virgines faceret, multo magis debuit virgineum conseruare corpus, secun-

Digressio.

Concilium Lateran.

dò vt nascendo sine corruptione aliqua matris indicaret, in diuinis esse genitum sine corruptione aliqua: ratio est Athanasij disputatione. 2. contra Arrianos, congruit Irenæus supra citatus. Virginitas post partum habetur ex traditione Ecclesiæ perpetuò recipientis hanc veritatem, quæ diffinita est in Concilio Lateranensi. 1. canone. 13. vbi dicitur, si quis non confitetur propriè & verè Dei genitricem sanctam, semperque virginem immaculatam Mariam in vltimis sæculorum absque semine concepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse & indissolubili permanente ante, & post partum, sit condemnatus: hæc veritas non est noua sed antiqua, nam Iudæi pro certo habebant, vt autor est Galatinus libro de Arcanis, quòd mater Messiæ futura erat virgo, Basilius homilia de humana Christi generatione, Gregor. Nissenus sermone de Natiuitate, dicunt Zachariam fuisse occisum inter templum, & altare, quia postquam sacratissima Virgo peperit, posuit eam in templo in loco, vbi ponebantur virgines. Quamuis enim crederent matrem Messiæ futuram esse virginem, non tamen credebant Christum esse Messiam, virginitas Mariæ sicut, quò ad omnem statum habetur in concilio prælegato, sic figurata est Ezech. 44. in illa porta orientali, quam vidit Ezechiel, dicitur enim Porta hęc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eã, eritque clausa principi. Quæ verba exponit D. Augu. tomo. 16. sermone 14. de Natali Domini, qui est 18. de tempore dicens, quid est porta in domo domini clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta, & quid est homo non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognouit eam? & quid est quod dominus solus intrat & egreditur per eam, nisi quod spiritus sanctus impregnauit eam? & quid est clausa erit in æternum nisi, quia erit Maria virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum? S.

Virgi. post part.

Galatinus.

Basil. Greg.

Ezech.

S. Thom.

Tho. 4. part. quest. 28. art. 3. adducit rationes ad suadendum, fuisse virginem post partum, nam oppositum est error faciens iniuriam Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit vterus virginalis, in quo carnem Christi formauit, non ergo decebat, vt de cætero violaretur per cõmixtionem virilem, *indecente cosa ser ensuziado aquel vientre dorado*, derogat etiam sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videtur filio, si virginitatem, quæ in ea miraculosè conseruata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubitum, tertiò presumptio, & temeritas ipsius Ioseph esset, si tentaret polluere, quam reuelãte angelo de Spiritu sancto filium Dei concepisse cognouerat, sicut ergo virgo concepit, & virgo peperit ita etiam & virgo post partum in sempiternum permansit. Hæc pro diuersis concionibus ad puritatem Mariæ laudandam sufficiant.

Peperit filium suum primogenitum.

Id est, peperit filium, ante quem nullum alium habuerat. Expresè enim negat, alium ante habuisse, & hunc fuisse primum manifestè docet, post istum alium habuisse hinc non infertur, imò, secundùm scripturas primogenitus potest esse vnigenitus, nam Exod. 12. dicitur transibo per terram Ægypti, & post pauca nec erat domus, in qua non iaceret mortuus, tunc sic si primogenitus mortuus est, & non sequitur, quòd in qualibet domo essent plures filij, imò in multis est verisimile, quod esset vnus, nec etiam sequitur quòd mater illius genuerit postea alium, imò potuit mori post filium rectè sequitur, quòd in sacris literis primogenitus pro vnigenito accipitur, idem habetur Exod. 13. vbi dicitur sanctifica mihi omne primogenitum, moraliter est certum, quod multæ mulieres vnicum tantum filiũ haberent, ergo primogenitus pro vnigenito accipitur, alias qui vnicum filium haberet, non teneretur ad illam legem seruandam, quod est falsum: nam statim quod haberet primogenitum. tenebatur offerre illum, etiam

Exod. 12.

Exod. 13.

si postea nullum alium habuisset primogenitum, ergo ostendit ante illum non esse alium genitum, non ostendens postea alium habuisse, Augustinus homilia 3. libro de Symbolo, & fide loquendo de generatione per gratiam inquit, secundùm quod vnigenitus non habet fratres secundùm quod primogenitus fratres vocare dignatus est omnes, idem habet tomo quarto, quæstione 23. super Deuteronomium, & tomo sexto, contra epistolam fundamenti capitulo 27. & homilia 19. Natiuitatis ad fidem, ad idem est Beda homilia prima, Natiuitatis, vbi inquit, est ergo vnigenitus in substantia deitatis, primogenitus in substantia humanitatis, primogenitus in gratia, vnigenitus patris, in natura humana secundùm esse naturale est primogenitus & vnigenitus matris suæ sine relatione ad alios fratres, sed secundùm esse gratiæ non est vnigenitus, sed primogenitus, plures habens fratres, nam de plenitudine gratiæ eius, vt testatur Euangelista, omnes accepimus, per gratiam, filij Dei nominamur, & sumus. Paulus ad Colossens. primo, loquendo de generatione vnigeniti à Patre in ordine ad creaturas, primogenitum illum appellat dicens in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis. primogenitus omnis creaturæ, idest, ille, qui secundùm esse diuinũ est vnigenitus (quia nec etiam Spiritus sanctus est genitus) comparatione ad creaturas est primogenitus, idest, ante omnem creaturam genitus, quia genitus in æternitate, creaturæ per ipsum in tempore sunt productæ. Breuiter ergo dicat concionator, peperit filium suum primogenitum, qui fuit vnigenitus, peperit primogenitum, ante quem & post quem non habuit alium, vnigenitus patris, post quem non habuit alium, & fuit primogenitus, ante omnem creaturam, sic fuit vnigenitus matris, post quem non habuit alium, & fuit primogenitus matris ante quem nullum aliũ habuit. Hoc

Aug.

Beda.

Paul. ad Col. 2.

Epilogus ad concionatorem.

voluit Euangelista manifestare, quia hoc habito indignum erat existimare habuisse secundum, quia hoc cũ Eluidio ponere, est iniuriam Christo irrogare, vt docet S. Tho. 3. part. quęstione. 28. art. 3. Quemadmodum enim fuit vnigenitus Patris, tãquam perfectus per omnia, ita decuit, vt esset vnigenitus matris, tanquam perfectissimum germen eius, quomodo in scriptura fratres habuisse dicatur explicat Metina ibidem, Xuarez. 3. part. tom. 2 d. 5. sect. 4. fol. 97. cum egreditur Iesus Christus ex vtero Virginis clauso, ingreditur hunc mũdum, autor naturæ cum prædominio naturæ, subiectionem sibi præstante natura, quæ corpori sibi vnito resistere non ausa est: liber fuit transitus, vt quæ à viro fuerat intacta, à corpore primogeniti nascentis esset illæsa, nè integritatem tolleret, quam Spiritus sanctus sua virtute conseruauerat, non debuit integritatem Virginis frangere, & quæ continua & integra erant rumpere, quia confracta venerat reparare, dispersa colligere, rupta resarcire, & læsa sanare, & infirma consolidare. Cum sol per fenestram vitream ingreditur, nullo modo frangit illam, sed integra manente non obstante corpore transparente, lumen visum tangit, & quæ antea in tenebris erant oculus videt, sic egressus est sol iustitiæ Christus Deus noster ex vtero, & vulua Virginis, cum ignis splẽdet, & ardet, subiectum, in quo est, consumit, non sol: nos sumus sicut ignis, qui vuluã matris rumpimus, Christus vt dictum est, est sicut sol, qui sine aliqua læsione per casta Virginis membra venit ad terras, vt ostenderet, Deum autorem esse castitatis, portemus ergo Deum casto corpore, exhibeamus nos castos ac puros ab omni peccato, nemini dantes vllam offensionem, vt Christus de Virgine casta nascens habitare possit in nobis, locus est agendi de virginitate ad virgines, de castitate ad viduas, & cõiugatas, iuxta quod inquit Aug. serm. 11. de tempore diligamus præ omnibus castitatem quia vt placere hãc sibi Christus

Eluid. S. Tho.

Met. Xuar.

Simile.

Simile.

Ex Augustino. 7. li. 1. contra pela. c. 37.

ſtus oſtenderet, pudicitiam vteri virginalis elegit, Peperit filium ſuum primogenitum non perfecta natus eſt ętate Chriſtus ſecundus Adam, ſicut primus in perfecta ętate, formatus eſt, ſed in infantili, quia ille immediatè à Deo, iſte conceptus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & non poſſet vterus maiorem capere: poſſet ſtatim creſcere, minimè tamen hoc fuit conueniens, vt carnis veritatem probaret ille primus Adam abſque macula, & ſimilitudine carnis peccati, iſte ſecundus Adam in ſimilitudinem carnis peccati formatus eſt ideo infans ſicut cæteri filij hominum in infantili ætate natus eſt, & in præſepio collocatur, non in trono in quo ſedent principes gentium, & qui dominantur eis, hic primogenitus filius hominis, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, non fuit poſitus in Paradiſo voluptatis, ſicut primus Adam, quia vt illum redimeret, prolem liberaret, & vt ſolueret pro peccato, pro quo Adam è Paradiſo eiectus fuerat, veniebat, cum primò in vtero ſibi corpus adaptatum eſt, acceptat crucem, tunc interiori clamore dixit, ecce venio, id eſt libentiſſimè venio, dum eſt in præſepio, exteriori voce, quæ matris auditum tãgit, clamat, vagit infans inter arcta conditus præſepia: nos, qui peccata cõmittimus, deberemus plorare, ipſe, in quem cõmiſimus, & quẽ culpa offendimus, plorat. O immenſa caritas. O pelagus bonitatis. Optima huius rei Gen. 45. exiſtit figura Ioſeph à fratribus venditur, & quod fratres facere deberent, ſuper fratres plorat, oſculatúſque eſt Ioſeph fratres ſuos (inquit ſacer tex.) & plorabat ſuper ſingulos, poſt quę auſi ſunt loqui ad eũ gemitus lacrymarum audaciam præſtitit, & ora multorũ aperuit, quia quem vltionem ex iniuria ſibi illata accepturum eſſe exiſtimabant in miſericordiã conuerſum videbant, nõ ex indignatione oculi ſcintilabãt, ſed ex miſericordia in fratres lacrymas emittebant: lingua duplici muro, labiorum nempe, & dentium circũſepta interioris mentis interpres eſt, & mentis conce-

Figura. Geneſ.

ptus annuntiat, lacrymæ Ioseph lingua fuerunt fratribus, gemitus verba fuerunt, qui misericordiam venditi iniuria non offensi manifestarunt, potens erat, perdere posset si vellet, saluare voluit, cum posset, melius loquitur Christi gemitus, quàm gemitus Ioseph, & maiorē indicat misericordiā, si loqui ausi sunt, loqui audeamus si gauisus est Pharao, & omnis familia eius, gaudeat Ecclesia domini natali qui propter peccata plorat, nos Ecclesiæ filij gaudeamus, salutando Mariam dicamus Aue gratia plena, dominus tecum, fœlix vmbilicus castitatis quem amplexus non tetigit maritalis, considero conceptum tuum & expauesco, intueor partum tuum & cōtremisco, adoro filium tuum, & reuiuisco. O beata infantia, per quam nostri generis vita est reparata. O gratissimi delectabilésque vagitus, per quos stridores dentium, æternosque ploratus euasimus: O fælices panni quibus peccatorum labes extersimus: O præsepe splendidum, in quo non solùm latuit fœnum animalium, sed cibus angelorum, Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cœli pretium mundi, hodie fratres per totum mundum melliflui facti sunt cæli: hodie super terram canunt angeli, lætantur archangeli, gloriantur prophetæ, inuitantur sancti, turbantur mali, gratulantur boni, visum cæci recipiunt, auditum surdi, claudi gressum, leprosi mundantur, tristes lætificantur, infirmi curantur, & mortui resuscitantur. Solus diabolus, & omnia cum eo dæmonia tremiscunt, ac contremiscūt, quia restauratur genus humanum. Cesset ergo omnis sollicitudo, Christus vera securitas nobis natus est: cesset omnis infirmitas, hodie salus apparuit: cessent bella, deficiant lites, hodie pax vera de cœlo descendit, illa quę in æternū est duratura, quam mihi, & vobis præstare dignetur Iesus Marię filius, qui cum Patre & Sancto Spiritu viuit in sæcula sæculorum. Amen.

Aug. ho. 11 natiuit.

Aug. ho. 3. natiuit.

IN EODEM FESTO,

CONCIO XI.

Adæ verè dixit, quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi nè comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea. Genes. 3. Posuit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.
Lucæ 2.

PRIMO illi homini, cui totus mundus domus & ciuitas erat, quam solitarius existens habitabat, adiutorium simile dedit Deus, masculum & fœminam creauit eos, virtute vestiuit illos, vt in rectitudine, & bonitate possent permanere, sed quia nihil in rebus genitis firmum est, & stabile, sed omnia mortalia necessarias mutationes admittunt, & liberum arbitrium à virtute in vitium flexibile est, nisi dono perseuerantiæ specialiter de cœlo firmetur, videns homo germanam speciem, & cognatam formam, gauisus eo spectaculo, nè eam contristaret, quam sibi dederat Deus in sociam cibum veritum gustauit, adhæsit ei, quæ falsis dæmonis promissionibus decepta, à præcepto Domini declinauerat, quam corrigere & carpere debebat propter inobedientiæ transgressionem, offensus Deus, qui omnia antea donauerat, iusta sententia postea omnia abstulit, primò, vox Dei, vox patris omnia filio condonantis & dicêtis, crescite, & multiplicamini, dominamini piscibus maris, audita est: nunc post præcepti domini transgressionem non vox patris, sed iudicis omnia auferentis, & dicentis, maledicta terra in opere tuo, in auribus protoparentis insonuit, idest ter-

Pro dom. 8. post Pentecostem.

ra illa, quæ ex benedictione mea sine aliquo labore abundantiam omnium, quibus indigebas tibi afferret, sterilis erit, & sine labore aut nihil, aut parum ex his, quæ tibi necessaria sunt producet tibi. *A fuerça de braços a pito y a cadon, fue condemnado a muerte a perdimiento de bienes*, pro fælicitate miseriam, pro vita mortem, pro abundantia bonorum paupertatem contraxit.

Ad Colos. Secundus Adam (fratres charissimi) misericordia motus, volens nos à culpa redimere, quæ prædictæ calamitatis & miseriæ demeritoria fuerat causa factus est pro nobis maledictum, vt maledictio legis Adæ redimeret, nè culpa simul cum pœna æternam in nobis causaret mortem, nè si à terreno à cœlesti quoque paradiso essemus exules, quomodo fit pro nobis maledictum Paulus explicat, dicens, quia scriptum est Deu-
Deut. teronomi. 21. maledictus omnis, qui pendet in ligno, & ipse pro nobis in ligno pependit, vbi vitam finiuit quam nunc maledictioni penè subiectus in præsepio ligneo, in medio duorum animalium inchoat: sterilis sibi terra fuit, quia cum non esset ei locus in diuersorio, in animalium præsepio fuit collocatus: primus ille parens viuus, vt ligni fructum caperet ad lignum accessit, manum in lignum misit, mortem introduxit, vt vitam Christus afferret mortuus & viuus in ligno pependit, *quod ex nunc* à tempore natiuitatis incepit quia omnis vita eius continuus fuit motus doloris, & laboris: continuus motus doloris, inchoatio fuit crucis,
Chrysost. paupertas prolixum martyrium est, hæc doctrina mea non est mea, sed Chrysostomi, qui homil. 11. super epistolam ad Hebr. inquit, sunt sacrificia, quæ verè holocaustomata, vt sanctorum martyrum, illic anima & corpus sunt: illa enim olfactum magnę adorationis habent: potest tamen si volueris tale sacrificium offerre, non vtique comburendo corpus, sed igne inopiæ volũtariæ, qui est ignis magnæ tribulationis, quarto re-

gu. 5. ad finem cum accepisset Guiezi à Naaman duo talenta argenti, & duplicata vestimenta, dixit ei Eli- 4. *Reg.*
sæus accepisti vestes, lepra Naaman adhærebit tibi: sic Christo domino eueniſſe cernimus, accepit Adę naturam, maledictionem etiam Adæ accepit, maledicta erat ei terra ideſt, ſterilis, benedicere enim Dei eſt benefacere, & dona donare, iuxta illud Geneſis 17. dabo tibi filium cui benedicturus ſum, erítque in nationes & reges populorum orientur ex eo Pſalm. 106. *Gen. 17.*
& benedixit eis & multiplicati ſunt nimis, & quia omnia bona ſpiritualia & temporalia in ordine ad ſpiritualia dantur nobis ex meritis Chriſti, qui in cruce *Pro crus.*
paſſus eſt, ſemper Eccleſia vtitur ſigno crucis, quotieſcunque aliquod ſacrum nobis confert, è contra maledicere Dei eſt damna, miſeriam, exitum & perniciem inferre; miſeriam, laborem, & paupertatem accepit, & qui eſt benedictus in ſæcula factus pro nobis maledictum, abſoluens maledictionem, dedit benedictionem, & in omnibus gẽtibus benedictio in Chriſto Ieſu facta eſt; ad Galat. 3. ô fælix miſeria, quæ nos felices & beatos facit, ô felix paupertas, quæ nos diuites conſtituit, ô felix diuerſorium, quod nobis æternum præparat habitaculum, ô fælices panni, qui dominum ſtolam immortalitatis afferentem induunt. Scitis gratiam domini noſtri, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, vt illius inopia vos diuites eſſetis, ô Corinthij ſcire debetis, & nullo modo opor- 2. *Ad Cor.*
tet ignorantiam habere Chriſti gratię, quæ fuit pauper- 8.
tas Chriſti voluntariè aſſumpta, vt nos in ſpiritualib. eſſemus diuites. magnopere conſiderate hanc gratiam, cognoſcetis vnum extremum per aliud, nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Deus diues eſt in omnes: qui inuocant illum, reges enim terræ diuites ſunt, ſed non in omnes, qui inuocant illos, quia diuitiæ eorum finitæ ſunt, & eiſdem, quę donant vtuntur, ideo ſi aliquando dant, ſemper dare recuſant, quia omne fini-

tum per ablationē finiti tandē consumitur, & cū bonorum suorum egeant omnibus dona donare recusant, qui nonnunquam collata beneficia commemorant, vt noua obsequia à subditis suis exigant, aut vt à nouis beneficijs conferendis excusentur, ideo allegare non audet beneficia accepta, qui nouum aliquod beneficiū, & gratiam ab eis petit, imò seruitia allegat, Deus bonorum nostrorum non egens, sed diues in omnes semper propēdit, in communicationem bonorum semper est paratus donare dona inuocantibus eum, ex quo sequitur, quod cum aliquid de nouo ab eo volumus impetrare, non antiqua beneficia abscōdimus imò potius commemoramus Isai. 26. dabis pacem nobis; quia omnia opera nostra operatus es in nobis, vt noua impetret antiqua commemorat, sic Ecclesia orat, multiplica super nos misericordiā tuam, id est, ad antiqua adde noua, præsumit Ecclesia, quod est diues in misericordia & dona antiqua cōmemorat, laudat largitereum prouocans ad noua beneficia conferenda. Sic de Alexandro dicitur, quòd cum incolæ cuiusdam ciuitatis offerrēt illi dimidiam partem bonorum, nè illis bellum inferret, dixit illis, non descendi in Asiam animo possidendi quæ mihi offertis, sed vt possideretis, quę egovobis sum daturus. Quanto magis Deus qui totius mundi est cōditor, & alterius mūdi potest esse auctor, de se ipso dixit Moysi, Exod. 3. sum, qui sum, id est, qui à me ipso habeo esse, & semper in eodem statu sum, omnibus dās esse & nullo indigens, *no tengo ser por augmento, ni espero rentas por tercios*, cum Deus tantus, & tam diues esset, ô Corintij propter vos egenus factus est, non solùm fuit diues, sed fuit & est, hoc enim sonat cum esset, includit enim præteritum cum modo essendi de præsenti, ideo inquit cum esset diues, id est, cum fuit factus egenus, diues erat, eius paupertas voluntaria, non coacta erat: si cum egenus factus est diues erat, ergo diues māfit vt nos diuites facere posset, simul vtique in vnum

Quint. Cur.

Exod. 3.

Psal. 48.

dīues & pauper, quemadmodum enim in vnam & eādem persōnam duæ simul conuenere naturæ, sic diuitis & pauperis simul duo status, in idem diuinæ naturę conuenere suppositum: in spiritualibus dīues erat, diuitiæ eius in nos superabundarunt, quia de plenitudine eius omnes accepimus, in temporalibus pauper erat, ab incunabulis in pręsepio fuit collocatus, quia nō erat ei locus in diuersorio: præsepe cuna fuit, quia vulpes foueas habent, filius hominis nō habuit vbi reclinaret caput suum, in vita paupertatem retinens spicas colligebat in agros, staterem vt tributum redderet Cæsari præstitit mare, quia maledicta erat ei terra, id est sterilis, & paupertatem sustinebat, cum plus abundat, non discipuli sed puer vnus ad plurimam multitudinem sustentandam quinque panes hordeaceos & duos pisces habet, si pauper in vita nō minus pauper in morte: nudus pendet in cruce: non in suo sed in alieno: puta Ioseph ab Arimathia sepulchro reconditur, qui non in suo, sed in alieno fuerat positus præsepio: cum ingreditur mundū pauperes sibi conciliat, paupereſq; pastores per angelos vocat, qui paupertatem diligebat, & pastor animarum erat futurus, prædixerat Isaias dicens, pauperibus euangelizare misit me: ex nunc cum iacet in præsepio, tanquam in cathedra hnmilitatem docet ad sectandum paupertatem, & donandum diuitias pauperibus, diuites prouocat ad similia faciendum: exemplo Christi autoritate adducta Paulus Corinthios prouocat cum in monte Thabor mortalem figuram in gloriosam formam mutauit, non Abraham Isaac, & Iacob illic apparere fecit, sed Moysem & Heliam testes suæ glorioſæ transfigurationis esse voluit, quia non illi sed isti paupertatem sunt sectati, & magnum loborem sustinuerunt, vterque (inquit Chryso.) tyrannis se liberè presētauit; Moyses quidē Pharaoni, Helias autē Achab, fide Moyses grādis factus (inquit Paul. ad Hęb.) negauit se esse filium Pharaonis, magis eligens affligi cum

Matth. 27 ad finem.

Chryſoſto. Matth. 17.

populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi, Helias impię Iezabelis persecutionem passus vnico pallio, quo se cooperiebat, semper fuit contentus: hos Christus diligebat, hos amabat, hos sibi conciliauit, elegit mundi infirma, vt confunderet fortia. Vidisti Christi paupertatem, & humilitatem, considera diuitias & maiestatem, in natiuitate angeli canunt Gloria in excelsis Deo, considera maiestatem, & diuitias simul, Reges adorant Ecce maiestas eius, qui est dominus dominantium aurum offerunt, si vellet, diues esset: sed cum esset diues egenus factus est, cum habitabat in nobis de quinque panibus quinque millia hominum satiauit, de cruce latronem misit in paradisum, diues erat, sed egenus factus est. O domine Iesu, quicquid video in die natalis tui, vile est, quicquid laborioſum est, quod tango non lene, sed aspetum est, sciant ergo tota errare via, qui contrariam sequuntur viam, discant tenere in vita quod Christus exhibuit in persona, elegit filius Dei pauperem matrem (inquit Bernard.) quæ vix pannos habebat ad inuoluendum, & præsepe ad reclinandum, locum ad reponendum: non est tale iudicium mundi: aut iste puer fallitur, aut mundus errat, sed diuinam falli sapientiam impossibile est: elegit ergo, qui non fallitur, quod carni molestius est: id ergo melius, id vtilius, id magis eligendum. O verba Bernardi omni consideratione digna: vtinam his, qui mollibus vestiti in domibus regum existunt, non semel sed sæpe proponerentur, filius hominis non habet, vbi caput suum reclinet (inquit Augustinus) & tu ampla palatia, & ingentes porticus metiris, certè, vt dixit Bernardus, aut iste puer fallitur, aut mundus errat, non est dandum primum, ergo concedendum est secundum: dicent diuites errauimus, sicut ouis, quæ perijt, discant clamare, ad pastorem, manifestare errorem, & eleemosinam dare pau-

Hæbr. 11.

Aug. Bernard.

peribus, ne despiciant pauperem, & inopem, quia Christi inopia diuites facti sumus, omnia enim pœnalia, quæ sustinuit Christus inter quæ reponitur paupertas fuerunt remedia contra mala nostra, & per ea restituti sumus vitę spirituali, hæc Nicolaus super Paulum, ideſt, paupertate, & inopia meruit nobis Christus peccatorum remissionem, filiorum adoptionem, amplius regni cœlestis possessionem eius: eramus filij irę facti sumus Dei filij, si filij & hęredes, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, vbi in illo regno, vbi non est maledictio, quæ cum impijs in infernum descendit, sed illa benedictio Dei patris, quæ filios in regnum patris introducit. O fratres quantum ditati sumus eius inopia, ad has diuitias per hanc paupertatē quam à principio suæ natiuitatis sustinuit, peruenitur: hæc benedictio patienter sustinendo maledictionem sterilitatis terræ producentis spinas, & tribulos acquiritur, maledicta terra in opere tuo primo parenti dixit Deus. 1. præcipuè volo, vt terra tibi terram inhabitanti, sterilis sit, fructum de arboribus terræ comedisti. sterilis sit terra producens arbores, nec plantæ nec arbores, quæ in terra sunt fructū conuenientē sustentarioni tuę producant sine labore tuo, ideo si qui sunt arboris fructus similes arboribus, quas plātamus minus vtiles, & conuenientes sunt humanæ saluti, quia scriptum est, *Pro fer* maledicta terra in opere tuo, in sudore vultus tui &c. cum Christus erat in terra, viatoris tenens statum maledictæ terræ, comedebat fructū, quia primi Adæ pœnam subijt, post resurrectionem cùm à statu miseriæ erat liber, partem piscis & fauum mellis discipuli illi offerunt, piscē aquæ maledictæ producunt, fauū mellis apes, quę per aëris elementum volitant, gignunt.

O fratres videte, & considerate, quomodo antequam peruenirent ad statum immortalitatis, in quo nullus est labor, & gemitus, magnos sustinuit labores, non enim solùm venit in paupertate: sed in labore & hu-

Ex Augustin. ser. 7. Nat.

militate: quia venit in similitudine carnis peccati, fratribus suis assimilatus per omnia: peccauit homo, factus est reus: natus est homo Deus, vt liberaretur reus: homo cecidit, sed Deus descendit: cecidit homo miserabiliter, descendit Deus misericorditer: cecidit homo per superbiam: descendit Deus in humilitate cum gratia: hoc est, quod natura miratur, stupet cœlum, extremiscit terra, Angeli reuerentur. Miratur natura, videns opus supra omnem ordinem naturæ, stupet cœlum, videns sole clariorem pulchritudinem, & maiorem extremiscit terra, videns suum sustinere auctorem? rueret quidem, nisi idem auctor fundasset eam: angeli reuerentur, quia cum introducit pater primogenitum in orbem terrarum, adorant eum. isti annuntiant pastoribus, vnus nomine aliorum inquit.

Bernard.

Inuenietis infantem pannis inuolutum positum in præsepio, Super quæ verba Bernardus sermone quarto natiuitatis inquit, quid est, quòd sola ab Angelo commendari videtur humilitas, respondens sibi ipsi, ait, fortè specialius commendat Angelus humilitatem, quia ruentibus cæteris per superbiam: ipse in humilitate stetit, dicamus nos, quòd maximè miratus est humilitatem nascentis & iacentis in præsepio: quia volens

Leo ser. 8. natiuit.

Deus hominis & angeli superbiam reprimere (vterque enim altiora se quæsiuit) descendit Deus in humilitate, nè contra altitudinem Dei attollat se, puluis & cinis mox in ima rediturus: quid enim sanandis ægris, illuminandis cæcis, viuificandis mortuis aptius fuit (inquit Leo Papa) quàm, vt superbiæ vulnera humilitatis

Aug. se. 18 natiuit.

remedijs curarentur, doctrinam tandem humilitatis agnosce, etiam nondum loquẽte doctore (inquit Aug.) ac si diceret, iam ex tunc cum infans esset non verbo sed opere humilitatem docebat, quod insinuauit Lucas

Actuũ 10.

actuum 1. cũ dixit, cępit Iesus facere & docere à principio quidem non loquendo sed faciendo virtutes do-

cuit, ad humilitatem Christi pertinet, quod gloriã natiuitatis suæ pauci pauperésque pastores viderunt, nox velabat & cooperiebat, gloria quoque transfigurationis suæ tribus Apostolis reuelata est : cum iacet inter duo animalia pastores regésque qui à longe venerunt, viderunt ignominiam crucis, viderunr gentiles & Iudæi, nobiles & ignobiles : omnibus manifestata est ex S. Tho. 3. par. quæst. 46. iste est Iacob, qui ad pedes fratris prostratus nascitur, iste nunc in medio duorum animalium iacet in præsepio, quem postea ad pedes Pilati & Herodis prostratum fuisse certò scimus, sicut de illo dictum est : maior seruiet minori, sic omnes angeli & omnes gentes adorant Christum : per superbiam lapso dictum est (inquit Leo Papa) terra es, & in terram ibis, huic per subiectionem exaltato dictum est, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum : qui sunt inimici nisi superbi, de quibus inquit Propheta, superbia eorum qui te oderunt, ascẽdit semper, quid magis indignum, quid detestandũ amplius, quid grauius puniẽdum, quàm quod videns Deũ cœli, paruulum factum vltra apponat homo magnificare se super terram?

S. Tho.

Figura.

Leo ser. 8. natiuitatis.

Bern. ser. 1. natiuitatis.

Ne ergo patiamini, fratres, difformes esse illi, qui pro nobis sic humiliatus est : viam se dixit, vt conuersatio magistri forma esset discipuli, & humilitatem eligeret seruus, quam sectatus est dominus, Euam de costa viri formauit Deus, vt viro de cuius costa formata est subijceretur : hominem de limo terræ formauit vt puluerem se agnosceret, & putredini diceret, pater meus es ad quid te extollis, puluis & cinis, si exaltas te, dum respicis animam tuam ad imaginem Dei, humilia te, dum vides ex infimo elemento corpus, quod diligis, & accurratè nutris esse formatum : sin in altum extolleris, quia Deus immediatè animæ tuæ est conditor & creator humilia animam tuam, quando vides conditorem tuum humiliatum, & in præsepio animalium

collocatũ, homo volens se eleuare & exaltare in sublime, à loco sublimi deiectus est, Christus vt te subleuaret, humiliatus est, ad quid modò extolleris, cura inhęrere capiti, vt cum exaltatum fuerit caput tuum, subleueris: nam si te exaltas humiliaberis, si verò te humilias, & capiti suo inhæres, necesse est cum illo exaltari, aliter in cœlum ascendere non potes.

Ioan. 3 pro inuentione crucis.

Nam nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo, ideſt, solùm vnus est Christus, qui propria virtute ascẽdere potest in cœlum: huic solum cœli patet aditus, reseratur porta paradisi, ipse aperit, & nemo claudit: & nemo nisi efficiatur Christi membrum suo vnitum & incorporatum capiti, cœli regnum potest introire, ideo verũ est quod nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui est in cęlo. Ex hoc enim non excluduntur, qui vni Christo vniuntur, sicut non excluditur Spiritus sanctus, cum dicitur, nemo nouit filium: nisi pater &c. Quia Spiritus sanctus vnum est cum patre, & filio: excluduntur autẽ qui ab ista vnitate, sunt semoti: humilia ergo te, vt humilis Christus exaltet te. Solent artifices plumbeo perpendiculo vti, vt videant, an ædificium rectum sit & partes inter sese cohæreant, & tunc si quid obliquũ vident, dirigunt; Christi humilitas vitæ nostræ perpendiculum esse debet, hæc ostendet vitium superbię nostræ; O fratres videte, quòd Christi humilitas, & paupertas futura est perpendiculum, & mensura superbiæ; & abundantiæ nostrę. Peccatum primi hominis introduxit mortem; non tamen statim destruxit naturam, fecit mortales concessit tamen tempus inter ortum & occasum naturæ laboribus tamen plenum, ideo inter vitam, quam non statim abstulit, & mortẽ, quam adduxit labores plurimos introduxit, quos audiuimus de ore domini, dicentis, ad primum, quem de limo terrę plasmauit, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, hæc quantum ad vitam laboriosam do-

Simile.

nec reuertaris ad terram, de qua sumptus es, hęc quantum ad mortem, ideſt iam omne alimentum cum labore, de terra ſuſcipies, & nullus à morte liberum te reddet, [*ya no es lo que ſer ſolia*,] Secundus Adam peccatum ſtatim deſtruxit, quia ſine contagione peccati humanã carnem ſibi vniuit, & carnem ab omni peccato immunem elegit, animæ vitam attulit, laborem non excluſit, ſed ſuper ſe aſſumpſit, quia labor meriti eſt materia, complectitur omnia prędicta Pſalm. 87. breuis *Pſalm. 87.* verſiculus in laboribus à iuuente mea, exaltatus autem ſum & conturbatus, in me tranſierunt irę tuę. terrores tui conturbauerunt me, circumdederunt me, ſicut aqua tota die. Pauper ſum ego, nihil clarius de paupertate Chriſti dici poteſt, in laboribus à iuuentute mea, id eſt, ab infantia mea continuò ſuſtinui labores, qui in dies creſcunt, & ſemper mecum augentur, nam in termino dierum meorum ſine cauſa fremuerunt contra me gentes, labores, quos in Natali pertuli nihil eſſe videntur comparatione illorum, quos poſtea pertuli, certè bene videntur in me irruiſſe omnes illæ tuæ antiquæ irę quas in Adam habuiſti, cum à paradiſo eum eieciſti, & in filios Dei videntes filias hominum, quos per diluuium perdidiſti, quia omnis caro corruperat viam, quemadmodum tunc vehementer inundauerunt aquæ & omnia repleuerunt in ſuperficie terrę, & arca ex omni parte aqua circundata ferebatur ſuper aquas, ſic irę tuę & torrentes tui circundederunt me vndique ſicut aqua, (*que deayaslado ſudando gotas de ſangre clamando*,) triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, Iſaias 43. ſeruire me feciſti in pecca- *Iſa. 43.* tis tuis, vbi alia littera ſcutum meum poſui pro te peccatore. hanc ſequitur Cyril. libr. 11. de ſpiritu & vita Euſeb. lib. 4. præparationis Euangelicę, ideſt, me ipſum ſcutum feci, vt omnes ictus ſuper me ſuſciperem, eſſe in diuerſorio, pati frigus, & quicquid pœnale ſuſtinuit nil aliud fuit, niſi opponere ſe Patris irę, quid

Simile. aliud fuit nisi laborē & pœnam peccati humani generis super se suscipere [*el fue golpeado y a criuado para que nosotros quedassemos sanos:*] solent patres immensos sæpè labores suscipere, & varia pericula subire, longa terrarum spatia peragrare, vt amplū filijs patrimonium relinquāt propter hoc propriæ vitæ non parcunt : vt filij labore paterno postea perfruantur ; sic Christus magnos pro nobis labores sustinuit, & propriæ vitæ non pepercit.

Aug. hom. 18. nat. iuxta hoc ho. 18. loquendo cum Adam inquit Aug. tu in latissimo fructuosorum nemorum prędio te perdidisti: abundantiam negligēdo ; ille obediens in angustissimū diuersorium mortalis venit, vt mortuum quæreret moriendo, bene significatum est hoc in angelo, qui in per-

Exo. sona Domini apparuit Moysi in medio rubi, qui est arbor aspera, certè significauit Christum magnos passurū labores, sed sicut rubus non comburebatur, quamuis esset in medio ignis, sic nec ille populus Dei per adoptio-

Genesis 5. ad finem. nem, nec Christus laboribus & tribulationibus fuit cōsumptus, sed liber in die resurrectionis euasit, Cum nat° esset Noe, Lamec pater eius dixit, iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus: quod iuxta Hieronymum tunc factum est, cum iugo & animalibus cœpit arare terram, quam antea proprijs manibus multò cū labore colebāt. Ó fratres, Christus in se suscipiens labores soluit maledictionem, dans benedictionem, vehementer consolatus est nos: si descendit tunc Deus pater per vocem dicens, Adam vbi es, & Adam perterritus abscondit se: descendit nunc filius in mansuetudine & humilitate, infans sine voce nascitur, pro voce deterrente est vox plorantis, pro voce maiestatis est gemitus humilitatis, certè cōsolatus est nos, nam tristitia nostra versa est in gaudiū, maledictio in benedictionē cōmutatur, labor in requiem sempiternam, quam mihi & vobis pręstare digneturIesus Mariæ filius. Amen.

IN EODEM FESTO,

SERMO XII.

Fecit quoque Deus Adæ tunicas pelliceas. Gen. 3.

Pannis eum inuoluit. Lucæ 2.

MVLIER propter inconstantiam serpenti assentiens cibum vetitum gustauit, gustatum viro dedit, ambo tunc pariter corruerunt, & qui antea in simplicitate existentes nuditatem suam non cognoscebant, ex innocentia in calliditatem mutati, cum audissent vocem stricti iudicis, tonantis in cœlo, descendentis in maiestate: vexatione dante intellectum, cognouerunt se esse nudos, & tunc consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, idest, succinctoria circa lũbos: (*vnos pagnetes*) ad cooperiendũ pudenda, dicũtur enim ἀπὸ τῦ περὶ quòd est circum & σωμα quod est corpus, misericors pater, tãti criminis angelum iudicẽ non instituit, sed ipsemet cõmissi criminis index esse voluit, sicut ipse, non angelus, antea plasmator è limo esse voluerat, non accensus ira, non turbatus desiderio vindictæ, mortísve perpetuæ, quia non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat, eis, quos bisso & purpura puritatis vestierat, & stola iustitię originalis ab omni rigore præseruante induerat, tunicas pelliceas fecit, nè inclementia cœli peregrinæque impressiones eum, qui ad imaginem Dei conditus fuerat consumerent, corrigere, non perdere volebat: nam si hoc vellet, posset manus omnipotentis, qui mundum pugillo continet, annihilare quod creauerat: delere, quod formauerat: conuertere

Apo tu perisousa.

in puluerem, quem de limo terræ plasmauerat: occidere, quem in animam viuificantem fecerat: aut erre spiritum ab eo, in cuius faciem spiraculum vitę spirauerat: & denique iuxta Iob posset precipitare eũ, quem ossibus & neruis compegerat, posset immittere ignitos serpentes nu. 21. aut immanes leones 4. reg. 24. sed à tam acerbo supplicio abstinuit misericors pater, donans tempus vt hominem educeret delicto, & posset homo facere fructus dignos pœnitentię: interim vestes fecit pelliceas, vt memoria memor esset, iam non immortalem, sed mortalem statum possidere vt sic dolore cordis tactus intrinsecus tabescere, intra se anima eius, & considerando prima, quę abierunt, memorandóque nouissima in æternum iam amplius non peccaret, quo enim maiori indicio potuit significari mors, quàm sentimus in corpore (inquit Aug.) quàm pellibus, quæ mortuis pecoribus detrahi solent.

Num. 21.

Sapiò eduxit eum à delicto.

Aug. tom. 1. de Gene. ſi contra monich. li. cap. 22.

Aduenientibus ergo temporibus dilectissimi, quæ redemptioni hominum fuerant prestituta, ingreditur hæc infirma Iesus Christus dominus noster de cœlesti sede descendens & à paterna gloria non discedens, qui erat amictus lumine, sicut vestimento, qui lucem habitabat inaccessibilem, & candor est lucis æternæ qui operit cælum nubibus, non apparens in maiestate sed humilitate vt nos ad cœlestia patris regna exaltaret, vilibus obuoluitur pannis, qui ambulabat super pennas ventorum descendens à cœlesti in terrestrem Hierusalem, humanum genus sauciatum inueniens, in præsepio reclinatur, & primi hominis præuaricantis exteriorem sumit habitum corpore infans, sapientia semper vir, sempérque beatus existens veniens curare vulnera nostra, infirmi inducens personam, pannis inuoluitur & fascia cingitur, qui virginalibus visceribus nouem mensium spatio contentus & inuolutus fuerat, si Deus tantus veniisset vt claritatem suam, & potestatem hominibus ostenderet forsitan omnis creatura inualida &

Hiero. epistola. 4.

casura

casura succumberet. Quibus verbis clarè ostendit Hieronymus, iusta, de causa dominum velatum velo humanitatis apparuisse, primus ille homo audiens vocẽ Domini fecit perisomata, & abscondit se, timens dominũ cuius conspectum certè fugere non poterat; Christus carne vestitus hominibus apparuit, & seipsum patri pro hominibus obtulit, Moyses cum cornutus è cõsortio Domini descenderet, Exo. 34. & non possent filij Israel intendere in faciem eius propter gloriam vultus eius, opperiebat faciem suam, quando loquebatur ad filios Israel, ingressus verò ad dominum & loquens cũ eo auferebat, donec exiret Exod. trigesimo quarto ad finem: Dominus noster Iesus Christus dux noster legislator, & Saluator noster à patre sine velamine, audiens ad patrem sine velamine loquens carne indutus, pannis inuolutus nouissimè diebus istis locutus est nobis, viam salutis ostendens, locutus Dominus ad Moysem dixit ei, facies sagacilicina vndecim ad operiendum tectum tabernaculi, facies & opperimentum aliud de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud opperimentum de hiacinthinis pellibus: Dominus noster Iesus Christus est illa arca varijs vestimentis & operimentis vestita, ipse erat manna suauissimum, virga æquitatis, in ipso lex erat iustitiæ, naturæ diuinæ, quæ inuisibilis erat, & non apparebat, opperimentum primum humana erat natura, insuper quod maximi amoris manifestum indicium est: indutus erat sago laboris, & exteriori habitu inuentus vt homo cæteris hominibus non dissimilis sed assimilatus fratribus per omnia, de primo operimento Augustinus tomo. 8. explicans illa verba Psalm. 34. induebam me cilicio, inquit, cilicium fortasse appellant carnis suæ mortalitatem, quare cilicium propter similitudinem carnis peccati, Apostolus enim dicit misit enim filium suum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, in carne, hoc est, filium

Exod. 34. ad Cor. 3.

Exod. 26.

August.

suum induit cilicio, vt de cilicio damnaret hędos, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum: adduca-
Hieronym. mus in testem huius veritatis Hieronymum Augustino paulo antiquiorem, qui explicans eadem verba Psalm. trigesimi quarti, cum mihi molesti essent, induebar cilicio, inquit, induit se diuinitas carne, & de peccato damnauit peccatum, induit dominus asperitatem passionis, & luctum de duritia populi, idest, incedebat Christus tristis, quia populus duræ cornicis erat resistens Deo, & super illa verba psalm. 68. posui vestimentum meum cilicium, per cilicium fletum, quem Christus habuit in suscitatione Lazari, intelligit, ideo sensus iste erit, posui aspera vestimenta mea, & lugubri vestitu & lachrymis vestitus sum: duo erga magna luminaria Ecclesiæ prædicta loca de duplici Christi vestimento explicant, vtrumque in Christi natiuitate apparet, nam carne vestitus de visceribus Virginis, & positus in præsepio vagitus emittit, & lachrymas fundit: Nicol. Psalmo sexagesimo octauo per cilicium intelligit vestem Christi, quæ dicitur cilicium, quia Ioannes decimo nono, dicitur inconsutilis desuper contexta per totum, quomodo fiũt vestes cilicinę, & asperę, huiusmodi vestibus induetur Christus, vide quomodo de materiali Christi vestimento explicentur verba psal. Ingens profecto esset amoris indicium (frattes) si quis, vt amicum inter Saracenos captiuum redimeret, relinqueret propriam domũ,
Simile. propriam gloriam & peragraret maria, extraneasque regiones habitu alieno & peregrino pertransiret, non habens permanentem locum, hoc dilectissimi fecit dominus Iesus Christus, qui cum esset amictus lumine sicut vestimento, vt nos redimeret & de manu diaboli eriperet, propriam corporis gloriam reliquit, quod maximi amoris indicium est, peregrinumque habitum mortalitatis induit, in quo ad nos venit: ingratitudo profectò est maxima non redamare amantem. Primi illi parentes perizomata sibi fecerunt quia præ

magnitudine timoris non ausi sunt occidere animantia, vt pellibus se cooperirent : omnium conditor vt dominus, occidit, vt misericors pater dans transgressoribus præcepti tempus consequendi veniam, simul prædictas illis pelles concessit, quibus calefierent, cum tunc principium esset veris aut autumni: at verò secundus Adam cum medium silentium tenerent omnia, & nox in cursu medium iter haberet, in medio hyemis natus est, cum frigus magis vrgebat, quemadmodum enim cum volens mori, genus ignominiosissimæ mortis elegit, sic cum nasci voluit dubitandum non est Noctem rigidissimam elegisse. O quantum tibi, ô glorioſe puer debent homines : O quot, & quanta pro nostris peccatis pati dignatus es. Primo homini peccanti pelles, quibus se à frigore deffendat, conceduntur, & tibi (ô bone Iesu) vix viles sunt panni, qui non possunt à frigore deffendere : quomodo cor nostrum in amorem tanti pueri non rapitur, & liquescit anima nostra, dum videmus Deum nostrum propter nos homines in præsepio inter bruta animantia positum, & pannis inuolutum? Magis brutum est, qui huiusmodi beneficia non recogitat, & quotidie mẽte non reuoluit. Geneſis vigesimo septimo, legitur quòd Rebeca illa prudens vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat, domi induit Iacob, pelliculásque hędorum circundedit manibus, vt ab Isaac patre suo benedictionem acciperet: neglecta, fratres, vitæ immortalis arbore, ad lignum scientiæ boni & mali accedens homo ille primus, cui dans Deus benedictionem dixerat, crescite & multiplicamini, iusto Dei iudicio benedictionem amisit, sed non sine benedictione pelliceas tunicas accepit : secundus Adam naturæ humanæ vestem valde bonam, omni virtute decoram accepit, hanc sibi induit mater eius, hanc intra viscera Mariæ accepit, hac indutus iustus existens sicut Iacob in similitudinem carnis pec-

cati peccatoris habens apparẽtiam apparuit sicut Esau, vt maledictionem solueret, & benedictionem nobis consequeretur, iuxta quod venerabilis Beda hom. 1. natiuitatis inquit, qui totum mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus inuoluitur, vt nos stolam primam recipere valeamus, ac si diceret, ille primus homo, cum primò formatus est, stolam iustitiæ & gratiæ accepit vt illam iterum acciperemus: vilibus pannis inuoluitur (inquit Augustinus) vt scissam humani generis vnitatem suo redintegraret in corpore, ad hoc nascitur (fratres) vt ipsam, quam prius homo vitiauerat melioraret naturam, præmostrata est veritas Zachariæ. cap. 3. vbi dicitur, vidi sacerdotem magnum, & post pauca & Iesus erat vestitus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Ad intelligentiam huius loci legendus est locus 1. Esdræ cap. 9. vbi legitur quòd populus quem de Babilonia eduxerat Esdras, peccauit ducens vxores Chananæas, Hetheas, & Iebusæas de filijs etiam Iosue, qui erat summus sacerdos, non defuerunt qui ducerent vxores contra prohibitionem domini, nam & manus principum & magistruum fuerunt in trangressione, propter hoc peccatum Esdras sedit tristis, orans vsque ad sacrificium vespertinum: & Zacharias vidit Iesum vestitum vestibus sordidis (Iosue & Iesus idem est) vbi glossa interlinearis sumens hoc ex Hieronymo insinuat summum sacerdotem peccasse illicito coniugio, sed hoc non est manifestum, nisi forsan peccauit, vt inquit Nicol, non prohibendo filios, (sicut. Heli. 1. Reg. 3.) inquit ergo vel hoc coniugium illicitum, vel pro peccatis populi, id est, si propheta vidit Iesum, vestibus sordidis hoc erat pro peccato proprio, quod ipse commisit ducendo alienigenas, aut pro peccato quod commisit populus: prima causa non facit ad rem, quia in Christo non fuit proprium peccatum, nec inuentus est dolus in ore eius, tertium præcipuè facit ad nostrum propositum, nam Christus dominus

Beda.

Aug. hom. 17. natiuita. ad finẽ. Zachar.

pro peccatis populi vestitus est triplici vestimento supra dicto, nēpe humana natura, pænalitatibus nostris, & denique vilibus pannis, tristis enim sedit in horto, orans & offerens sacrificium vespertinum, cum his vestibus sordidis congruit illud Esai. 58. & vocaberis ędificator sepium, auertens semitas iniquitatum: ædificare materiales sepes officium est pauperum, qui ad hoc officium exequendum sordidis induuntur vestibus, omissa littera occidente, secundùm spiritum viuificantem dicendum, quòd sicut ędificator sepium sordidis vestibus vestitus ædificat, sic Christus vili & humili habitu vestitus docebat viam veritatis, aperiebat sensum scripturæ, quæ erat sepe, quam circumdedit vineæ suæ, quia scriptura est turris Dauid, ex qua mille argumenta pendent, contra hæreticos, sicut sepe defendit vineam, sic scriptura catholicam veritatem, explicando scripturas auertebat semitas iniquitatum, semita erat iniquitatis dicere diliges proximum tuū, odio habebis inimicum, hanc & alias quæ Matth. 5. habētur auertit. Refert Plutarchus, quod cum Alexāder Philippi filius rex Macedo. Persiā debellasset, & Parthiā subiecisset, ibi intentus ocio barbaram primò stolam induit, siue vt probatis illorum legibus ipsos per quamdam sibi consuetudinem conciliaret, quod ad mitigandas hominum mentes plurimum patrij moris valeat consuetudo, siue vt hoc pacto Macedonum tentaret animos quod paulatim ad spernendos patriæ ritus assuefacere nitebatur, quod illum adorari molestius perferrent, ideſt, induit vestem more Parthorum, vt ipsos ad se traheret, similiter vt alliceret Macedonios ad spernendum ritus patriæ, & inter vtrumque populum esset amicitia, & ipse ab omnibus diligeretur, Macedonij ad Alexandrum iam erant bene affecti vt similiter Parthij essent vestem illorum induit, vt homines bene essent affecti ad Deum humanam naturam sibi Deus vniuit, & vestiuit, Angeli Deum diligebant contra ho-

Esai.

Profer. 6. post cineres

Plutar in vita Ale.

minem flameum gladium habebant, vt pacificaret omnia quæ in cœlis & quæ in terris, & Angeli cum hominibus societatem haberent, vestem humanæ naturæ induit. Maximus Episcopus hom. 3. Natiuitatis prouocas nos ad considerandam maiestatem humilis, & diuitias pauperis, qui vilibus obuoluitur pannis, inquit, fortalsis hunc, qui natus prædicabatur ex fœmina, dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere contentus est in præsepio, dum lachrymosis vagitibus concrepat, dum maternis lactatur vberibus, Deum esse diffidis, imò per ista frater aduerte eum, & vthominé infirma pro infirmis pertulisse, & vt Deum potentiam exercuisse cælestem, hic namque, qui sordentibus circundatur pannis, per Chaldæos regijs muneribus honoratur: hic qui in præsepio humilis iacet, lumine noui sideris corruscat è cælo: hic qui vagitus reddit infatię, angelici exercitus vocibus collaudatur: hic qui fęmineo lacte nutritur, multa hominum millia paruissimo pane satiauit: quid illud adijciam: quòd dum illũ & verum Dei esse filium resurgens à mortuis Lazarus probat, receptus ad lumen cæcus nunciat, venerandis eius calcatæ vestigijs maris vnde testantur, & quod pręcellit hęc omnia resultans è cœlo vox paterna confirmat: humilibus ergo opponit mirabilia testimonia, quæ eius maiestatem, & diuinitatem ostendunt, ideo hom. 4. concludit: habes in his vnde dominum Iesum & natum hominem credas, & Deum esse dubitare non possis. Ex his colligitur, pastores non leui: sed sufficienti testimonio credidisse Aug. hom. 17. Natiuitatis inquit, iacet in pannis, sed regnat in cœlis: humiliatur incunabulis, sed in nubibus tonat: in præsepi ponitur, quia omnis caro fœnum. Nè contemnatis (fratres) humilitatem nascętis, nam humilis natus est, nè vos opprimat maiestas omnia dominantis: ne despiciatis eius paupertatẽ, nam egenus factus est cum esset diues, vt possitis frui diuitijs eius, si nunc humilibus & sordidis vestitur vestibus, postquam

Max.

Augus.

regnauit vt dicitur Psal. 92. decorem induit, & vestem mutauit, ac si dixisset Propheta consequẽter se habent, regnauit, ergo induit decorem: erat quidem Christus, dominus vniuersorum, per ipsum fecit Deus pater sæcula, sed quia dum paruulus erat, sicut seruus erat, tunc non induebat decorem, sed vilibus vestibus vestitus erat, vestes erant ignominiæ cum esset apud Herodem & Pilatum, sed postquam regnauit, decorem induit, ideſt, assumpsit quod reliquit, & quod corpori suo denegauerat. Hæc vestis non est huius vitæ in hac vita, pro humani generis amore non hanc, sed vestem laboris induit, hanc pro vita immortali reliquit; cõtinebat in anima quasi qui continet vestem in arca, nũc induit illam in transfiguratione, ad breue tempus induit [*como qui en preua vna ropay luegola desnuda*,] ostendere voluit, quid pro homine reliquit, quid pro præmio vestis laboris & doloris iustis esset daturus, manifestauit, scire quis, & qualis esset, ad fidem pertinet, quid reliquit, & quid pro premio esset iustis daturus, volũtatem mouent, ad amorem prouocant: quare putas, quod angelus annuntians pastoribus mirabilem Christi natiuitatem non fuit visus in vestibus albis sicut in resurrectione & ascensione: ratio dilecte est, quia Christus dominus caput & gloria angelorum iam tunc induerat decorem, superauerat inimicos, vicerat diabolum, & humanum redemerat: genus tunc augeli, qui de vno peccatore pœnitentiam agente congaudent, in vestibus albis similes Christo, qui gloriam induerat, cuius vestes in transfiguratione factæ fuerant albę sicut nix, congaudentes apparuerunt, sed nunc quando Christus vilibus obuoluitur pannis, & obscuro loco iacet repositus, nõ apperent in vestibus albis, sed absque huiusmodi apparatu hymnum glorię canunt, dicentes, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, quem admodum enim Christus in anima glorioſus erat, in corpore vilibus pannis inuolutus, sic angeli sine vesti-

Psal. 91.

Pro resurrectione & ascensione vbi Angeli apparuerũt in vestibus albis.

bus albis hymnũ canunt gloriæ, vt per omnia Christo
Dan.10. essent similes, accedamus ergo dilectissimi non ad tri-
bunal Christi, non ad thronum maiestatis eius, sed ad
præsepe, vbi vilibus pannis eũ inuoluit mater. Daniel,
cùm vidisset virũ, qui erat vestitus lineis, & renes eius
accincti auro obryzo, non remansit in eo fortitudo, sed
species eius immutata est, & emarcuit, nõ habẽs quic-
quã virium; nunc Christus dominus, ne nos deterreat,
humili est loco, vilibus est vestitus, iuxta quod legimus,
quòd apparens Christus Melchiad, dixit ei. scis, quòd
cũ natus sum, pannis inuolui volui & fascijs, quia qui
vinctus est; nec se defẽdere nec alios offendere potest,
& si bona illi sua eripere volunt resistere non potest, &
ideo vinciri volui vt denotarem, quòd si quis cœlestes
thesauros, quos mecum attuli, eripere voluerit, nõ im-
pediam; vt offenderem, me non ideo in hunc mundũ
venisse, vt offenderem, clauis moriens in cruce crucifi-
gi volui. Quis hæc audiens, recusat accedere? quis hæc
audiens recusat appropinquare: accedamus cum fidu-
cia ad præsepe magni Dei, nudi sequamur vestigia eius,
qui pauper apparuit in terra nostra, vagientis vox ma-
gis est miserenda, quàm tremenda. Noli timere, nam
non venit iudicare, sed saluare: non venit iudex, sed sal-
uator: iuxta quod ad Titum 3. scriptũ est. Apparuit be-
nignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, sic huma-
nus, benignus & pauper apparuit, vt ipsum imiteris: nã
iam clamat exemplo, quod postea erat prædicaturus
Quint. Curt. li. 5. verbo, ne patiaris tam pretiosum exemplar sine causa
& imitatione coram oculis tibi fuisse propositum. De
Alexandro refert Quintus Curtius, quòd cum Persiam
debellaret, & copia niuis impediret milites, nè iter fa-
cere possent, ipse ab equo descendit, & cœpit iter face-
re per mediũ gelu, & tũc omnes eum promptè sequu-
ti sunt: sic nos fratres nudum nudi sequamur: pauperes
pauperem 2. Reg. 15. cum Dauid ascenderet cliuum oli-
uarum flens nudis pedibus & aperto çapite, omnis po-

pulus qui erat cũ eo aperto capite ascendebat plorans, *o mundo loco que nos sigues a tu segnor*, peccante populo Exod. 33. peccatum idololatriæ adorando vitulum ex præcepto domini dixit Moyses ad populum, depone ornatum tuum, *quiero y es mi voluntad que esten desautoriçados sin magestad y grandeza*. In signum humiliationis & contritionis: vide dilecte opportunum & salutare remedium diuinæ reconciliationis ab ipso domino reuelatum, tunc verbo, nunc opere & exemplo prædicat, vt deponamus ornatum, & vestes pretiosas: Rex Niniuę surgens de solio suo, & abijciens ab se vestimentũ suum assequutus est diuinam misericordiam: sic facientes confidite (fratres) quòd faciet dominus vobiscum misericordiam, donando hic gratiam, postea gloriam, quam mihi & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius. Amen.

IN EODEM FESTO,

SERMO XIII.

Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis Gen. 3.
Euangelizo vobis gaudium magnum.

IVsti iudicis, cuius iudicium nemo fugere, cui resistere nemo valet, prolata sententia extra paradisum relegatus tristis euasit primus ille Adam, & vniuerso mundo tristitiam attulit: Secundus Adam in vtero Virginis tanquam in paradiso positus tristis, & plorãs, sicut cæteri filij Adæ, quib. per omnia assimilari dignatus est, vno dẽpto peccato, ex vtero Virginis exiẽs, nobis gaudium magnũ attulit. Hoc gaudium pastorib. primò angelus annũtiat, dicens *Euangelizo vobis gaudiũ magnum*, ac si dixisset nunc, quando hęres vniuersorum paruulus est, existens sicut seruus, quando nondũ ele-

git Apostolos, qui annuntient, Euãgelistas, qui mirãda eius opera describãt, minister ego à patre missus de cœlo *Euangelizo vobis gaudium magnum*, postea ipse infans proficiens ætate colliget populos multos, eliget Apostolos, & discipulos plurimos, qui annũtiabũt hoc gaudium, promulgabunt hoc mirabile, interim ego annuntio nuntium bonum defero, vt huius inferioris ciuitatis habitatores illuminentur; Ille primus Adam fælicé ingressum, tristẽ egressum è Paradiso habuit: ego annuntio vobis secuudi Adam in hunc mundũ ingressum sibi tristem; vobis vero ingressus & egressus ex hoc mundo gaudium afferet. inuidia, quę in nobis beatis esse non potest, non tabesco, nec torqueor, sed fraterna caritate incensus annuntio vobis gaudium, quod futurũ est vobis & omni populo, suspiciens Dei nostri bonitatem non possum non admirari, & admirando lætari & ex abundantia cordis in assumpto apparẽti corpore vobis narrare, vt venientes mecum omnes collætemur, & Deum collaudemus pariter. O summa domini clementia, pietas, & benignitas, qui à pastoribus vult inueniri, & videri; ad Moysem antiquitus locutus est Deus Leuit. 16. dicens. loquere ad Aaron fratrem tuũ, nè omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum, iuxta quod Paulus ad Heb. 9. inquit, in priori quidẽ tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes, in secundo autẽ semel in anno solus Pontifex nõ sine sanguine, quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto, nondum propallatam esse sanctorũ viam, adhuc priori Tabernaculo habente statum: nunc fratres vetera trã sierunt. facta sunt omnia noua, ingrediẽte veritate vm bræ præterierunt omnitempore, omni genti fideli licitum est ingredi sancta sanctorum, & videre ipsum regẽ Angelorũ sub nube carnis humanæ, aut sub speciebus

Leuit. 16.

Paul.

Esaiæ. 45.

pannis in Eucharistia: si accessus antea prohibitus erat, nunc licitus est, antea dicebat Isaias cap. 45. verè tu es Deus absconditus, Deus Israel, nunc dicat angelus ad pastores. Euangelizo vobis gaudium magnum, inuenietis infantem positum in præsepio: nunc non est absconditus Deus imò maximè reuelatus, & manifestatus, iam non possunt conqueri Iudæi dicentes, Deum esse inuisibilem, & non apparere, iuxta quod dicebat Dauid psalm. 41. fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? nam Angeli eum in præsepio demonstrant pastoribus, manifestè, quem postea Baptista digito demonstrauit, dicens, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Dauid Psal. 130. de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, Isaias ca. 7. dicit, ecce virgo concipiet, hi à longè erant, illum non videbant: Abraham, Io. 8. exultauit vt videret hunc diem, vidit, & gauisus est, sed non vidit in carne propria, sed in spiritu, aut imaginaria aliqua & apparenti visione, nunc isti fæliciſſimi pastores non à longè, sed propè, non in spiritu & apparenti visione aut specie, sed in veritate carnis eum viderunt & allocuti sunt, vt credendum est, quamuis in Euangelista non habeatur. Moyses, dum pecudes sequitur, in rubo conspicit Deum, isti fæliciſſimi pastores non in rubo sub specie aliqua apparenti, sed sub veritate carnis in præsepio collocatum adorauerunt, nec Iacob nec omnes alij, qui Deum vidisse in scriptura commemorantur: ita verè sicut isti pastores omnium pastorem, qui animam posuit pro ouibus, viderunt, & adorauerunt, O fæliciſſimum hominum genus quantum vos semper dilexit, & quomodo semper vobis reuelari voluit Moyses insignis dux constituitur, regendique populũ accipit facultatem, pascendo gregem, & nomen, qui est, ei primò tũc reuelatur, sed quia Balbus erat, & ad Pharaonem mittitur, Aaron frater eius propheta & interpres

Isaiæ 45.

Psal. 41.

Psalm. 130

Isai. 7.

Ioannes 8.

Pastores diuersi à Deo.

sibi datur, magnus ille pastor Abraham Patriarcha à quo per Isaac, & Iacob duodecim Patriarchæ duxerunt, originem, magna adeo beneficia, & claras reuelationes accipere meruit. Dauid de post fætantes accipitur, & in Regem à Deo eligitur: Abel iustus munera de gregibus ouium obtulit, dum inflammata cœlitus visa sunt esse grata Deo, non obscurè innotuit inuido fratri minitanti fratricidium, quod opere postea compleuit; Philon libro de Ioseph in principio inquit, quòd disciplina de curandis gregibus cum ciuili conuenit, ideo qui summus est in arte pecuaria; facilè bonus rex euadet; quemadmodum futuro Imperatori necessaria sunt exercitia venatoria. Vt in rebus belli sit instructus, sic admouendis ad curam reipublicæ propriè ars pastoralis congruit, velut præludium quoddam magistratuũ, hos ergo, qui pastoris munere fungebantur, Euãgelistas & prædicatores suæ natiuitatis esse voluit, hos simplices & rectos, qui Spiritui sancto nõ resistũt, plus quã alios eligere voluit, quia liberi à mõdana conuersatione, semoti à curis terrenis, non dediti carnalibus affectibus: nec negotijs huius mũdi implicati, nec noui misterij scrutatores soliciti; sed amatores beneuoli, affectũ plus quã intellectũ diligit Deus, scientia veritatẽ ostẽdit, sed affectus Deo hominẽ iũgit, hominẽ vnũ cũ Deo facit hũc affectũ volens Christus, homines simplices indoctos in Apostolos elegit, corespondẽt posteriora prioribus. Sicut enim in natiuitate simplices pastores elegit, sic in fine ætatis suæ simplices piscatores vocauit, quos principes constituit, & sui Euangelij promulgatores fecit. de malo pœnitet Deus ipso dicente, pœnitet me feciſſe hominem, bonũ vero quod operatus est confirmat Deus, ideo sicut à principio pastores pauperes vocauit, sic in fine piscatores pauperes elegit, diuites diuitiarum sarcina onerati vix Deum sequi possunt, cura diuitias acquirendi distracti spiritualibus bonis non intendunt, gaudio possidendi contenti,

Philon.

Prin. Apostolis.

nihil aliud quęrunt nisi conseruare quod possident, hac cura grauati & onerati ascendere non possunt ad montem domini, ad domum Dei Iacob, cum diuinitus placatus esset Esau ab ira quam in fratrem suum Iacob habebat, & dixisset ei, gradiamur simul, eroque socius itineris tui, dixit ei Iacob nostri domine mi, quòd paruulos habeam teneros, oues & boues fœtas mecũ, quas si plus in ambulando fecero laborare morientur vna die cuncti greges, precedat dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, ostendit locus diuitem diuitijs oneratum non posse sequi Christum, aut saltem, lento gradu posse ire post ipsum: similiter vxorati, quia sequuntur Christum secundum quod vident paruulos suos posse, idest. Dei dilectionem cum dilectione charorum contemperant, hi non possunt esse discipuli Euangelicæ perfectionis, alia gradiuntur via, qua tardius & paulatim peruenitur ad cœlũ, via euangelica breuior est, sed excellior & sublimior, ideo pauperes vocat, qui liberi ab omni sarcina temporalium bonorum sequi eum possunt, *quod erit omni populo.* Vnus populus antea erudiebatur ad fidem regię dignitatis, testante propheta, qui Psa. dixit notus in Iudea Deus in Israel magnum nomen eius, *en Iudea tenia fu linde, y termino el diuino conoscimento*, vltra non erat cognitus Deus pro capacitate vnius templi: & organo vocis prophetarum populus ille sufficiebat: sed cum Verbum patris per quod facta sunt omnia, carnem induit, & magister noster esse voluit, non fuit sufficiens vnum templum, quia illud idem verbum quod carnem sumpsit Deus erat, dicente Euãgelista in capite sui euangelij Deus erat verbum, sed Deus cœlum & terram implet, ergo in omnem terram debuit exire sonus & vocale verbũ illius mentalis Verbi, quod erat apud patrẽ. Iudæorum Deus tantum nõne & gentium inquit Paul. id est, si Deus non est solùm Deus Iudæorum, sed etiam gentium, consequens inde

Genesis 33.

Procem. Apostol.

Rom. 1.

est, quòd non solùm debuit vocare Iudæos, sed etiam gentes; *Iudea pueblo pequegno, para tan gran segnor casa estrecha*, nunc inquit angelus, annuntio vobis gaudium magnum, quod erit vniuerso populo: non erit iam distinctio Iudæi, & Græci, sed erit gaudium Iudæo & Græco, barbaro, & Scythę, populo præsenti & futuro, prę-senti qui nũc est; futuro cui reuelabitur media Apostolorum prædicatione: gaudium erit etiã populo prę-terito qui antea fuit & in sinu Abrahæ continetur, gaudium erit cætui cælestiũ spirituum, qui carnem Christi
Luc.1. intuitiuè, videre desiderabant: nunc ego euangelizo & annuntio vobis, sed annuntiandum est cunctis gẽtibus, quia omnibus & pro omnibus nascitur; & omnibus gaudiũ erit de, Ioanne dictũ est; multi in natiuitate eius gaudebunt, de hoc puero vniuersaliter dictum est, gau-
Matth.28. diũ erit vniuerso populo, *a todos cabra parte*, ideo Matth. 28. Christus ad discipulos dixit: docete omnes gentes. quemadmodum enim in diluuij tempore in illa arca ex omnibus animalibus fuerũt: ita quoque ex omnibus nationibus erunt homines, qui salutem consequentur,
Ad Rom.8 in quo clamamus Abba pater; ad Rom. 8. vbi notãdum quod simul in vnum posuit particulam Hebræã, & Latinam significans, quòd Hebræus & Latini & denique omnis natio gentium per Christum saluanda erat. Cum
Genesis 21. peperisset Sarra Gen. 21. filium suũ Isaac dixit, risum mihi quidem fecit Deus, & quicunq; audierit corridebit mihi, ideſt, veniet congratulando mihi de puero nato sic nos dilectissimi congratulemur, huic tantæ Virgini & puerperæ cui dominus hodie risum fecit, & totũ cor gaudio perfudit, quod ex Saluatore Ioan. 16. colligitur vbi consolatus discipulos dixit, *Mulier cum parit tristitiam habet, cum autem peperit Puerum, iam non meminit præssuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum*, si mulieri sustinenti magnum dolorem, magnum superuenit gaudium videns filium fœliciter in lucem editum, quantò maius gaudium credendum est, Virginem habuisse in natali illius filij quem sine do-

lote concepit & peperit, quem si videbat hominem, agnoscebat Deum, congratulando ei vniuersa Ecclesia canit dicens. *Gaude Maria virgo cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo*; ideſt Maria tu peperisti verum Deum & verum hominem, quem genuisti in viscеribus tuis: cum verè & propriè Dei & hominis existas mater, omnes errores, qui contra hoc fuerunt interemisti, quia veritas omni errori contrario opponitur: cum Iudith Holofernis caput abscidisset, & voti compos euasisset, & omnes aduersarios fugasset, omnes qui videbant eam, vna voce dicebant. Tu gloria Hierusalem, ibi & confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaueris; quæ omnia quam aptè virgini cõueniant luce clarius apparet, postquã Gedeon reportauit victoriã de inimicis Israel dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon. *Dominare nostri tu & filius filij tui quia liberasti nos de manu Madiam.* Scimus dicere sacratissimæ Virgini, Domínare nostri tu & filius tuus, quę liberasti nos de potestate diaboli. Leo Papa inquit, Saluator hodie natus est, gaudeamus dilectissimi, nec enim fas est locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam, gaudeat peccator quia inuitatur ad veniam, animetur gentilis quia vocatur ad vitam, congruit autoritas ista, cum verbo angeli. *Euãgelizo vobis gaudium quod erit vniuerso populo*: nam idemest ac si diceret. Omnibus in quocunque sint statu hodie est materia gaudij, nam peccatori potest gratiam donare, habenti, potest illam augere, Gentilem, non habentem fidem, potest illuminare: ideo ser. 2. inquit. exultemus in domino dilectissimi & spirituali iucunditate lętemur, quia illuxit nobis Dies redemptionis nouæ, repatationis antiquæ, fælicitatis eternæ: merito (inquit August. ser. Natiuitatis) hodie locuti sunt cœli, gratulati sunt Angeli, Pastores iucunditati, Magi inuitati, Reges turbati, Martyres (innocẽtes) coronati, dęmones effugati dicamus cum gaudio sanctę virgini: lacta Mater

Iudith. 15.

Leo Papa ser. 1. natiu.

Aug. 15. de tempore tom. 10.

Christum & Dominum nostrum, & cibum lacta Panem de cælo venientem & in presepio positum, velut piorum cibaria iumentorum. Illi celestes spiritus, sicut primò creati & natura superiores: sic primò gaudentes dicunt. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus,* introducit Deus primogenitum suum in orbem terrarum nos celestes spiritus canere debemus *vno tapillas de angeles en la venida del principe del mundo,* non erat homo de terra terrenus, sed de cælo cælestis: de cælo debuit esse
Simile. causatus, *ellos primero le hazen salua con versettes y motetes:* millia millium seruiebant illi, decies centena milliũ assistebant illi, vnus primo dixit (vt ordo & principatus seruaretur quia inconfuso ordine nihil est pulchrum & bonũ) (Euãgelizo,) sed cum isto statim facta est militia cęlestis exercitus (*Esquadrones de Angeles esperabã segna de su capitan para dar vaya al demonio*, nam lætitia iuniorũ Demonũ est improperiũ: primus ille Angelus quem alij expectauerunt quid dixit? vtique *Euangelizo vobis gaudium magnum. No queremos auerlo a solas parte os doy del nueuo gozo*, sine inuidia communico, tantum gaudium
1. Reg. abscondo. cum Dauid percussisset Philisteum & virgines Israelitici populi per choreas diuisæ canerent. *Saul percussit mille, Dauid decem millia,* inuidia vrebatur Saul, & odio prosequebatur Dauid, angeli non inuidi, eo quòd præcipuè nobis est natus, nobis est datus: gaudiũ magnum Pastoribus annuntiant, qui statim non sine lętitia & gaudio festinantes venerunt videre verbũ quod factum erat ad illos: isti etiam sine inuidia se pariter ad veniendum incitauerunt, *de los generosos pensamientos de*
Psalm. 95. *la virgen*, & de gaudio quod in Natali filij sui habuit, mentionem non facit Euangelista, quia hoc lingua explicari non potest, ad impletum est illud Psal. 95. lætentur cæli & exultet terra, id est, cęlestes Spiritus habitantes Cælum & homines habitantes Terram collætentur simul, quia materia communis est gaudij: nam Christus generis humani est redemptor & angelorum ruinæ reparator;

parator: ideo ex charitate gaudent super vno peccatore penitentiam agente: omnes ergo simul cõdelectari debuerunt: Cum Angeli de cælo hymnum laudis & gloriæ intonant, infans, natus gemitum & ploratum exprimit *indicio que cielo y tierra se iunto.* Deus & homo conuenerunt in vnum. Mors & vita, gaudium & tristitia, habitator cæli & terræ, vt in terra haberemus Pontificem tentatum per omnia, qui posset infirmitatibus cõpati & in cælo premiare, & gloriam pro gemitu commutare, hæc lętitia & pax fuit effectus incarnationis, sicut prædixerat Oseas dicens [& canet, ibi, iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti, idest, quemadmodum cum Israel ascendens terram promissionis, veniens de Ægypto post transitum Maris rubri cecinit Exo. 15. dicens Cãtemus Domino gloriosè, sic Ecclesia, tempore incarnationis erit læta & intenta Diuinis laudibus videns conuersionem gentium, simul cum Pastoribus venit adorare Dominum, tunc erunt dies iuuentutis suæ, nam tunc crescet & multiplicabitur. [Transeamus vsque Bethlehem] Mirabilis de cœlo vox in auribus nostris intonuit: non patres nostri sed Angeli nunciauerunt: ne tanto Nuncio obturemus aures, nè tanto beneficio simus ingrati, transeamus vsque Bethlehem iter non est difficile, quia locus propè est, omnes simul audiuimus, omnes simul adeamus, bonum & iocundum est fratres habitare in vnum: nè impediant nos oues fetosæ abundantes, in egressibus suis, nec boues crassæ cominus videamus hoc verbum, intueamur hoc grande spectaculum, quod Patres nostri conspicere, oculis videre, prope habere desiderarũt: soliciti sumus pro pascendo grege, festinamus ad succurrendum gregi, non fugimus, cum videmus lupum venientem, festinanter eamus ad videndum, quod non homo, sed Dominus virtutum mirabiliter fecit, [Et venerunt festinantes & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in Præsepio,] inuenerũt Deum ho-

Oseas. 2.

Exod. 15.

1. Reg. 3.

minem, iam non absconditum, sed reuelatum: non in excelso solio eleuatum, sed in Præsepio humili collocatum, qui sedet super Cherubim, sedet super Præsepe, ibi oraculum, ibi lumen fulgentissimum refulget: quærant inimici Iudæi vbi est Deus vester, & dicetis: inuenimus positum in Præsepio. Loquebatur antiquitus Dominus ad Samuelem, non apparens, sed occultè à longè vocē mittebat: ideo Samuel ad Heli, festinus prōpto animo properabat quia Dominum non videbat: nunc quādo apparet in carne contentus in Præsepio Pastores testes dignissimi venerunt, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in Præsepio: inuenerunt Patris Sapientiam sine voce clamantem, gemitus emitētem: non clamat in plateis: sed in Præsepio (quia non erat ei locus in diuersorio) dat gemitum suum: inuenerūt immensum, præsepio commensatum, fortissimum, inuenerunt infirmum & imbecillem, diuitem inuenerunt pauperem, adimpletum est illud Isai. [Erant oculi tui videntes præceptorem tuum,] ac si dixisset Propheta nunc non vides Dominum, sed vides Moysem, qui docet quę primò audit, docet exterius, non potest lumen causare interius, verba solùm proponit: Deus causat lumen interius & scientiam, tempus erit, aliquādo veniet, quando non solùm aliena specie labijs loquentis causata præceptorum tuorū auditu audies, sed proprijs oculis videbis. Iob pro magno ducebat dicere. [Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Saluatorem meum,] id est nunc quando viuo in carne, longè distat tempus incarnationis, in hac carne mortali certò scio me non visurum Saluatorem illum meum, quem toto mentis affectu desidero, omníque fiducia spero, sed hac re me consolor, quòd quanquam miserrimus in sterquilinio positus, non sum semper in hac miseria futurus, intuitu Saluatoris mei priuatus: nam ego moriar & descēdam in Sinū Abrahę, ipse veniet in carne mortali, & cum postea induerit immortalitatem, ego simul

Isai. 30.

Iob. 19.

eum ipso resurgam circundatus iterum hac pelle mea, fruens immortalitate: tunc videbo eum & dignissimus testis suæ Resurrectionis existam: ex nunc sum Propheta & prope Euangelista clara voce de Resurrectione loquens, nunc dilectissimi in carne mortali, mortales, Deũ & hominem passibilem & impassibilem, mortalem & immortalem viderũt pròprijs oculis. [Dic Ciuitatibus Iudæ, ecce Deus vester, Ecce Dominus in fortitudine veniet, sicut Pastor gregem suum pascet,] clamẽt Prædicatores, dicant populo. Ecce Deus vester. Ecce qui natus est vobis hodie. O fratres Pastores imitate, glorificate Deum, portate in corpore vestro eius nuditatem, portate in corde vestro eius humilitatem, ad exemplum ipsius humiliate animas vestras, dicite cum Dauid, [Meditatus sum nocte cum corde meo, exercebar & scopebam spiritum meum, *limpiaualo de los pensamientos de soberuia, y de los horruras del mundo.*] in hac meditatione exardescet ignis diuini amoris & conuertemur in cineres considerantes quod sumus puluis & cinis: nihil triste contristabit nos, sed cum Pastoribus hilares & læti desiderabimus videre eum clarissimo lumine gloriæ quam mihi & vobis. *Isa. 40.* *Psalm. 38.*

IN EODEM FESTO,

SERMO XIIII.

Eiecitque Adam, & collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubim, & flameum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ, Genes. 3.

Dixit illis Angelus: nolite timere: ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum. Lucæ 2.

IRATVS Dominus, in hominem quem formauerat, propter crimen quod in eum commisserat: non solùm dona spiritualia illi concessa ab eo

abstulit, qui velut spoliatus manſit, ſed ipſum locũ Paradiſi quem ad delectabiliter congruéque viuendum conceſſerat, denegauit: indéque hominem eiecit, id eſt maximè elongauit & longè proiecit: magnã enim amotionem & ſeparationem hoc verbum ſignificauit: illũ autẽ quem per ſeipſum, nõ per Angelũ, formauerat, nõ per ſeipſum, ſed per Angelum deterret, ideo Cherubim & flameum gladium ante Paradiſum conſtituit, ad cuſtodiendam viam ligni vitę. Gladius flameus, aut Torrida zona eſt: ſi Paradiſus eſt ſub æquinoctiali, aut aliquis ignis materialis à Deo ſibi factus, procedens à terra, vt in monte Ethnæ inuenitur: qui ſignificatur nomine gladij, quia ignis aſcendẽs ſurſum, ad modum gladij acuitur. Super quæ verba Gre. 12. moral. c. 17. inquit Quoniam homo, qui per ſe cecidit, per ſe ad Paradiſi
Gre. requiem redire non potuit, niſi veniret ille, qui ſuæ incarnationis myſterio, eiuſdem nobis paradiſi iter aperiret. Vnde & poſt culpam primi hominis, ad paradiſi aditum Romphea flammea poſita eſſe memoratur, quę & verſatilis dicitur: pro eo quòd quandoque veniret tempus, vt etiam remoueri potuiſſet: quando ergo ve-
Iſaiæ. 9. nit plenitudo temporis, quod ſaluti hominum Deus pręſtituerat, quia minora denegauerat melioradedit: nã ſi hominem Paradiſo terreſtri eiecit: vt donaret cœleſtem, dedit nobis filium ſuum magni conſilij Angelũ, paruulus, inquit Iſaias, natus eſt nobis, filius datus eſt nobis & vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius Deus fortis Pater futuri ſęculi, Princeps pacis, vbi in vulgata dicitur, [admirabilis conſiliarius,] 70. habent [magni conſilij Angelus,] quam lectionem communiter ſequuntur omnes ſancti antiqui. Primò dixit, [Paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis] ac ſi dixiſſet Puer iſte natus, filius eſt patris, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur; ad denotandum hoc, per Antonomaſiam dictum eſt: filius, datus eſt nobis, ideſt

vnicus filius æterni Patris, nunc homo factus paruulus & infans in ætate forma & figura aliorum infantium, natus est: ad denotandum autem quòd in duabus naturis vnica tantùm erat persona, adiecit, [vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, vel vt dicunt 70. magni consilij angelus,] ideſt vnicum non duplex nomen erit ei quem dixi paruulum filium. prænotauit hoc Concilium Hispalense act. 13. dictus est autem magni consilij Angelus, quia missus à patre ad annuntiandum clarè & distinctè, Mysterium Trinitatis, docet Chryso. hom. 80. in Ioanne explicans illa verba. [Pater manifestaui nomen tuum hominibus,] vbi inquit magni consilij angelus dicitur filius Dei, aliorum quæ docuit gratia, & principaliter quod Patrem hominibus annũtiauit, Augustinus tract. 26. in Ioannem idem docens, inquit, Christum dictum esse Angelum propter Euangelium quod nuntiauit mundo. Theodoretus inquit. Angelus magni consilij dictus est Christus, eo quòd æterni Patris consilium nobis nuntiauit, iuxta illud Saluatoris Ioan. Omnia quæcũque audiui à patre nota feci vobis, certè ipse solus nullus alius dicere potuit. Ego & pater vnũ sumus. ipse ergo & nullus alius mitti debuit ad hoc nobis annuntiandum. Dionysius de cęlesti hiera. cap. 4. inquit, dictum esse Angelum, quia missus à patre ad annuntiandum nomen suum & consumendum & complendum Mysterium redemptionis. Athanas. libro 1. de beatitudine filij Dei inquit, Angelum fuisse appellatum eo quod missus vt à Patre ad peragendum magnum consilium redemptionis, & hæc magis facit ad propositum: vt verò clarissimè innotesceret non esse purum Angelum, sed esse Deum consubstantialem Patri, inquit Propheta. Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis, ac si dixisset Propheta, antiquitus cum iratus esset omnipotens, flãmeum gladium & Angelum ante paradisum posuit, vt homines à Paradiso arceret, & nullum ad Paradisum accedere permitteret: nunc

Cõc. Hisp.
Chrisost.
August.
Theodor.
Dionys.
Athanas.

missit Deus Angelum magni consilij, qui homines ad cœlestem Paradisum reuocaret, & humanum genus Deo patri reconciliaret: deterrebat ille, à Paradiso re-
Simile. pellebat, iste ad Paradisum vocat, sermone blando ad Paradisum inuitat, vagitus illi illex sunt, *voz y reclamo cõ que nos y llama*, ideo sicut auceps in medio montis, medio illice fingendo vocem alienam, Perdices ad se trahit: sic Christus in ligneo præsepio collocatus, ille Angelus, flameum gladium habens ingressum Paradisi impediebat, iste Angelus lachrymas fundebat, vt illum ignem iræ & furoris extingueret: certum est enim, quòd istę lachrymæ iram Dei temperant, indignationem in misericordiam conuertunt, tunc ostendit Deus iustitiam hominem puniendo, hic ostendit misericordiam hominem à peccato per istum Angelum magni consilij liberando. ille Angelus quem Deus ante Paradisum constituit minister fuit iustititiæ, iste Angelus sine diminutione iustitiæ, fecit Misericordiam, nam iustitia, & Pax osculatæ sunt. ille Angelus minister iustitię, non magni: sed parui consilij Angelus fuit, iste quia Princeps pacis Pater futuri seculi admirabilis consiliarius magni consilij Angelus fuit DEUS, in illo Angelo hominem puniebat, in hoc Angelo mundum sibi reconciliabat dicente Paulo. Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians; ille Angelus flammeum gladium
2. Corin. 5. habens, iram DEI ostendebat, iste Angelus in igne tribulationis, seipsum offerens hostiam mundam & immaculatam, iram Dei placabat & misericordiam impetrabat; ille Angelus seruabat Paradisum cum principium accepit peccatum, iste Angelus cuius incarnationem Gabriel annuntiauit, venit (DAN. 6.) vt finem acci-
Dan. 9. piat Peccatum & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna; verè iste Angelus est Princeps pacis, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem Diuinitatis inhabitare & per eum reconciliari omnia in ipsum (.s.
Coloss. 1. Deum Patrem) pacificans per sanguinem crucis eius,

siue quę in terris siue quę in cœlis sunt,& vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis:nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius, in ipso quippe instaurantur,quæ in cœlis sunt,cũ id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus redditur, instaurátur,quæ in terris sunt,cum ipsi homines qui prædestinati sunt ad æternam vitam, à corruptionis vetustate renouantur:sic Aug.pacificat ergo omnia,quia istum Populum facit vnum cum populo cælestium spirituum,& homines qui aliquando erant Deo inimici & ab ipso alienati, ipsi Deo coniungit & reconciliat, ideo conueniẽter Ecclesia in die Natalis Domini canit. Rex pacificus &c. Statim quod in præsepio inter fœnũ visus est,Reges gentium qui erant longe,facti sunt prope; qui erant alienati:domestici eius facti sunt; qui erãt inimici facti sunt amici:quia cessauit Dei ira & indignatio, in cuius figuram Genes. 22. legitur quod volens Abraham immolare filium suum ex iussu domini vidit inter vepres arietem, Abraham non extendit manum super puerum sed ipsum arietem obtulit in holocaustũ. Sic Pater æternus videns filium inter paleas in præsepio, *Abscondio su indignacion*, iuuat Augu. dicens,quod ille qui impediuit Abraham ne occideret filium, fuit verbum.l. Angelus in persona verbi,patet quia ille Angelus,postea Deus dictus est:iste est Angelus quem Ioãnes vidit in Apocalypsi, vbi inquit, vidi Angelum Dei fortem descendentem de cœlo amictum nube & iris in capite eius, iste Angelus est vnigenitus Dei filius,qui vt dictum est, est magni consilij Angelus, nubes est eius humanitas.Iris Hispanè, *es el arco*, qui est signum fœderis & reconciliationis:de hac nube loquitur Isai. dicens.Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem, vbi per nubem Aug. tractatu 54. in Ioannem explicans illa verba ego sum lux mundi,intelligit humanam naturã: idem sentit Euseb. lib. 1. demonstrationis Euangelicæ, cap.4. vbi inquit, dicitur leuis quia carens sarcina pec-

Auguſt. in Enchiridiõ c.62.& 63

Gen.22.

Auguſt.to. 4.q.89. ſuper Geneſ.

Apoc.10.

Iſaias 29. Auguſt.

Euſeb.

Chryſoſt. catorum, ad idem eſt Chryſoſto. hom. 2 ex varijs locis in Matth. in feſto innocentium, vbi inquit, in nube leui, ideſt, in corpore ſancto quod nullo peccato potuit

Cyril. prægrauari. Cyrillus etiam ſic inquit, nubem leuem dixit, ſacram Chriſti carnem: ſanctum tẽplum, quod ſumpſit ex Maria virgine: vidit ergo Ioannes iſtum Angelum magni conſilij, amictum nube, ideſt veſtitum carne qui habitu inuentus eſt vt homo. Iris ſignum eſt reconciliationis, annuntians futuram tranquillitatem, non tamen erat in nube, ſed in capite Angeli, quem Ioannes videbat. Angelus erat Chriſtus, vt iam ſæpè dictum eſt,

1. Cor. Chriſti autẽ caput (vt 1. Cor. 11. inquit Paul.) eſt Deus, in capite, ergo hominis Chriſti, non in nube, ideſt in humana natura, erat iris, ideſt miſericordia, pax, reconciliatio & tranquillitas, ad denotandum quod principalis cauſa propitiationis & miſerationis, eſt ipſe Deus diuinaque natura, humanitas Chriſti ſolũ eſt cauſa meritoria; lege concilium Tridentinum ſeſſ. 6. 7. Scot. in

Scot. Ioann. 1. 3. d. 9. art. 3. Iris ergo nõ eſt in nube, ſed in capite Angeli, id eſt in Deitate quæ eſt pręcipua cauſa diuinæ miſericordiæ & noſtræ reparationis, docet Io. c. 3. dicens, ſic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitũ daret, pręcipua cauſa humanę redẽptionis. & quòd Deus miſiſſet filium ſuũ in mundum bonitas ipſius Dei fuit & infinitus eius amor: videntes Angeli magni conſilij Angelum nube amictum, mundum Deo reconciliatũ

Gloria in excelſis Deo. & pacificatum hymnum canunt, dicentes, gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus, ideſt in cœlo Empyreo, *vbi ſumma eſt pax, diſſidium* nullum, vbi malũ *non appropinquat, diſcordia* non regnat, ſed Dei vultus *apparet*, facieſque eius oſtenditur, ſit Deo gloria, in ſemetipſo ſibi eſt gloria, in corde & ore beatorum etiam ſit ſibi gloria, quæ eſt clara cum laude notitia, omnes illum glorificent, laudent, & exaltent: laudẽt illi, qui melius quam homines terram inhabitantes, cognoſcũt altitudinem huius myſterij, magnitudinemque huius

beneficij: laudent eum, quia in hoc mysterio relucet sapientia Dei, qui inuenit modum conuenientissimum humanæ redemptionis, laudent eum pro potentia quæ hîc relucet, nam nihil potentiùs quàm Deum fieri hominem, pro hac potentia sit illi gloria, laudat Pau. Ephe. 3, dicèns, [ei autem qui potens est omnia facere, superabundanter, quam petimus ipsi gloria in Ecclesia,] laudent pro bonitate quæ relucet in hoc mysterio. nam semetipsum Gal. 1. dedit pro peccatis, laudent eum, pro cæteris attributis quæ in hoc mysterio relucent, vt in pręludio, præostensum est, in terra, vbi homines habitant, qui possunt inter se habere discordiam, & in quos potest Deus esse iratus, sit pax, non ficta & Babylonica, quam tyrannus desiderat, cupiens ne ei aliquis resistat, sed sit Pax bonæ voluntatis, sit pax cordis, vtinam sint paccati in seipsis, non ambientes magistratum, non desiderantes prefecturam: non sint concupiscentes malorum, nam dum in corde sunt, huiusmodi inordinata desideria, quæ militant aduersus animam, & ad se attrahũt voluntatem, non est pax bonæ voluntatis, sed est discordia appetituum, non est pax impijs dicit Dominus Deus, sit pax cum Deo iam non sit ignis flamma, non Romphea in Paradiso, non gladius vtraque parte acutus, sit iam pax & concordia, [Acquiesce igitur ei, dicebat Iob 22. & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos,] sit gloria illi, qui voluit nos sibi ipsi reconciliare, sit pax inter ipsos homines, non sit iam distinctio, Iudæi & Græci, sed vnus Deus sit dominus omnium, iam ex nunc erit vna fides, vnum baptisma, non erit præputij circumcisio distinguens Iudęum à Gẽtili, non erit idolorum seruitus, distinguens Gentile à Iudæo, [ipse est pax nostra] (inquit Paulus) [qui fecit vtraque vnum,] hæc est pax Dei quæ exuperat omnem sensum, phi. 4. *nunca el Iudio y Gentil tal pènsaron que daron pasmados,*] videntes se sub vno Ouili, sub vno Pastore, in figuram huius pacis dicitur Iosue 25. ad finem, [deditque

Ephes. *Galat.* *Isaias 87.* *Iob. 22.* *Ephes. 2.* *Phil. 4.* *Iosui. 21.*

Dominus Israeli omnem terram, quam traditurum se Patribus eorum iurauerat, dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes] de propinquo figura huius pacis, fuit pax temporalis, quæ erat in aduentu Christi, nam paccatis omnibus gentibus, exijt ædictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis (non enim
Hiere.27. solùm dictis, sed factis Spiritus sanctus, res futuras de-
2.Reg.11. monstrat) Hier. catena circundatus Israel captiuitatem prænuntiauit Ahias, 2. Reg. 11. scindens pallium suum nouũ, quo opertus erat, in duodecim partes, significauit diuisionem regni Israel à regno Iuda, sic hic per oppositum, quia omnia regna erant sub vno principe, significatum est, omnia regna congreganda esse sub vno
Bed.hom 2.Natuit. principe Christo, iuxta quod inquit Beda, tempus quãdo nascitur elegit, quia hæc nimirum, & nascendi in
Psalm. 71. mundo causa fuit, vt genus humanum ad supernę pacis dona reduceret, prædixerat Dauid, dicens: *orietur in* diebus eius iustitia, & abundantia pacis, quæ primo in Salomone, vlt. in Christo visa est, prædixerat Michæas, dicens, [Pax erit in terra nostra cum venerit] cum vidissent ergo fratres angeli pacem, quam hominibus afferebat, hymnum canunt dicentes. [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, *scamos todos vnos no aya enemistad entre nosotros*] nolite timere iam non vos deterremus,
Mich. 5. sed ad vidẽdum Deum allicimus, quod Angeli in principio, pueri Hebræorum innocentia Angelis similes, similiter decantauerunt pariter, dicentes, ô sanna saluifica, *pon nos en paz*, qui cuncta pacificas: custodiebant Angeli Paradisum, sed dolebat honorem custodiæ; quia non ex ira & furore, sed ex obedientia custodiebant, videntes hominum mediatorem, ac recõciliatorem summa cum gratulatione decantant gloria in excelsis, (*nuestro bien reputan proprio gran charidad*) gloria in excelsis
Ad mores. Deo & in terra pax hominibus, paci nostræ Dei gloriam præmittunt, dicentes primo, gloria in excelsis Deo, postea, & in terra pax hominibus, vnicuique

quod suum est tribuentes, gloriam sibi Dominus reseruat Isa. 42. dicens, (ego Dominus hoc nomen meum, gloriam meam alteri non dabo,) pax homini necessaria est, hanc homines exoptant, sed displicet hominibus, inquit Bern. Angelica partitio, qui contemnentes pacem, humanam gloriam sibi quærunt, ô stulti filij Adæ, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam, quærebat sic Absalon, & plures alij qui amisserunt vitam, & gloriam non sunt assequuti, imple Domine facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, *auergon candolos te buscaran.*

Ille Angelus gladium contra homines habebat, iste Angelus magni consilij, qui Deo homines reconciliat, potentiam contra inimicos exercet, in digito Dei, *Luc. 11.* Lucæ 11. eijciebat Dæmonia è corporibus hominum, omni forti armato fortior existens, vbi inquit Chry- *Chrysost.* sosto. fortem vocat Diabolum, non quia naturaliter huiusmodi sit, sed innuens antiquam eius tyrannidem, quam pusillanimitas nostra causauit. Cyrillus quoque *Cyrill.* sic inquit. Quando Dei summi verbum totius fortitudinis dator, & Dominus virtutum factus est homo, inuasit Dæmonem, & arma eius puta peccata abstulit, ad quid existimatis fratres, quod Deus venit in mundum? vtique (vt inquit Ioannes) vt dissolueret opera Diaboli: benè ergo authoritate induta, dixit *Ioan.* Isaias, quod est Deus fortis, nam principatus diaboli deuastatio, opus est, & effectus incarnationis: in figura huius legitur Iosue quinto, quod apparuit quidam *Iosue 5.* Angelus in figura hominis, cui homini vel Angelo, dixit Iosue, noster es an aduersariorum, qui respondit, ne quaquam sum princeps exercitus Domini, super quæ verba, inquit Augustinus, cuius est homo iste, ipse est, *Aug.* cuius contra inimicas gentes prænuntiabatur, desiderabatur, & expectabatur aduentus, quis est princeps exercitus Domini, nónne ipse, qui in Euangelio in-

terrogatus, quis esset, respondit. Ioan. 8. Principium qui & loquor vobis: interrogemus fratres huic Angelo magni consilij, *nigno tierno*, noster es an aliorum? respondebit, quod ipse est princeps pacis, pater futuri sæculi, ipse est prælaturus prælia Israël, non armis carnalibus, sed spiritualibus, quia est nobis colluctatio aduersus principes tenebrarum harum, non aduersus carnem & sanguinem, quales inimici, talia debent esse arma, ille Angelus, clausum habebat Paradisum, iste aperit Paradisum, feruore sanguinis sui, clauem Paradisi temperans, ideo ante mortem, cum clauis non esset temperatus: non aperiebatur, sed statim quod clauis, temperamentum accepit, latroni dixit, hodie mecum eris in Paradiso, verè est pater futuri sæculi, vbi symmachus & Theodocion legunt. Pater æternitatis, id est, principium illius vitæ futuræ, quæ in perpetuum est duratura: conuenit cum illo Lucæ. Regnabit in domo Iacob in æternum. in figuram huius ingressus est Enoch terrestrem Paradisum, vbi significatum est, quod ad tempus, non in perpetuum, priuandi erant homines ingressu Paradisi. O quanta est misericordia Dei nostri, fratres, benè Dauid dixit, [cum iratus fuerit misericordię recordaberis,] & psal. 76. dicebat, [aut continebit in ira sua misericordias suas,] id est, nullo modo, ira misericordiam superabit, impium est cogitare, quod ira suspendat misericordiam, adeo est fixum Dei memorię, misericordiam facere, quod non potest in illum cadere obliuio misericordiæ, licèt aliquando videatur dormire & obliuiſci, quia misereri à natura sibi conuenit, *con vna mano castiga con otra alaga vna cerrada para pugnada otra abierta para abraco*, Ioseph iram simulans, dicebat fratribus, nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam, si ista erat facies iræ, postea ostédit faciem Misericordiæ, & eleuauit vocem cum fletu, quam audierũt Ægyptij, omnísque domus Pharaonis, & dixit fratribus. Ego sum Ioseph, cùm Deus Angelum

Ex Hyero. ad Dardanum.

Luc. 1.

Psal.

ante Paradisum posuit, vultum iræ ostendebat, nunc cum in præsepio continetur, & fundit lachrymas, & emittit gemitus, & destinat nuntios, qui adducant Pastores faciem ostendit Misericordiæ, iratus Dominus Paulo mirabiliter apparuit, sed non continens in ira sua Misericordias suas, cor Pauli emolitus est, iratus Dominus in Paradisum descendit, Adam alloquens & dicēs, vbi es, non continens in ira sua misericordias suas: tunicas pelliceas concessit, in diluuio generali, ira aquas adduxit, sed Misericordia arcam salutis præstitit. Isaiæ. 57. non in perpetuum litigabo, nec in perpetuum irascar, *nolleua mi condicion estar siemper enoiado soy bien condicionado*, iracundus vix aliquem amicum sibi conciliat, ipsemet Ionathas Saulis filius, non diligebat Saulem, quia odio prosequebatur Dauidem, & iracundus erat in eum, volens Dominus diligi, *hecha vando*, non in perpetuum irascar, & non solùm post iram ostendam misericordiam, sed in ipsa ira non continebo misericordiam, *quando mas enojado hare mercedes*, gladium posuit ante Paradisum: sed versatilem, quia vertendus erat in vaginam, & Deus flectendus erat misericordia, docet Nyssen. apud S. Tho. lect. 23. docet Greg. citatus in principio concionis, idem Strabus citatus ab Aloisio super Gene. ante illos Philon, misericordia Deum vicit, charitas adduxit, & Dominum, seruum fecit, & quem cæli continere non possunt, vterus virginis contentum habuit, hæc est quæ Paradisum aperuit: aperite ergo portas, ingrediatur gens sancta Isai. 26. *entre de golpe es a gentilidad vengan reyes y principes*: hodie fratres redit in innocentiam iniquitas, & in nouitatem vetustas, in adoptionem veniunt alieni, & in hæreditatem ingrediuntur extranei, de impijs iusti, de auaris benigni, de incontinentibus casti, de terrenis incipiunt esse cælestes, quæ autem est ista mutatio, nisi dexteræ excelsi? zelus Domini exercituum fecit hoc: *el diuino amor hizo todo esto cansancio es buscar otra razon*, eiusdem Domini mi-

Isai. 57. *Simile.* *S. Thom* *Gregor.* *Isai.* *Leo ser.* *nat.*

sericordia concedat nobis hîc gratiam postea gloriam. Amen.

SERMONES SVPER IN PRINCIPIO ERAT VERBVM.

CONCIO I.

Consequentia tractatus.

Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, *Genes. 6.*

Verbum caro factum est, Ioan. 1.

In hac concione commendatur admirabili vnio & Io. sublimit.

IRatus Dominus in humanum genus, quia videntes filij Dei, filias hominum acceperunt eas sibi in vxores, id est, filij Seth, filias Cain contra præceptum Domini in vxores acceperunt, sequentes vt credi potest earum vitia, *acaboſe de perder lo poco bueno que auia*, hoc hæc verba significant omnis quippe caro corruperat viam suam, *non permanebit spiritus meus in homine quia caro est*, id est, irascar contra hominem: & totum mundum generaliter corripiam & flagellabo, sed spiritus meus, & indignatio mea non permanebit in homine, id est, contra hominem in æternum, sicut mansit contra Angelum, sed irascar & puniam ad tempus, postea misericordiæ recordabor; quia caro est, id est, ex fragilitate carnis, relictis quæ sunt spiritus, est carni deditus, quia fragilis est, in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hîc illis restituam, quod merentur, *porque son vnos cuytados los castigare con misericordia particular.* Nunc videns filius Dei filiam hominis, ad redimendum hominem, in matrem eam sibi elegit cum ab

Hieronym. 5. Heb.

æterno esset verbum, in tempore, hoc verbum caro factum est, Rex videns ciuitatem à se conditam negligentia inhabitantium oppugnatam, non illam spernit, sed opus proprium vlcisci, ac seruare pergit; quæ vtilitas, quæ gloria, authori Deo proueniret, si conditi ab eo homines, ipsum non adorarent, & amarent: inueniretur enim Deus, non sibi, sed alijs creasse: at minimè oportuit perire, quæ ad Dei imaginem fuerant condita: hoc autem quo pacto fieri potuit, nisi imago ipsa Dei, saluator noster Iesus Christus adueniret? hunc aduentum manifestat Euangelista, dicens. *Chryſoſt. Simile.*

In Principio erat verbum, ibi verbum caro factum est: Matthæus (inquit Hieronymus) à carnalibus, vt cœpit per hominem Deum discere incipiamus, noster Euangelista ad cœlum, & super cœlum volans, ad Authorem cœli perueniens, inquit, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, id est in patre, qui est principium, sine principio; erat verbum, id est, secunda persona Trinitatis, quam pater per intellectum produxit: sic Origenes, homilia vltima, super hoc Euangelium, qui inquit. Sanctus itaque Theologus in Deum transmutatus, Domini verbum subsistere in Deo principio dicit, hoc est Deum filium in Deo patre: & iterum, in patre subsistit filius, explicans eodem modo Cyrillus, inquit, videtur igitur principij nomine Beatus Euangelista, patrem significare: in hoc igitur, quod omnium principium est, verbum erat, eandem explicationem sequitur Augustinus & Haymo, qui etiam aliam explicationem sequitur, de qua sermone sexto, est igitur planus sensus, quod æternus pater, per intellectum videdo essentiam suam, produxit filium, sibi consubstantialem, qui quia est penitus eiusdem substantiæ cum patre dicitur eius filius; quia est eiusdem naturæ numero, dicitur, quod vnus est in alio: nempe filius in patre & pater in filio, iste enim modus essendi vnius personæ in alia est reciprocus ratione summæ identitatis essentiæ, vt *Orig. Cyrill. Aug.*

ostendatur immaterialiter genitus, sine motu, sine mutatione, sine membris, dicitur conuenientissimè. Verbum, cæteri intellectu prædíti ex infirmitate sua non possunt producere verbum, & imaginem sibi consubstantialem, æternus pater ex infinitate suæ essentiæ, quam cognouit, cum produxit verbum, potuit illud producere eiusdem naturæ, distinctum in persona: ad denotandum vnitatem essentiæ, dixit. In principio erat verbum, ad denotandum distinctionem personæ quæ inter se realiter distinguuntur. dixit. Et verbum erat apud Deum; nam nemo dicitur esse apud se, sed apud alium distinctum à se, notat Cyril. & Chrysost. & est communis doctrina, reuincitur error Sabellij, quem sequuntur omnes pagani, dicentis, in diuinis vnam tantum esse personam, vt clarius manifestaret vnitatem essentiæ dixit: Deus erat verbum, Moyses Exodi, 7. dicitur Deus, non absolutè sed Deus Pharaonis, vt ex determinatione apposita cognosceretur non esse Deũ per naturam: sed denominatione & nuncupatione quadam, verbum autem absolutè dicitur Deus, quia verè per naturam est Deus, sibi reseruet concionator, vbi fuerit auditus, non alibi effundat hunc sermonem.

Cyrillus. *Chrysost.* *Error Sabellij.* *Exo. 7.*

Exord. Beda.

Venerabilis Beda admiratus sublimitatem eloquij Ioann. inquit merito in figura quatuor animaliũ Aquilæ volanti comparatur: cunctis quippe auibus Aquila celsius volare, cunctis animantibus clarius solis radijs infigere consueuerit, obtutus, cæteri Euangelistæ, quasi in terra ambulant cum Domino, qui temporalem eius generationem pariter & temporalia facta sufficiẽter exponentes, pauca de Diuinitate dixerunt: hic autem quasi ad cœlum volat cum domino, qui per pauca de temporalibus eius actis edisserens, æternam eius Diuinitatem, potentiam, sublimius mente volando, & limpidius speculando, cognouit: alij Euangelistæ Christum ex tempore natum describunt, Ioannes eundem

dem in Principio fuisse testatur, dicens. In principio erat verbum; *con su alto buelo puso su pico en la eterna generacion del hijo*, Moyses missus ad Pharaonem dixit. Balbus sum: Hierem. cum officium Prædicatoris & concionatoris ei subiungitur, inquit A. a. a. Domine puer, ego sum & nescio loqui, *comenzo á gaznear sin poder hablar.* Paulus raptus in tertium cælum: nescit, an in corpore, vel extra corpus fuerit, scit vero, se vidisse arcana, quæ non licet loqui, id est plura verba, quæ non licet reuelare, noster Euangelista: non est Balbus sicut Moyses, nec *Augusti.* nesciens loqui sicut Hieremias, ne prohibitus est reuelare, quæ de Dominici pectoris fonte potauit: ideò expeditus lingua sciens loqui, intonat dicens, in principio erat verbum, id est licitum mihi est enarrare & manifestare vnicum æternum illud verbum, quod ab æterno erat cum Patre, Prophetæ à longè futurum annuntiabant, Baptista è propinquo dixit: Eccè agnus Dei, eccè qui tollit peccata mundi: noster Euangelista (inquit Aug. transcendit omnia cacumina terrarum, trãscendit *Augusti.* omnes campos aëris, transcendit omnes altitudines syderum, transcendit omnes choros & legiones Angelorum, & perueniens ad eum, per quem facta sunt omnia, inquit, in principio erat verbum, nihil est humanum, totum diuinum est, & super cœleste, Petrus confutans errores, perueniens ad veram sincerámq; veritatẽ quam non caro & sanguis illi reuelauit, dixit: tu es Christus fi- *Matth. 16.* lius Dei viui, noster Euangelista eamdem veritatem magis theologicè docẽs, inquit, in principio erat verbum, id est, in Deo patre erat eius filius, qui verbum dicitur, erat in Deo patre verbum, quod est quędam Dei forma non formata, sed forma omnium formarum, incommutabilis sine lapsu: sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia: existens in omnibus, fundamentum quoddam, in quo sunt omnia: fastigium, sub quo sunt omnia: est verbũ, quod labium nullius aperuit cæptum, clausitve finitum verbum: quod initium non ha-

bet ex ore loquentium & aperuit ora mutorum, verbum quod linguis disertis gentium non fit, & linguas
August. infantium disertas facit, hæc Aug. factum est Verbum Domini ad Hieremiam, ad Zachariam, ad Ioannem, sed illud verbum erat verbum verbi, verbum factum per istud verbum: istud verbum, non est verbum verbi, sed verbum, per quod factum est omne aliud verbum, per hoc factum est cœlum, quod magnitudine, est magnum verbum enarrans gloriam Dei, factum etiam est verbum ad Prophetas, ad pastores, nunc sine aliquo addito dictum est, in principio erat verbum, sic apud
Isa. 9. Isaiam dictum est, paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, id est ille filius vnicus æterni patris, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: ideo solitarie dictum est, filius datus est nobis, quia vnicus filius est, & semel locutus est Deus ille vnicus Dei filius, nobis datus est paruulus natus in natura assumpta, hoc est quod inquit Euangelista. Verbum caro factum est, id est homo factum est: totum enim à parte in
Genes. Leuit. Ezech. Gene. Psalm. Isa. scriptura nominatur: sic illud Genes. 46. descendit Iacob in Ægyptum in animabus, 70. Leui. 4. anima quæ peccauerit per ignorãtiam, id est, homo qui peccauerit, Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipsa morietur, similiter nomine carnis totus homo significatur, Gene. 6. omnis quippe caro corruperat viam suam. Psal. 64. ad te omnis caro veniet, id est omnis homo. Isa. 66. veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, id est omnis homo qui ratione animæ potest Deum superiorem recognoscere, in quo principaliter adoratio consistit: hoc ergo verbum est quod superat & obscurat omne aliud verbum.
Aug. ser. 7. Nat. O mira & inexquisita compágo, ô noua & inaudita commixtio, ô mira & ineffabilis vnio, Deus qui est, & qui erat ab æterno sine tempore fit homo in plenitudine temporis, qui immensus est capitur, pauper effectus, diuites nos facit, incorporeus sermo (filius Dei dicitur verbum & sermo) carne crassescit, videtur inuisibilis,

palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, quem cœlum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur, numeratur in sæculo, qui est ante sæcula, habet diem qui est ante omnem diem Christus Iesus, heri, hodie, ipse & in sæcula Hebr. 23. heri dixit, propter mortalitatem, hodie propter æternitatem, ideſt, æternus, factus est temporalis, immortalis mortalis, quem qui videt, patrem videt, Beati qui hominem viderunt, & Deum crediderunt. Beati qui credunt hominem Deum non videndo hominē nec Deum, hoc fratres credamus, hoc oculis mentis contemplemur, hoc cordis affectu diligamus, in hac sacra die, iucundè, tanto colono in terra nostra lætemur. O dies dierum omnium nouitas, in quo verbum caro factum est, ô mysterium qnod angeli mirantur, & intuitiuè desiderāt prospicere: Deum esse vel per se notum est, vel ratione naturali probatur: aliquem esse hominem proprijs oculis videmus. Deum hominem esse: humanum superat intellectum, hoc quidem nouum est, hoc Cœlum & terra stupet, Angeli mirantur, Abacuc illud considerans expauit. Maria cum audit turbatur, ideſt, pauens ac tremēs admiratione suspēditur, Puer paruulus, characteres singularum literarū facilè percipit, ac imagines cognoscit, cum difficultate in vnam dictionem coniungit: sic credere Christum esse hominem supernaturale non est, quia nihil excedēs naturam continet, omnes Christum vidētes naturaliter, & sine difficultate cognoscebāt: credere hominē illum Deum esse, & duas naturas in vnam simul conuenisse personam, omninò mirabile est supra naturā est, hîc Ebion, Nestorius, & plura hæreticorum multitudo defecit, hoc sine fide, intellectus non capit, hoc sancti, diuino lumine, quod descendit à patre luminum, illuminati, sunt assequuti: aliter nullo modo assequerētur, quia omnia acumina mentiū transcendit, cælī à terra maximè exaltantur, & simul conuenire impossibile apparet, plus exaltatur Deus ab humilitate naturæ

Heb. 23.

Simile.

Simile. nostræ ; ideo simul conueniſſe omnino mirabile eſt, quid coniungere valebis micantes ſtellas pleyades, di-
Iob.38. cebat Iob, ac ſi diceret ſeptem illæ ſtellæ, quæ ſemper inter ſe ſunt propinquæ, tamen nunquam iunguntur,
cabarillas Pleyade. nec quiſquam hominum illas coniungere valet: eccè è conuerſo natura diuina, & caro in infinitum diſtant, & tamen hæc naturæ vnitæ ſunt, hiſpanè exagerando aliquid eſſe impoſſibile, dicimus, *eſſo juntar el Cielo con la tierra*, nunc Cœlum author Cœli, cum terra & homine terreno iunctum eſt; contraria quæ ſub eodem genere
Simile. continentur, vt dulce & amarum, album, & nigrum non poſſunt ſimul vniri, & tamen diuina natura & humana, quæ differunt pluſquam genere, ſimul conueniunt, & in vna perſona diuina vniuntur (hoc enim miſterium in vnione vtriuſque naturæ conſiſtit) ô mira & inaudita vnio, aſcenſionem Chriſti, Apoſtoli mirabantur, ſurſum corda, & corporis oculos habentes, aſcendentem dominum intuebantur: nos audiētes, quod verbum caro factum eſt admirati, cum domino deſcendente deſcendimus, genua flectimus, in terram poſtramur, aſcendebat tunc, aſcendebant diſcipulorum oculi, noſtri deſcendunt, comprehendere non poſſumus, amemus illud: nam amor, viſum non viſum, altum humile, obſcurum, clarum, denique quidquid vt bonum cognitum eſt reſpicit.

Iob.10. Iob cum punitū ſe videret à Deo, qui ad modum iudicis extorquentis, per tormenta veritatem, ſe habebat dicebat: [nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu vides,] id eſt nunquid torques me, vt dolo-
Simile. re preſſus dicam. Ego peccaui: certè hoc poſſem excogitare, & in animum inducere, ſi ſcientiam haberes ſicut alij iudices, qui alieni criminis ignari, vt certò ſciant, quod penitus ignorant, torquent homines, ad extorquendam veritatem: ſed quia ſcio omnia te cognoſcere & oculis tuis omnia eſſe nuda & aperta, valdè miror, quomodo ſic durè me torqueas, vbi propheta, ac patiē-

tiæ Patriarcha, pro manifesto supponit, longè esse à Deo, carnis oculos habere, ideo idem est, ac si dixisset, nunquid in te qui es Spiritus, corpus carneum esse potest: in te qui es vita potest esse caro mortalis? qui intueris abyssos & inferiores partes terræ, oculis carneis vides sicut homo videt? nunquid dies tui sunt, sicut dies hominis, volùbiles, qui peraguntur rotatu cœli anni tui sicut humana sunt tempora, quæ cursu solis & planetarum peraguntur: certè longè est à te, quicquid carneum & infirmum est: Nunc propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, quod erat longè, factum est propè, non solum, sed in vnitate personę assumptum est, dicente Euangelista, verbum caro factum est, ô mira & inaudita compágo! ô mira & ineffabilis vnio! iam non mirabitur, nec interrogabit Iob, nunquid oculi carnei tibi sunt, quia verbum caro, oculos carnis habet, sicut homo videt, iam Deus videt, & mortalis est, sicut homo mortalis, iam vnus quisque nostrum, Deo dicere potest, quod ad Protaparentem dixit. [Ecce Adam factus est, sicut vnus ex nobis] ecce Deus noster, factus est, sicut vnus ex nobis, mortalis, passibilis, non solùm humiliatus est, vt esset sicut vnus ex nobis, sed amplius, vt esset in medio duorum animalium, prius dixit Euangelista, quod maiestatis est postea quod humilitatis, vt nostram superbiam reprimeret, & ad amorem prouocaret, magna miseria superbus homo, maior misericordia humilis Deus, inquit Aug. quia filius & Mater correlatiuè se habent, consequenter ad id quod mirabile videmus in filio, dicendum de Matre, ex qua & in qua carnem assumpsit, Mirabile quidem in Matre est, quod quemadmodum Pater dicit filio, Psalm. 2. Ego hodie genui te, id est, sine fluxu temporis æternaliter te genui, & semper te gigno. Beatissima virgo dicere potuit cum verbum caro factum est, non ab æterno, sed hodie genui te, die quoque natiuitatis dicere potuit, ego hodie peperi te, filius est Dauid, filius est Abraham, nullus

Genes. 3.

Aug. 1. de catechizandis rudibus. De temporali generatione explicat Chrysost. tom. 3. hom. de fide in Chrysost. Cyril.

Alex. de fide ad Reg. Nyss. lib. de cognitione Dei aly cõmuniter de diuina generá.

eorum dicere poterit, ego hodie genui te, hæc vera Mater filij æterni Patris, verba Patris, potest sine Rapina accipere & dicere. *Ego hodie genui te, Amedias anda con el Padre eterno*, est Dauid pater est, Abraham pater, (quorum Christus est filius secundum carnem,) sed Mariæ Maternitate, inter Christum & paternitatem, horum patrum, mediat maternitas Mariæ, ideo Euangelista cum describeret genealogiam Christi dicens, Liber generationis filij Dauid, filij Abraham, ad Mariam vsque descendit, à qua omnes alij accipiunt, quod sunt patres Christi: ô summe inter alias excellentias Mariæ quod Mater est Dei, & ab illa omnes alij habent, quod sint patres, certè sine illa, nullus eorum est pater Christi: sed Abraham genuit Isaaç, &c. Cum pulcherrima Rachel parturiret Beniamin, & ob difficultatem partus periclitari cepisset imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est: filius doloris, pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dexteræ, vel filius virtutum, Christum natum verbum caro pater appellat eum filium dexteræ, quia est dextera & brachium, per quod Pater cuncta facit & operatur, cum beatissima virgo in partu, dolorem non sit passa, applicanda est figura quantum ad hoc, quod est filius mortalis subiectus dolori & passioni, ideo ratione temporalis natiuitatis dicere ipsa potest filius doloris mei, id est, filius carnis meæ mortalis, dolori subiectæ, aut referatur ad dolorem, quem in morte filij est passa, cum primus ille, ex cuius costa matrem omnium viuentium Deus formauit, vidisset quam sibi dominus in vxorem dedit, dixit, hoc nunc os ex ossibus meis caro de carne mea, cum verbum caro factum est, dicere potuit beatissima virgo, caro est de carne mea, caro ex visceribus meis, verbum vnione ad carnem factum est homo, vnione fidei (quæ per charitatem operatur) ad carnem Christi efficiens filius Dei, huius mysterij fides necessaria est, sine virgine filius Dei, non est factus caro, sine

Genes. 35.

fide maternitatis non eris filius Dei. Qui Mariam dei- *Nazyã. ad Clidon.*
param non credit extra diuinitatem est, credamus & a-
memus inquit, Gregor. Verbum caro factum est, volẽs
itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionẽ
humilitatis Dei, (inquit Aug.) & quousque se humilia- *Aug. tom. 4. libro 83. p. q. 80.*
uerit, exprimens verbum carnem, quæ nominauit ma-
gis enim commendat humilitatem quia dictum est, ver-
bum caro factum est, quam si diceret verbum homo fa-
ctum est, ratio huius est, quia caro anima & homine vi-
lior est, Deus propter homines seipsum exinaniuit, &
humilis factus est, dicebat ante de DEO AMOS; leo rugit, *Amos. 5.*
quis non timebit: alijque prophetæ varijs modis iram
Dei manifestabant: nunc Ioannes inquit, verbum caro
factum est, & iterũ eccè Agnus Dei eccè qui tollit pec-
cata mundi, id est, eccè mollis sicut caro est factus, man- *Maxim.*
suetus sicut agnus, antea peccata puniebat in inimicos
& offensores, sequiebat, nunc mansuetus peccata tollit,
nunc maiestas in humilitatem, acerbitas in dulcedinẽ
est cõmutata. Maximus hom. 4. natiuitatis, inquit, legi-
mus (Exod. 19.) quòd Moyses populi princeps, recõdi- *Max.*
tus in Nube in vertice montis, cum Domino loqueretur: natus est Christus & tanta se dignatione concessit,
vt loqueretur omnibus, & ab omnibus videretur: tam
familiariter Ismael cum Isaac agebat, quòd simul lude-
bant [*tratauanse como yguales*] dedignata Sarra, quòd *Gen. 21.*
tanta familiaritate Ismael cum Isaac ageret, dixit ad
Abraham [eijce ancillam hanc & filium eius: non e-
nim erit hæres filius ancillæ, cum filio meo Isaac] ac
si dixisset Sarra, Ismael sic ludit, sic garrit, sic gaudet,
imò nonnunquam irridet filium meum Isaac, ac si esset
ei æqualis, si futurus esset particeps hæreditatis filij mei,
cohæres simul cum illo, Hispanè [*Sulano piensa que somos todos yguales, y que no ha de auer aqui cosa partida entre vayan fuera vno y otro,*] non enim erit hæres filius Ancillæ: cũ
filio meo [*ha se que han de entender qui en son y la diferencia que ay de sieruo a Segnor. O bonitas immensa,*

bondad de Dios, qui non solùm seruum non eijcit, sed vt illum ad hereditatem introducat, seruus humilis pro nobis est factus, vt essemus cohæredes ipsius. Hac figura maximè eluceſcit illud Paul. Rom. 8. hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ô fratres nunc hæreditatem ingrediuntur extranei, primitiæ Reges Arabiæ fuerunt, Sarra indignatione commota dixit, eijce: cum manſuetudine Christus, quem constituit pater heredem vniuersorum, mitis & manſuetus inquit, venite ad me, discite à me, quia mitis sum & humilis corde, inuitat ad filiationé, vt participemus hæreditatē, & quod omnino est mirabile, mihi vult honorem, sibi vult illusionem, audi ipsum Dominum dicentem, ecce ascēdimus hieroſolymam, filius hominis tradetur ad illudendum. Sarra eijcit Ismael nè Isaac illudatur, verus Isaac illuditur in carne assumpta, vt Ismael introducatur: ad nos venit, vt ad illum accedamus nō confunditur eos fratres vocare. Hebr. 2. dedignantur homines fratres aut consanguineos habere eos, qui crimen læsę maiestatis patrarunt: Christus nos æterni patris degeneres, non confunditur fratres vocare, *no se auenguenza ni se deſdegna tener nos per hermanos amantiſſimos.*

Rom. 8.

Pro Euangel. 5. Matthei.

vide ſer. 2. Pent. conc. 1. aut Ambroſ.

Simile.

Aqua maris salsa si per vas cerę virginis & puræ distillet dulcis ac sapida efficitur: sacratiſſima virgo, vas quoddā fuit puriſſimū, quę vt Eccleſia canit vita est ac dulcedo, porta est oriētalis, per quā ingreſſus est Deus, cum caro factus est, perillam egreſſus est in natiuitate, nam cum verbum esset primogenitus & vnigenitus, & princeps pacis, potuit egredi per eandem portam, per quam ingreſſus est: ex tunc mitis & suauis egreſſus est, idest maiores effectus manſuetudinis demonstrauit, iā quasi obsecrādo dicebat, venite ad me quia mitis sum. *llegad no yas miedo* fratres accedite ad mitem in præsepio iacentem, primus homo, in spiritu & secundùm mentem, ad Dei imaginem creatus est, gratia & iuſti-

Luc. 18. Simile.

Ezech.

tia originali donatus, spiritualis factus est, à spiritu in carnem, nè contristaret carnem de carne sua, puta Euã, vt homo à carne in spiritum iterum mutaretur: verbũ, quod spiritualiter ab æterno est productum. Nunc in tempore caro factum est, vt filios primi Adę secundùm carnem regeneraret, secundùm spiritum viuificantem, primus Adam factus est in animam viuentem, secũdus Adam in spiritum viuificantem, qui pro viuificandis filijs, in spiritu mortuis, in hunc mundum venit: venit namque pro sanandis infirmis, pro viuificandis mortuis, ideo dedit eis potestatem filios Dei fieri: caro te cęcauerat ô homo, caro te sanat, carnalis efficitur Anima (inquit Aug.) carnalibus consentiendo affectibus; verbum caro factum est, contra vitia carnis afferens medelam, venit de carne vt vitia carnis extingueret; venit de carne mortali, vt mortem occideret, hæc Aug. veniebat destruere, & delere quod Deo in hominibus erat odiosum, hoc erat quòd omnis caro corruperat viam suam: venit vnigenitus patri dilectus & caro factum est, vt caro iam Deo placeret Hieron. Isai. 4. in illa verba, [omnis caro fœnum] explicat locum Genes. [non permanebit spiritus meus in homine quia caro est,] id est, non habet spiritum sanctum, sed carni deditus est, nunc venit verbum patris à quo procedit Spiritus sanctus, & caro factum est vt homo esset deditus Spiritui sancto quem de cœlo misit & in discipulos insufflauit: ô homo (inquit Bernard.) considera quanti per te dispendium fecerit Deus, de Domino seruus, de diuite pauper, de filio Dei hominis factus est, flere non despexit memento iam te, & si de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Septem diebus condidit omnia & te, in te omnia 33. annis salutem tuam operatus est in medio terrę; ô fratres mortificate opera carnis: nam si secundùm carnem vixeritis moriemini Rom. 8. & 1. Cor. 15. caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, sequamur spiritum vt hic gratiam postea gloriam donet nobis Deus in sęcula sæculorum. Amen.

1. Cor. 15.

Aug. tra. 2. in Ioan.

Hieronym.

Bernardus

DE EODEM EVANGELIO.

SERMO XVI.

In principio erat verbum.

Psalm. 61. PROPHETA regiæ dignitatis cum profugus à facie Saülis incederet, sequaces suos ad confitendũ in domino exhortãs, posthabita omni humana fiducia dicebat, nonne subiecta erit anima mea domino? & rursus, sperate in eo omnis congregatio populi, & quia oderunt peccare boni virtutis amore, mali verò formidine penæ, concludit in fine Psal. duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua: ac si dixisset propheta, veritas est antiqua non noua. Ego quidem audiui, à maioribus accepi, patres nostri semper annuntiauerunt nobis, quia est tibi potentia ad deponendum potentes de sede, & misericordia ad exaltandum humiles: ideo cum interfit potentia ad resistendum potẽtibus, iustitia ad punienduũ impios, misericordia erga miseros, nam de stercore erigis pauperem, vanissimum est sperare in iniquitate, stultum est rapinas concupiscere, aut diuitijs cor apponere: melius est ponere in Deo spem & fiduciam, nam ipse est potens ad subleuandum, misericors ad compatiendum, iustus ad reddendum vnicuique iuxta opera sua.

Non secus procedit Euangelista dicens. In principio erat verbum, Deus erat verbum; ecce naturam verbi, quę est esse Deũ subdit, [omnia per ipsum facta sunt] Ecce potentia; verbum caro factum est, Ecce misericordia, quia respexit adhumiles. non obscurè fit mentio de iustitia dũ dicitur, quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, consequenter nõ recipientibus denegabat, quę recipientibus cõferebat; ideo

Luc. 1.

cum propter hoc mysterium laudem Domino decãtaret, quæ gratia erat plena dixit, quia fecit mihi magna qui potens est &c. *leuanta cabiz baxos y humilia euelli erguidos y empinados desentroniza[illegible]entroniz[illegible]dos* humiles verò exaltrat *dales trono y honra*, iusta de causa potentiæ & misericordię mentionem in hoc mysterio fecit, quia hęc duo attributa maximè in hoc mysterio relucent vt in pręludio c. 7. dictum est, quod facile est conspicere: nam posse eleuare hominem ad esse personale Dei, maxima est potentia: Deum verò velle descendere ad hominem maxima est misericordia: ad manifestandũ primũ, inquit Euangelista omnia per ipsum facta sunt: ad manifestandũ secũdum, inquit, Verbum caro factũ est, idest cum in illo essent omnia, & ipse fecisset omnia, & nullo indigeret, ex sola misericordia, factum est vnũ ex his quæ fecit: quod pauper facit, vt sit diues, miseria est; quod humilis facit, vt exaltetur, superbia aut ambitio est: at vero quod cum esset magnus, factus sit paruus, cũ altus esset altissimi filius, factus sit humilis, cum diues esset, factus sit egenus: non miseria sed misericordia est, in hoc quod fecit omnia: ostendit infinitatem suæ potentiæ: in hoc quod hominem sumpsit, omnipotentiam quoque ostendit, nã nisi esset omnipotens non potuisset hominem per vnionẽ Deum facere. Tota ratio facti potentia fuit facientis inquit Augustin. ad Volusianum, sed maximè ostendit misericordiam. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Omissis multis Gregorius inquit plus cognouisse de Deo Prophetas quàm Moysem Psalmo 118. quomodo dilexi legem tuam Domine, super senes intellexi. Apostolos plus quàm Prophetas, multi Reges voluerunt videre, quæ vos videtis Luc. 10. loco Iehoua, quod erat nomen ineffabile, includens nomina trium personarum, vtebantur Adonai: hoc nomen triũ personarum, puta. Patris, filij, & Spiritus sancti non

Simile. Aug. to. 2. epist. 3.

Exod. 6. Gre. hom. 16. sup. Ezech. Luc. 10.

indicauerat secundùm Græcum, hoc nunc ostendit in omnipotentia, & in misericordia, nam verbũ per quod facta sunt omnia, ex misericordia ad miseros, caro factum est. Maior mundus nec isti æqualis, in hoc mundo fieri non posset (quia contentum minus est continente, absolutè verò posset) si minorem faceret infra istũ; similiter hoc quoque parũ putaretur: quia ergo nõ oportebat nouum facere mundum, noua fecit in mundo: homo enim de Virgine procreatus, & à mortuis in æternã vitam resuscitatus, & super alios exaltatus potentius fortasse opus est quã mundus; ac si dixisset Aug. In principio, antequam quicquam aliud faceret Deus, cuius natura bonitas, cuius velle potentia est: In principio temporis fecit mundi fabricam, cœli magnitudinẽ, ministra mundi luminaria: micantes stellas, nitidũ suum mittentes splendorem, sed totum hoc & quicquid humana ratio excogitare potest, infra hoc mysterium est, quod nos fateri debemus, nullo modo inuestigare posse; hic potentia, quæ in mundi creatione summáque simul misericordia relucet; vtrúmque optimè complexus est Paulus dicens. Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, idest sacramentũ Incarnationis magnum est non paruum, totum pietatis & amoris, in eo quidem potentia; & misericordia maximè relucet: nolite potentiã à misericordia separare, quia in illo vtrumque simul inuenitur, cõgruit locus Ecclesiastici vbi imploratur primò misericordia: misere nostri Deus omnium, & respice nos. Innoua signa & immuta mirabilia: ad literam oratio est scriptoris libri, qui orat pro populo captiuo, Ptolomeo rege Ægypti, nũc adimpletum est & exaudita est oratio, pro populo captiuo sub Dæmone: nunc quidẽ ostendit Deus misericordiam: nunc innouauit signa, nunc quidẽ immutauit mirabilia quę antiquitus tunc quondã fecit in Ægypto: imò hoc opus, omnium mirabilium est maximum, hoc est vt inquit Dam. lib. 3. Orthodoxæ fidei, &

Ex Aug. ad Volus.

1. Thim. 3.

Eccles. 36.

Dam. l. c. 3

nouum omnium nouorum, & solùm sub sole nouum. Eccè aliquid sub sole nouum. nam Autor Solis se posuit sub sole, sub sole posuit tabernaculum suũ, ardori solis se exposuit, fatigatus ex itinere ad puteum Samariæ accessit, hoc quidem nouum est sub sole, nunquam sub sole visum, nil subditum soli, est sub sole nouum, nã id quod fuit id est quod futurum est, quod factum est, in futurum faciendum est: ideo nil sub sole, subiectũ soli nouum est: eodem modo naturales causæ agunt, & nõ est effectus nouus, nisi sit causa noua; quod autor Solis, dominium habens super solem, sit sub sole, nouum sub sole est, hoc ante non fuit, nec simile postea erit. Audiuimus, quod iam verbum caro factum est, nouum est, quod non iterum fiet. Mulier generat filium, scientia virum, ætate puerum, persona Verbum, natura Deum, de virgine in tempore natum, gratia plenum, nomine Iesum, cognomine Christum, similis filius nunquã est natus, nec sub sole visus, aliud nouum attulit, quod nũquam similis mater visa est nec habuit sequentem (verbum caro factum est. (O historia verbis breuissima, sacramentis amplissima, verbis breuissima: quia sine verborum circulo purissima ac verissima verbi ad carnem vnio narratur: sacramentis amplissima; nam per istam vnionem immortalis fit mortalis, & homo est Deus: quod nouorum omnium est nouissimum, cuncta in hoc misterio relucent attributa, cuncta ex hoc misterio demanarunt nobis bona vno dempto Trinitatis mysterio, cæterorum misterium hoc caput est: O dies dierum, in quo tot mirabilia videntur, & nouissimum omnium habetur, & nil nouum iam sub sole expectatur, fortissimus Moyses, Ægyptium percutit & Æthiopissam in vxorem ducit (erat quidem fortis ac mitissimus vt dicitur Numer. duodecimo,) sic Verbum quod est Deus fortis faciens omnia, ex summa & infinita misericordia humanam sibi vniuit naturam. Fortissimus Samson mirabiliter conceptus vxorem Philisteam & alie-

Eccl. c. 1.

San. Tho. 1 p. q. 103. act. 5. ad. 2.

Sub sole quare nihil nouum.

Hiere. 31.

Num. 1

nigenam ducit,& propter illam in manus traditus hostium, ærumnis & opprobrijs multis repletur (historia Principis Sichem potius ad circumcisionem pertinet) potens Assuerus captiuam Hester in vxorem ducit; nunc Iacob pelliceas vestes induit, vt benedictionem patris assequatur. Nunc flos de radice Iesse ascendit, hodie Loth de manibus regum eripitur, & Ioseph de carcere educitur, hodie dilectus Dei populus signo nouissimo & mirabili ex Dei misericordia Ægypti captiuitate liberatur, hodie superbia Goliath domatur, vitæ abscinditur caput; non armis Saül, sed in funda & lapide in nomine Domini, hodie Daniel educitur de lacu leonum, hodie Assur virga percutitur: virga enim æquitatis quę egressa est de Radice Iesse superbia Dæmonis domatur, *como cauallo desbocado y mentiroso*, quæ nobis celebrior hac die esse potest: in quo qui cecidit excitatur; qui inimicus erat, in gratiam recipitur; qui eiectus fuerat de paradiso, reuocatur: qui è vita excidit, ad vitam redit: qui seruus erat, regni dignitatem assequitur: qui mortis vinculis constrictus erat, ad Regionem viuentium reuertitur: qui victus est, vt vincat à Domino adiuuatur: Princeps mundi huius foras eijcitur: potens viribus, infirmatur: auferuntur quæ possidebat, quia fortior illo superuenit. O fratres venite & videte nouum sub sole, videte sub sole nouum, quod sol retrocessit. O diuini verbi Concionatores annuntiate Christi fidelibus quòd verbum caro factum est, quòd omnium nouorum nouissimum est.

Iudic. 13.

Ex Ambr. ho. 4. nati.

Lucæ. 15.

Sine aliqua offensione illius supremæ ac venerandæ maiestatis, nostræ carnis humilitatem suscepit Deus, docet eleganter (vti solet) Chrysostomus dicens, suam namque naturam descensu suo nihilo inferiorem reddit. Nos autem, cum in ignominia ante, & in tenebris essemus, ad supernam erexit gloriam, non aliter quam cum rex inopem mendicumque studio & bene-

Chry. hom. 10. in Ioan.

Simile.

uolentia quadam, alloquitur: nihil se indignũ facit, illũ verò, omnibus admirandum reddit, si nihil honoratiorem abiectioris consuetudo offendit; multo minus immortalem illam substantiam, quæ omnia bona sine accidenti, sed per naturam, continet, hæc Chrysost. bene edocta sponsa dicebat, quis te mihi det ibi, vt nemo me despiciat, ac si dixisset qui per incarnationem accrescit mihi honor & descensu incarnationis natura tua in nihilo inferior fit sine iniuria maiestatis tuæ, & offensa dilectionis tuæ, petere possum descensum tuum vt maximus mihi inde accrescat honor: nec desunt exépla ex sacris literis, non enim minorata aut diminuta est maiestas Pharaonis, ex hoc; quod sublimauit Ioseph, quem carcere eduxit, concedens illi, currum suum secundum, nec Assuerus subleuans Hester, & Mardocheum, nec Moyses cum eduxit Ethiopissam, aut cum Exod. decimo octauo, egressus est in occursum cognati sui Ihetro, nec cum constituit iudices, qui simul cum illo iudicarent minorata est authoritas eius, cæteri autem honorati sunt & subleuati ad dignitatem: non minoratus est ab honore suo primus parens, cum è costa eius formata est Eua, idem dominum rerum retinuit & dignitatem gratiæ capitis: Eua autem honorata est: quia educta de costa viri: similiter non minuitur authoritas regis, cum venationis causa veste minus pretiosa nemus ingreditur, sic non est minorata Domini maiestas, humanam assumens naturam quam velut sacum induit, qui pro alio patitur, non solùm illum iuuat; sed ipse clarior efficitur inquit Chrysostomus *Todos dizen o que bien hizo en ayudar y honrar a fulano*. E contra superbi cum humilis conditionis se vident, renuunt cum paupere conuersationem habere: appetunt familiaritatem Principium, diuitum & potentium, & quod intolerabilius est, solent huiusmodi proprium patrem pauperem despicere: non sic Deus noster, qui non despexit, imò respexit, humilita-

Simile. Chrysosto. Cantic. 8.

Genes. 41.

Hester Exodo. 18.

Genes. 2.

Simile.

Chrysosto. hom. 4. super ad Heb.

Vide ser. 2. De circumcisione.

tem naturæ nostrę, & ad maximum subuexit honorem; omnia in verbo, vita erant, & vnum cum verbo erant, quia creans ipsa diuina essentia, quę est omnium rerum idea, per exteriorem productionem, cum in se ipsis, creaturæ esse habuerunt, declinauerunt ab illa summa vnitate, & diuisæ sunt in diuersa genera & species, vt dicitur Genes. vltimo die fecit Deus hominem, qui Dei est imago, & omnium rerum Epitome, & breue compendium, quia habet esse cum lapidibus, viuere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis, ideo Deum representat in hoc, quod continet omnia, sicut Deus: Deus est continens omnia, homo est Dei imago, & quodammodo continet omnia, volens Deus, vt non solùm in mente artificis, aut in imagine, vnum essent, sed in esse reali, & prout possibile & conueniens erat, ad illám summam vnitatem redirent; verbum patris, per quod omnia facta sunt, naturam humanam assumpsit; in qua quodammodo omnes creaturæ continentur, vt diuersitas in identitatem, diuisio in vnitatem, distantia in coniunctionem, naturarum pluralitas in vnitatẽ personalem rediret: a Deo creatura exiuit, ad Deum redijt; erat in Deo secũdùm esse cognitum, sicut arca in mente artificis: nunc habent esse secundùm existentiam: in hoc enim cõsistit hoc misterium, quòd natura humana careat propria existentia, & habeat existentiam Dei, assumpta est potius natura humana quàm quęcunque alia natura, vt totus mũdus in illa eleuaretur & dignificaretur, lege Sanctũ Thomam tertia parte, quæstione quarta, articulo primo, hoc est quod dicit Euangelista, Verbum caro factum est; quæ oratio, quæ mens (inquit Chrysost.) quantum honorẽ humano generi Deus exhibuit mirificum & admirãdũ, explicare potest: quis Angelus, Archangelus, nil quod in cœlis est, nil quod in terra, eiusmodi Dei nostri beneficia, sunt tam magna, tam excellentia, vt non solùm mortalium linguam, sed Angelorum virtutem, eorum

Deus omnium artifex.

Natura humana magis assumptibilis fuit S. Tho.

S. Thom.

Chrys. vt supra.

exu-

exuperet explanatio : mortales homines , qui cæteros natura non ſuperant, ſatellitum apparatu, veſtibus pretioſis , cæteros deſpiciendo, ab humilium hominum conuerſatione ſe ſequeſtrando, honoratiores ſeſe oſtendunt, & præbent ; Deus noſter non ſic voluit ab hominibus honorari, ſed familiariter cum hominibus conuerſando : ideo inquit Euangeliſta. Habitauit in nobis. Adonias filius regis erat, ſi non honore regio, honore filij regis honorabatur : volens vt Rex adorari & venerari, inquit ſacer textus, quòd eleuabatur dicens. Ego regnabo : & fecit ſibi currum, vt loco alios excederet, & equites & quinquaginta viros, qui currerent ante eum , vt ambitioſo apparatu cęteros excederet, & præmineret ; Deus, humilitate, paupertate affabilitate, ſe exinaniendo , non eligendo currum, ſed præſepe : non equites, ſed viros pauperes, amabilẽ ſe reddidit, atque affabilem ſeſe oſtentabat ; Abſalom callidè quidem, vt regnum vſurparet, familiarẽ ſe prębebat: Deus noſter verè quidẽ, quia non quærebat gloriam ex hominibus, imò quærebat humanũ honorare genus: ideo adeo ſe deiecit, vt homo fieret, cũ ſic ſe deiecit, nihil ſuę maieſtatis amiſit. Tabernaculũ fœderis ponã in medio veſtri dicebat Deus, verè nunc cũ verbum caro factũ eſt, cũ habitauit in nobis, cũ corpus eius, templum eſſe ſcimus, iuxta illud ſoluite tẽplum hoc, dicere poſſumus, quod tabernaculum fœderis propitiationis & reconciliationis, poſitum eſt in medio noſtri. Antiquitus in mundi exordio, ſicut Deus per ſemetipſũ, nõ per Angelũ, hominẽ condidit, hominẽ quoque illuminauit: & vt credi poteſt, per ſeipſum illum alloquebatur, dans legem, & ponens præceptum : nil mirum, homo amicus Dei erat ſicut amicus ad amicum, ſic Dominus hominem alloquebatur: poſtquam inimicus factus eſt , multifariam multiſque modis loquebatur Deus per Angelos, per Prophetas, per prodigia & ſigna, per ſtellã ad Magos: per Angelos, ad paſtores, per Prophe-

Simile.

2. Reg. 1.

2. Reg. 15.

Leuit. 26.

tas ad populum suum. Nunc nouissimè diebus istis, cũ inimici essemus; vt nobis per semetipsum loqueretur, verbum caro factum est, & habitauit in nobis optimè

Eph.1. Ephes.1. mysterium hoc dicitur Sacramentum voluntatis, idest Sacramentum amoris, & dilectionis, nã hîc ostendit Deus quantum diligeret mundum. Conueniẽter verbum carnem sumpsit, vt nos redimeret nam ver-

Rationes incarnationis. S. Tho. 3. p. q. 1. art. 4. ad 4. bum conceptus est patris; productum ex visione suę essentiæ, conueniens ergo fuit vt per verbum, regeneremur in filios & adoptaremur ad hæreditatem & visionem diuinæ essentiæ, humanitas Christi (inquit S. Tho.) via est perueniendi ad diuinitatem, in quo sensu, explicat illud Rom.5. accessum habemus per Iesum Christum ad Deum: ideo illud Ioan.10. Ego sum ostiũ, & Ioann.14. Ego sum via, veritas, & vita, de Christo possumus accipere, secundùm humanam naturam: cõueniens ergo fuit, vt ad vltimum terminum diuinæ visionis, perueniremus per hanc viam, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ecce via redeundi ad Deũ, à quo recessimus per superbiam. Loquendo de homine Christo, inquit Augu. ambula per hominem, vt perũenias ad Deum: nã per illum habemus accessum, ipse porta, ipse via: accedamus ergo, fratres, ad hoc tabernaculum fœderis: accedamus ad propitiatorem & omniũ hominum Redemptorem. Cum quidam nobilis fre-

Simile. quenter adit domum inopis, iam inops audet ad diuitem, & magnum illum accedere, familiare colloquium præstat facultatem: tollit timorem: expellit verecundiam, non audebant Ioseph fratres, ad illum accedere, ille dixit accedite ad me, propter hoc Deus factus est homo, vt ex hoc quod ipse ad nos accessit, nos ad illum accedere non timeremus, considerans hoc sponsa dicebat; quis te mihi det suggentem vbera matris

Profer.4. meæ: vt deosculer te, *querria que tu vinieſſes ami, porque yo me oſaſſe llegar a ti*, aliter videns maiestatem tuam timens ac tremens non audeo accedere, imò potius recedo,

ex familiaritate quidem quam cum Maria, & Martha Iesus habebat, ingrediens ad illas ausæ sunt scribere ad illum cum abesset, quod est signum magnæ familiaritatis *embiar a llamar a vno*, hoc Euangelista habitauit in nobis, *entre nosotros moro mouster andosellano y afable* cum *Eaia.* Angeli viderunt dominum Deũ Sabaoth super thronum excelsum & eleuatũ in figura humana, ipsi quoque, eum imitati, in figura humana apparuerunt velãtes caput, & pedes alis suis; visio in historiã cõmutatur: Gabriel nãque legati officio fungens, in specie humana *Luc.1.* ad virginem venit, dicente Euãgelista ingressus Angelus ad eam &c. Si ingressus, ergo motu progressiuo: si *Roman. 8.* locutus ergo non in specie beluina, sed humana. O fratres Christi imitatores estote, ille sumpsit carnem vestram, sumite vos eius spiritum: nam si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius: in eo au- *Isa.c.1.* tem, in quo non est spiritus Iesu, qui est vita: consequens est, quòd in morte sit: mortuus est qui hoc non sentit, respicite ô mortales & videte qualem habeatis redemptorem, cognouit bos possessorem suum, Israel non cognouit, tu ô homo, si non mox cum Angelis, agnosce vel tradissimè cum iumentis, nè dum moraris, ipsis iumentis quibus antea comparatus fueras, postponaris inquit Chrysologus, ac si *Chryso'o-gus ser.141* dixisset, grande flagitium, peccatum maximum: brutis animantibus, quæ Dominum suum cognouerunt, hominem esse minorem suffundantur pudore, & vereantur à Brutis superari, cum sponsa, quæ sponsum cognouerat, & suauitatem illius degustauerat, filias Hierusalem adiurasset dicens: adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum vt r nuncietis ei, quia amore langueo: puellæ scientes sponsam esse castissimam: atque honestissimam, & non ex libidine, petulantiue amore, in desiderium sponsi flagrare, sed ex bono honesto, in amorem honestum deueniisse: admiratæ interrogant: qualis est dilectus tuus ex dilecto: ô pul-

cherrima mulierũ,qualis est dilectus tuus, quia sic adiurasti nos.Sponsa quæ non amore zelotipię (qui alios simul coamatores non admittit) sed ex casto & vero amabat amore,naturam & conditionem sponsi, vt ab alijs,qui ipsum non cognouerant,amaretur.narrare incipit dicens.Dilectus meus,candidus & rubicũdus electus ex millibus,ideſt dilectus meus deus est, & homo secundùm diuinitatem est candor lucis æternæ sap. 7. est etiam rubicundus,quia carnẽ quam assumpsit, proprio sanguine rubricauit,secũdùm hanc humanam naturam,mẽbra habet,caput eius, est aurũ optimum &c. vt memoria sponsi tenacius menti puellarum inhæreret epilogum facit dicens,talis est dilectus meus & ipse est amicus meus:filiæ Hierusalem: pendentes, è labijs sponsæ loquentis, *la boca abierta que la oyan* amore sponsi flagrare incipientes:locutæ sunt atque dixerunt, quò abijt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum,quo declinauit dilectus tuus,& quæremus eum tecum, *es que no tenemos de estar sin cosa tan buena vamos todos à buscarle esto se queria la esposa,* O diuini verbi cõcionatores, docete populum, commonete ignorantes, narrate sponsi excellentiam & maiestatem,manifestam facite eius naturam & conditionem; dicite quòd est candidus, quia verbũ patris, dicite, quod est candidus quia erat lux vera, *es la summa beldad y hermosura lindo como el sol,* expono iuxta autoritatem citatam,dicite quòd est rubicundus, quia verbum caro factum est: ideſt carnẽ mortalem induit, & hoc indumentum suum, proprio sanguine rubrum est,eo quòd Torcular calcauit solus:dicite,quod est electus ex millibus, *que no ay otro tal,* nam nulli Angelorum dixit,filius meus es tu Heb. 1. laudate eum ab interiori pulchritudine creata,quia plenus gratię& veritatis,laudate ab amore & dilectione qua nos dilexit:nam habitauit in nobis. Hispanè, *veamonos y queremos nos.* O fratres inardescat iam animus in amorem tanti sponsi flagret desiderio huius pueri,interrogate, quærite quò de-

Hebr.1.

clinauit, quęrite quòabijt, Ego scrutabor scripturas, quę de illo testimonium perhibent, dicávobis, quòd in prę-sepio reclinauit eũ mater sua; in pręsepio, fænũ, omnis caro fœnũ est, verbũ factum est caro, ergo in præsepio reclinauit eũ: nõ in meridie, sed media nocte, cũ mediũ silentium tenerent omnia & nox in suo cursu medium iter haberet: à regalibus sedibus venit, ideſt apparuit natus, qui iã per nouẽ mẽses fuerat incarnatus: tũc in prę-sepio posuit eum mater sua ibi reclinauit per noctem: vigilate saltim primo mane, & inuenietis eum, in cruce. O homo cuba in meridie, ad vexillum Christi euola, nudus nudũ sequere, nunc pãnis inuolutũ: inuenies, in cruce, nudus sine aspectu erit, si vultis illum quærere, ac cedite: facies vestræ non confundentur; (*No os pesara ni os ira mal ni arrepentireys.* O fratres excutite omnẽ languorẽ, & animi torporẽ, cũ Ionatas Saũlem patrẽ suum iratũ contra Dauid vidisset, sic eum tenerè & humiliter alloquebatur dicens. [Ne pecces rex in seruum tuũ Dauid] O fratres vos obsecro humiliter & charitatiuè vos moneo, praua opera fugere & in Deum non peccare, [Quare peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid qui est absque culpa] dicebat Ionatas; quare fratres peccatis in sanguine Christi innoxio iterum crucifigentes Christũ. Ionathas introduxit Dauid ad Saũl, & fuit ante eũ sicut erat heri & nudius tertius, id est, recõciliauit eũ Patri; si Dauid in Ionathã peccaret, grande flagitium profectò cõmitteret. Grande flagitiũ nos cõmittimus, qui peccamus in Christum, qui nos patri reconciliauit & propter nos carnẽ sumpsit; ne quęratis sicut Hęrodes quærebat eũ ad perdendũ, sed sicut reges ad adorãdum & ad munera offerendum pręcipuum munus est amor in altari cordis tui, iste est panis calidus, & ignis qui semper in corde tuo debet ardere, offerre oportet mane, offerre vespere, semper orare, nũquam deficere, vtinam de plenitudine gratiæ Christi gratiam hic accipiamus postea gloriam in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM EVANGELIO

CONCIO III.

Verbum caro factum est.

MOYSES copiosè quidem, sine ambitioso eloquendi mendacio, singula quæ singulis diebus omnipotentis condidit manus perpulchro ac honestissimo initio narrare incipit dicens. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est, in filio creauit Cœlum & terram: ita Origenes, Hylarius, Ambrosius, super humc locũ antiquus Tertullianus, vt refert Hieronymus super Genesim, quem sequitur explicans illud psalm. 90. [in capite libri scriptũ est de me,] idem habet Aug. Noiter Euangelista abbreuiationem faciens, epilogando in Euangelio, quæ dicta erant in principio Genes. enarrans autem distinctè quæ occultè errant in Moyse inquit. (In principio erat verbum.)

Origen. Hyl. Ambr. Tertullia. Hieron.

Moyses de operibus Dei, sex dierum spatio productis & formatis, clarè & distinctè loquitur, de altissimo trinitatis mysterio non nisi obscurè dicendo. In principio, id est, in filio: noster Euangelista è contra, clarè & distinctè loquitur de filio dicens. In principio erat verbum, clarè de operibus sex dierũ dicens omnia per ipsum facta sunt, sed non distinctè, quia non declarat quid primo, quid secũdo die creatum fuerit; iàm dixerat Moyses & nihil in scriptura debet esse superfluum secundò, quia non mũdi creationis texebat historiam, sed mysterium incarnationis, à sæculo absconditum, manifestabat, in hoc mysterio in vnam eandémq; personam duæ simul conuenere naturę, humana & diuina, increata vna, creata altera; sufficiens fuit distinctè personam verbi, & eius diuinam naturã enarrare, & (quia creaturam sibi vniuit) creaturam in vniuersali, mentio-

Aug. tom. 1. lib. 13. cõfess. c. 5.

nem facere, descendendo statim ad eam quæ sibi vniuit dicens verbum caro factum est.

Dux, & legislator dixit, in principio creauit Deus, est pater in filio, idest, cum filio: creauit, vbi tacitè dixit, quòd pater erat in filio: nam non crearet cum filio, nisi ratione communis essentiæ esset in filio. noster Euãgelista reciprocè & conuersò dixit, in principio erat verbum, idest, filius erat in patre, nam iste modus essendi vnius personæ in alia, communis & reciprocus est, habetur veritas Ioan. 14. vbi Dominus ad Philippum, [non credis quia ego in patre, & pater in me est?] idem dicẽdum de spiritu sancto, sed quia pater & filius correlatiuè se habent, facta mentione, de vno, statim fit de alio, non facta mentione de Spiritu sancto. *Ioann.*

Prædicta ratione, sanctorum explicatio ostenditur firma, infirma verò ratio Iansen. c. 1. suæ concordiæ, dicentis, cum eodem modo Ioannes ingressus sit historiã Euangelicam, quo Moyses genesim, constat in genesi, illud in principio, nõ posse accipi, pro in filio quemadmodum ibi quidam volunt, ac si dixisset cum in Euangelio per li in principio, pater intelligatur, non potest Gen. 1. per li in principio creauit, filius intelligi: hęc ratio nulla est, quia sicut constat ex loco Ioan. allegato, & ex Ambrosio hymno fer. 2. ad laudes, in patre est totus filius, & totus in verbo pater: ideo Spiritus sanctus, qui est spiritus multiplex, voluit per Moysem & per Euangelistam, vtrumque modum essendi manifestare: infirma ergo ratione à tot patribus secessit Iansenius. *Iansen. carpitur.* *Sap. 7.*

Verbum caro factum est.

Id est, illud ęternum verbum, quod pater spiritualiter & mentaliter, sine aliquo motu & mutatione, ab æterno produxit, cuius productionem nullũ exẽplum in creaturis perfectè reptęsentat, humanam sibi vniuit Naturam, quæ nomine carnis significatur, ex quo conuincitur Ebion, Apostolis coæuus (quem sequuti sunt Cherintus, Theodotus, Paulus Samosatenus, cui succes-

Confutantur errores cõtra vtrãque Christi nat.

sit discipulus eius Photinus, dicentes Christum non esse Deum) quia Deus erat verbum, & hoc verbũ factum est caro: quia factum est caro, conuincitur error Cerdonis ponentis in Christo corpus cæleste, quia corpus cæleste non est carneum & corruptibile: nam alia sunt corpora cœlestia, alia terrestria 1. Cor. 15. est quidem Christus, homo de cœlo cœlestis, non de terra terrenus vt ibidem Paulus docet, quia venit à regalibus sedibus: quia conceptus est de Spiritu sancto, non de semine viri, hac ratione Ambros. lib. 4. c. 4. de sacram. inquit, de cœlo sacramenta venerũt, quia instituta à Deo, tamẽ materia de terra erat, sic Christus terrenus erat de Matre terrena, sed quia ab æterno verbum, quia de Spiritusancto conceptus, cœlestis dicitur ad differentiam primi Adæ, qui erat dè limo terræ Ioan. 8. dixit Saluator Vos de deorsum estis, ego de supernis sum, vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo, qui locus quo ad naturam diuinam & quo ad mores debet intelligi, erat enim sanctissimus homo, & non purus homo sed Deus homo. conuincitur error Manichæorum, & Marcionistarum ponentium in Christo corpus phantasticum, non verum, absit hoc: quia caro factum est & habitauit in nobis, per multum tempus conuersans nobiscum, exercẽs opera veri corporis, quod non conuenit corpori phantastico, quod subitò apparet citò disparet, nec Christus esset Crucifixus ex infirmitate 2. Cor. 13. ad reuincendum hunc errorem, conuenientius dictum est verbum caro factum est, quàm verbum anima factum est. Conuincitur error Iuliani & Iustiniani dicentium in Christo fuisse corpus impassibile, quia carne nihil fragilius & magis passibile: conuincitur error Nestorij dicentis, quod caro Christi fuit prius concepta & animata, quàm à verbo assumpta, nam ibi caro sumitur pro homine, & idem est ac si Euangelista diceret, in instanti quo caro Christi fuit formata & animata, fuit à verbo assumpta, alias beatissima virgo purum

1. Cor. 15.

Ambros. Christus quare dicatur celestis.

Manich.

2. Cor. 13.

Iuliani.

Nestor.

hominem, non Deum hominem genuisset, quod absit, ideo conuenientius contra hunc errorem dictum est, verbum caro factum est, quam verbum homo factum est, nè impij existimarent in Christo duas esse personas, conuincitur error Eutychetis Monachi Constãtinopolitani dicentis aliquid carnis conuersum fuisse in Deitatem; nam tũc consumpta carne, in suo esse non manente, sed in aliud transmutata, verbum non diceretur caro, nec sine carne posset habitare nobiscum; conuincitur error Apollinaris dicentis, aliquid diuinitatis in carnem fuisse conuersum, absit hoc, quia iam præmisit Euangelista, Deus erat verbum, sed Deus non mutatur Malac. 1. Ego Deus & non mutor, insuper contra Paulum Rom. 1. [Qui factus est ex semine Dauid,] ergo non diuinitas, sed aliquid descendens ex Dauid, puta sanguis purissimus virginis, fuit materia, ex quo formata fuit caro illa; quod verbum caro factum est, non hoc significat (inquit Leo Papa) quòd in carnem sit Dei natura mutata, sed quòd in vnitatem personæ sit caro susceptа; conuincitur error alius, eiusdem Apollinaris, quem sequutus est Arrius, dicentis, quòd erat caro sine anima, nam tunc vt deducit August. esset bellua cum figura humani corporis, posteà subdit, quibus respondendum est, sic illud esse in Euãgelio positum, quia vsque ad visibilem carnem assumptio illa humanæ naturæ à Domino facta est, hæc Aug. Moyses dux & legislator dilecti populi, exordia mundi enarrans dixit, in principio creauit Deus cœlũ & terram, ac si dixisset manus omnipotentis non solùm cœli mirandam pulchritudinem creauit, sed hoc infimum & obscurum terræ elementum; sic Euangelista, verbum caro factum est, id est, non solùm animam, quæ est ad Dei imaginem, sibi verbum vniuit, sed carnem, quæ è limo terræ formata est, ideo declarando assumpsisse remotiora quæ magis elongãtur à Deo & minus assumptibilia esse videbãtur, suadet assumpsisse animam, quæ Deo est magis similis,

Eutich. *Apollin.* *Malach.* *Rom. 1.* *Serm. 7. natiu.* *Aug. 83. quæst. 80.*

Matth.26. 27. manifestus est locus, Matth. 26. vbi dicitur tristis est anima mea vsque ad mortem, cap. 27. Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum Ioan. 19. inclinato capite tradidit Spiritum, suadet ratio, nam mors est separatio animæ à corpore: maluit autem Euangelista dicere, verbum caro, vt cognosceretur quòd immediatè assumpsit carnem, aliàs in triduo, cum anima fuit à corpore separata, non esset diuinitas vnita corpori, quod est error: nam non maneret Christus in sepulchro: ratione enim vnionis ad corpus in triduo, fuit verum dicere, Christus erat in sepulchro, eluceſcit locus Pauli, Coloss. 2. quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est in illo homine Christo, non solùm erat diuinitas per essentiam, præsentiam, & potentiam, sicut in alijs rebus, nec erat in anima hominis Christi, per gratiam solùm, sicut in vtroque Ioanne, sed erat per essentiam, presentiam, & potentiam, & per gratiam, ampliùs corporaliter, id est, diuinitas erat præsens & vnita corpori verè & realiter independenter ab anima: ideò separata anima à corpore erat in eo diuinitas, corporaliter, id est, corpori vnita: vnico ergo verbo noster piscator (inquit Ambr.) omnes hæreses destruxit, quod est verum, dicendo enim Deus erat verbum, destruxit errores contra diuinitatem; dicendo verbum caro factum est, destruxit errores contra humanæ naturæ veritatem, *mataua bestias marinas que leuantauan cabeca contra Dios.*

Ioan. *Pro resurrectione.* Coloss. 2. Amb. 1. de fide ad Gratianum c. 5.

Ex Leo Papa. Repudiatis igitur longéque abiectis omnibus opinionibus impiorum, quibus aut stultitia est Crux Christi, aut scandalum, exultet rectarum mentium fides & verum vnumque Dei filium, non solùm secundùm deitatem, qua de patre est genitus, sed etiam secundùm humanitatem, qua de Virgine Matre est natus, intelligat nostra mortalitate assumpta, habitasse nobiscum, sicut inquit Euangelista, & habitauit in nobis, *no malparie*, sed fœliciter editus fuit in lucem, & in veritate car-

nis existens diu nobiscum habitauit, *que entrenos otros seauez indo*, sic propheta [vocabitur nomen eius Emanuel,] id est; nobiscum Deus, homo Deus habitat nobiscum, posset dicere sicut Euangelista, habitabit in nobis, erit nobiscum, noluit complexa hoc significare voce, ac integra oratione, sed significauit vna voce ac dictione dicens, vocabitur Emanuel, quemadmodum enim in persona Christi, duæ simul conuenere naturę: nam Deus & homo, non duo, sed vnus est Christus: sic propheta, vna voce vsus est, ad significandum, quod Deus homo, habiturus erat nobiscum, per prophetas multifariam, multisque modis loquebatur olim Deus, id est, obscurè & clarè signis & rebus, nouissimè diebus istis, locutus est nobis in filio, qui voluit reuelare Ioanni, quod [verbum caro factum est,] quod habitauit in nobis, ideo, verè nunc Emanuel nobiscum Deus, verba prophetæ implicitè loquentis, accipienda sunt iuxta sensum Euangelistæ, rem gestam historicè enarrantis, nam iam non multifariam, sed vno & claro modo loquitur Deus, Antea cum nondum carnem assumpserat, sed lucem inaccessibilem habitabat semper Deus nobiscum, per essentiam, præsentiam, & potentiã erat: sed quia nondum venerat plenitudo temporis, in qua verbum caro factum est, non habitabat in nobis, non Emanuel nobiscũ Deus; ergo non aliter Emanuel nobiscum Deus, nisi cũ homo in tẽpore fuit Deus, quousq; Emanuel eris nobiscum incola noster? Ecce inquit vobiscũ sum vsque ad consumationẽ sæculi; ideò, qui lucem habitabat inaccessibilẽ cum patre, ex tunc per nouẽ menses habitauit in ventre Matris, vt quem ex vtero ante luciferum genuerat pater, ad occasum pòst luciferũ genuisset Mater: & quem in splendoribus sanctorum & clara visione essentiæ suæ genuerat pater, cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; peperisset mater, ex tunc à tẽpore Natiuitatis habitauit in nobis, comprobatur veritas habitatio-

Isa. 7.

Hebræo. 1.

nis, quia vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à patre: si vnigenitus est patris, & pater est Deus, ipse quoq; est Deus: si habitauit nobiscũ, ergo verè Emanuel nobiscum Deus, qui licèt à nobis, nũc non videatur, in sacramẽto Eucharistiæ, quod vsque ad consummationẽ sæculi, non plus durabit, semper nobiscũ erit, contra carnẽ maculatam & peccatricem, carnem purã ab omni labe peccati liberam assumpsit, quæ fuit sacrificium & hostia pro peccato, Redẽptio pro captiuis, salus pro infirmis; deniq; in Eucharistia, refectio & cibus pro esuriẽtibus,

Simile. *de mil maneras te aprouecha esta carne*, cineres Auis Phenix, flante vento, reuiuiscunt; quod mortuum fuerat vitæ materia efficitur, virtute Spiritus sancti de carne Adæ

Ser. 20. so. 121. generatur caro quæ mortuos viuificat. O admirabile commercium creator generis humani, animatum corpus sumens, de virgine nasci dignatus est, & procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem, accepit ex nostris quod infirmum est, quod vile est, quod ex tẽpore est, communicauit, quod pretiosum est, quod æternum est, quod validum & fortissimum est, mercatus

Simile. est à nobis quod hîc abundat (inquit Aug.) nasci & mori, resurgere & in ęternũ viuere, non hîc erat, inuenit hîc viles merces & terrenas, & terrestribus attulit peregrinas: assumpsit carnem, & hanc dedit nobis, & cum

Aug. ser. 7. nat. ipse esset vita, ipsa caro nostra facta est vita. O Emanuel noster à tẽpore aduentus tui, inundant merces celestes, *La gracia que se daua por rexa como cara mercaduria*, datur in abundantia: Ioannes qui erat præcursor tui, adhuc ex vtero repletur Spiritus sancti gratia, redũdat in patrem, qui repletus Spiritu sancto prophetauit, consentit nomen, nam Ioannes idem est, quod bona gratia, sacratissima virgo, est plena gratia, Stephanus plenus Spiritu sancto, vidit cœlos apertos, *ya no se da la gratia por postigo y puerta cerrada, sino à puerta abierta*, cum Gen. 30. dixit Iacob Labam socero suo, dimitte me vt reuertar in domum meam; dixit ei Labam experimento didici quia

benedixerit mihi Deus propter te: quibus verbis postulauit nè discederet ab eo. O Emanuel noster, si insensati nõ sumus, aut fascinati, nè obediamus veritati, agnoscere debemus quod experimento didicimus, aut quod propter te benedixit nobis Deus, non de pinguedine terræ, sed de pinguedine cœli: antea infirma egenáque erant sacramenta quæ gratiam non continebant, sed tantùm dandam figurabant; ad quæ iam conuertere nobis non licet, quia iã irrita sunt & nulla: nunc nostra sacramenta gratiam continent & signa, non figurę sunt gratiæ quæ per ipsa confertur; reseratus est Paradisus & cęli aperti sunt, iam ingrediuntur angeli & egrediuntur cœlum, *ya entran y salen* ad nos descendunt, iã exercitus Angelorum auditi & visi sunt in terra nostra. Cõsiderans sponsa bona & commoda, quæ ex præsentia & communi habitatione cum sponso sibi proueniębant dicebat, quis mihi det te fratrem meũ suggentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deosculer te, & iam nemo mę despiciat. i. quis te mihi det hominẽ factũ, in humanitate assumpta, suggentem vbera matris tuę, quę est mater mea, quia natiuitas tua erit natiuitas & regene ratio mea, tu caput meum, Ego mẽbrum tuũ, si ad vnitatem Ecclesiæ, quę est corpus tuũ, pertineo, mater tua erit mater mea, ergo bene circumlocutione quadam, dictum est [suggẽtem vbera matris meæ, ideſt matris tuæ. relicto patre, matris solùm mentionem facit, quia verbum, quod æternaliter est genitum à patre sine matre, in tempore verbum caro est genitũ à matre sine patre, quia de virgine est natum & nobis datũ, ideo dixit suggentẽ vbera matris meæ, quod mater Christi sit mater nostra, quia genuit Christũ caput nostrum. probatur ex Paulo [sic autẽ peccãtes in fratres percutiẽtes, cõscientiã eorum infirmant, in Christo, peccati assignãs causam *8. Corin. 8.* Aug. lib. de verbis Domini longe ante medium inquit, *August.* quia membra Christi omnes facti sumus, quomodo nõ peccas in Christũ, qui peccas in membrũ Christi? Sic in

præsentiarum si pertinemus ad Christum tanquam membra ad caput, mater Christi, mater nostra est, Natiuitas Christi, natiuitas nostra est; ô Emanuel noster, ne discedas à nobis: ô Emanuel, ô puer, ô homo, ô Deus homo, esto semper nobiscum, Anxiè nimis a Deo Moyses visionem & claram manifestationem vultus sui postulabat & efflagitabat, cui dixit Deus, hominem in hac vita non posse illum clarè videre: nè tamen à desiderio suo fraudaretur omnino, & tristitia, & mœrore afficeretur, dixit Deus, [ostendam tibi omne bonum,] ostendit autem imaginem hominis Dei, vt ser. 3. fol. 48. dictum est, eccè, omne bonum, qui videt illud, videt patrem, non est aliud bonum per se bonum, nisi solus Deus, Emanuel nobiscum Deus, ergo Emanuel omne bonum, nam factus est nobis â Deo sapientia, sanctificatio, & redemptio, *da do nos es para todo nuestro bien*, cum eodem capite iratus esset Deus, atque dixisset [non enim ascendam tecum,] dixit Moyses, si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto: sciebat námque quòd qualis populus, sine gubernatore, qui statim corruit pro. 11. quale regnum in se diuisum, quod statim desolatur, Luc. 11. qualis nauis suo destituta rectore, quæ statim mergitur, quale corpus sine anima quod statim mortuum vermibus scatet: talis est Ecclesia & anima suo destituta creatore, ideo dicebat, [nisi tu ipse,] te ipsum volumus in medio nostri. O fratres nostro Emanueli dicamus, mane nobiscum, ne discedas à nobis, quia statim Dei patris benedictio denegabitur nobis, cum Rex Israël descendit ad Elisæū cum Ioſaphat rege Iuda & cum Rege Edem, dixit Elisæus ad Regem Israël, quid mihi & tibi est, vade ad Prophetas Patris tui, & Matris tuę post pauca viuit Dominus exercituum in cuius conspectu sum, quòd si non vultum Ioſaphat regis Iudę erubescerem, non attendissem quidē te, nec respexissem: vt Deus noster, in nos iratus, attendat & respiciat nos, maximè interest, vt Emanuel noster nobiscum sit; nam quemad-

Exod. 35.

1. *Cor.* 10.

Prouerb. *Luc.* 11. 4. *simile.*

Simile.

4. *Reg.*

modum Eliseus vultum Iosaphat erubescebat, sic Pater vultum Christi filij sui vnigeniti respicit, *respectalo*, Paul. *Paul.* exauditus est pro sua reuerentia ideo Dauid, [Respice *Hebræo. 5.* in faciem Christi tui] ac si dixisset, Deus qui sub vmbra alarum tuarum nos protexisti, ab inimicis defendisti (nam nunquam vidimus iustum derelictum, nec semen eius quærens panem) aspice in nos in loco exilij, in quo nunc sumus, vbi non est nisi miseria, & duc ad illa æterna tabernacula tua, si tanto beneficio sumus indigni sicut Rex Israël, respice & attende in faciem Christi tui qui est propitiatio pro peccatis, quibus reddimur indigni, ob eius merita ignosce peccatis nostris, vt mereamur ascendere ad amabilissima tabernacula tua, O fratres videte & considerate quòd hac de causa descendit ad tabernacula nostra factus frater, & Emanuel habitans in medio nostri, vt nos possemus ascendere, & peruenire ad dilecta tabernacula Domini virtutum: propter hoc quidem in præsepio iacuit, quia non erat ei locus in diuersorio. De magno illo Patriarcha *Ioan. 8.* Abraham, qui fuit Pater multarum gentium, inquit Christus Dominus, exultauit vt videret diem meũ, vidit & gauisus est, vidit in imagine, & figuris, vidit in Spiritu, cum nondum venisset plenitudo temporis; iã in plenitudine temporis, venerunt pastores, & viderunt, sicut dictum erat ad illos, ac valdè gauisi sunt. Ioan. iocundus & cum magno gaudio inquit. Quod fuit ab initio, *1. Ioan. 1.* quod vidimus, quod oculis nostris perspeximus. O fratres quantum nos hac die lætari, & gaudere debemus, qui iam natum auditu audiuimus, & fide mente credimus; verbum patris docebit nos, omnia instaurantur in ipso, quæ in Cœlis, & quæ in terris: in ipso instaurabimur, & renouabimur, & restituemur ad bonũ amissum, vita est, viuificabit nos; lux est, illuminabit nos; si nobiscum est & ipse via, non errabimus sicut ouis quę perijt: qui iter agit & viã ignorat, iocundus incedit, cum adest, qui ostendit viam, offert pretium ei qui ducatũ præstat: *Simile.*

Psalm. 38.

si ipse nobiscum, & ipse leo, omnis inimicus timebit, nobiscum ad certamen descendere: timuit Labam cum
Genes. 31. insequeretur Iacob, exanimatur Paulus & velut emortuus manet, cum persequitur Christi fideles, si ipse petra, & ipse nobiscum, in ipso ambulabimus radicati, & super ædificati, vt iam non simus paruuli fluctuantes,
Col. 2. omni vento doctrinæ, in nequitia hominum ad circunuentionem erroris, sed in charitate radicati & fundati, possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundū; si
Psal. 22. omnia per ipsum facta sunt, & ipsi nobiscū dicere poterimus: Dominus regit me, nihil mihi deerit, hîc commoneat Concionator populum, vt credat firmissimè omnibus articulis fidei, præcipuè doceat hunc articulū, qui in vnione naturæ humanæ, cum diuina persona cōsistit, quomodo autem hoc sit noli disquirere, factum
Chrys. ho. 10. in Ioā. est, vt ipse nouit (inquit Chrysostomus) Deus & homo vnus est Christus, verbum & caro, vnus est homo Deus, non confusione aut interitu substātiarū, sed arcana quadam inexplicabili vnitate: quomodo hoc sit, noli disquirere, non mirum, si homo factus inter omnia, non explicat verbis, verbum, per quod facta sunt omnia, in-
Aug. serm. 25. de tem. ac. quit Aug. Moyses dilecti Populi Dux ac legislator, Rubum videbat ardētem, ignem Rubum non comburentem, tenebat factum, ignorabat modū; accessit propè, prohibetur accedere, nisi soluat calciamenta, quomodo humana natura diuinę vnita non confundatur, sed in-
Matth. 11. tegra maneat; oculi non vident, humilibus verò reuelatur: confiteor tibi pater quia reuelasti ea paruulis, fratres maximè debitores sumus Deo, qui ad nos descēdit, vt ad ipsum possemus peruenire; similitudo causa est amoris, nam vnaquęque res seipsam diligit; & quod alteri est simile, vnitatem & identitatem habet cum illo: ideò eodem amore quo se diligit, in sibi similia inclinatur: vt homines Deum diligerent, Deus homo factus est ho-
4. Reg. 25. minibus similis, cū Nabuchodonosor Rex Babylonis,

Godoliam

Godoliam natione Iudæum, constituisset super Iudam, statim Duces militum, & viri, qui cum eis erant profugi & dispersi à facie Regis Babylonis, qui debellauerat Iudam, venerunt ad Godoliam, videntes Principem gentis suæ. O fratres iam Deus est homo, iam non in alto habitat, sed in humili loco terræ nostræ, sicut Godolias in Iudæa: sic Christus, eiusdem naturæ nobiscum, constitutus est Princeps noster, ad quem venire debemus. Venite & videte Emanuelem nostrum habitatem nobiscum. In naturalibus, natura similem facit: homo homini, & animal animali, simile est, quia alterum ab altero genitum est: in agentibus liberis, ipse amor similitudinis causa est. Sichem eo quòd amabat puellam valdè, puta Dinam, Dinæ fratribus assimilari volens, Circumcisionem ac eorum suscepit religionem: præ magnitudine amoris, erga genus humanum, vnigenitus Dei filius, princeps pacis, princeps regum terræ, similitudinem carnis peccati suscepit, vt nos à peccato liberaret. O immensus Dei amor! cum liber essem ab omnibus [inquit Paul.) omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem: factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: his qui sine lege erant tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege Christi: vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant: factus sum infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Apostolus qui antea, paternarum traditionum fuerat æmulator, pro prædicatione Euangelij pericula plurima perpessus est. patet 2. Cor. ter virgis cæsus sum, &c. cũ Eques Romanus esset, quod erat quoddam genus nobilitatis, benè inquit, cum liber essem, me seruum feci, Act. 16. Thimo. circumcidit, Act. 21. ingressus tẽplum, cum alijs Iudeis se purificauit, ideò inquit, factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, act. 17. concionem faciens ad Athenienses, non ex lege, nec ex Prophetis, sed ab eo, quod in Ara scriptum erat, Ignoto Deo, exordium sumpsit, dicens, præteriens enim & vidẽs simulachra vestra inueni & aram,

2. Cor. 9.

2. Cor. 11.

Act. 16. Act. 21. Act. 17.

in qua scriptum erat, Ignoto Deo; quod ergo ignoranter colitis, hoc ego annuntio vobis, Deus qui fecit mundum, &c. ac si dixisset, O Athenienses, vt Deos colitis, viros illos: qui mira & magnalia fecerunt, eorum quidem imagines & simulachra habetis: præter hoc, quendam Deum magnum, vobis ignotum, quem oculis non vidistis colitis, hunc ego annuntio vobis: vos dicitis, quòd est ignotus, ego dico, quòd est Rex sæculorum, inuisibilis: de hoc dico quòd fecit cœlum & terram, dico quòd in ipso viuimus, mouemur, & sumus: nec aliquid noui, aut incredibile vobis dico, sed quod quidam vestrum Poëtarum dixerunt, tunc ex cõcessis, vt bonus Peripateticus, diuina edoctus sapientia: reuocans illos à cultu Idolorum inquit. Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare, aut argento, aut lapidi sculpturæ artis & cogitationis hominis diuinum esse simile, id est non debemus Deum æstimare esse similem auro, aut argento, aut sculpturæ artis quam artifex facit, per artem quam habet in imagine, *fuesse poco à poco aguardando coyuntur à para sacarlos del error*, hoc est, quod inquit, his qui sine lege erant tanquam sine lege, id est contra gentiles, qui non admittebant Euangelium: non ex lege vel Euangelio, sed ex notis lumine naturæ arguebam. Hæc dixi in loci Pauli explicationem, vt possit concionator cursim, & celeriter recitare explicando ad Christum, qui vt nos lucrifaceret, cum esset immortalis, factus est mortalis: cum diues esset, factus est egenus, liber à lege, factus est sub lege, in omne, vt dicunt, Paulus se latus vertebat, nihil necessarium fidelium saluti obmittebat: in omnibus primatum tenet Christus qui, vt multa paucis concludamus, factus est in similitudinem carnis peccati, vt carnales homines lucrifaceret. Auceps aucupium capere volens, aucupio se assimilat, *toca vn reclamo con que trae la caca*, sic Deus noster, similis nobis factus est, mortalis sicut cæteri mortales, hoc est, esse in similitudinem carnis peccati, nam per peccatum mors, mor-

Simile.

tuus ergo habuit similitudinem carnis peccati: non habuit peccatum, nec carnem peccati: habuit tamen passiones, quæ in nobis procedunt ex peccato, ideo factus est mortalis cum mortalibus, in similitudinem carnis peccati, vt peccatores lucrifaceret. Propheta senex, vt Prophetam Domini deciperet, dixit illi: Ego Propheta sum similis tui, sic eum decepit: Christus similis nobis factus, nos lucrifacit. Accedamus ergo ad eum in Bethlehem, sicut vniuersę tribus Israël ad Dauid, dicentes: [Ecce nos, os tuum & caro tua sumus, Dominus dixit ad te, tu pasces populum meum Israël, vnxerúntq; Dauid in regem,] fratres, Puer iste Rex noster est; Adoremus eum, *iuremos el nueuo Principe*, vt condonet nobis hîc gratiam, postea gloriam, in sæcula sæculorũ. Amen. *1. Reg. 13.* *2. Reg. 5.*

DE EODEM EVANGELIO,

CONCIO IIII.

Verbum caro factum est.

DOMINICÆ Incarnationis sacramẽtum enarrare volens Euangelista, ab æterna diuini verbi generatione incipit, dicens: [In principio erat verbum,] ac si dixisset, cum cœpit temporis principium, in quo Deus cœlum terrámque creauit, iam sine aliquo temporis principio, ab æterno erat verbum, ita Beda, Haymo, & Theophilactus, postea subiungit, quòd hoc verbum caro factum est, id est, in tempore humanam sibi vniuit naturam, sic miro modo, vtramq; quę in Christo est, naturam manifestauit. Sponsa sponsi consideratione oblectata, dicebat. Dilectus meus candidus & rubicundus, id est ille, quem ego ex toto corde, & totis visceribus meis, interno diligo amore, non homo purus est, sed Deus & homo: sunt enim qui hunc locũ de corporali plenitudine explicent, nam Christus *Beda, Haymo, Theophil.* *Cant. 2.*

Dominus pulcherrimus & speciosus præ omnibus filijs hominum erat, vt dicitur Psam. 44. cum pulchritudo corporalis teste Cicerone, 3. Tusculanarum, sit partium congruentia, cum quadam coloris suauitate, bene inquit sponsa, [dilectus meus candidus & rubicundus,] nam hi colores sunt, qui pulchritudinem efficiunt: color albus sine aliquo rubore, signum est frigiditatis, ideo non dixit dilectus meus candidus: color niger 3. Metheororum, cap. 4. minus participat de luce (quę est qualitas perfectissima) & vitum congregat, nullo modo delectat, ideo ad pulchritudinem non pertinet: color rubeus mixtione ignei & candidi efficitur. 1. Matthęi cap. 5. medium tenes inter vtrumque extremum. Ad significandum ergo medium & congruentem colorem pulchritudini, dixit sponsa: dilectus meus candidus & rubicūdus, quod verissimum existimo esse, quòd loquitur de diuina natura, & de hoc mysterio Dominicæ Incarnationis, quia Deus cognoscitur per creaturam, & scripturam, & scriptura ad manifestādum Deum vtitur creatura: nam inuisibilia Dei, à creatura mundi cognoscuntur, quia in creaturis est similitudo imperfecta, *vn poderse rastrear.* Quemadmodum ergo in pulchritudine corporali est vnio & commixtio duorum colorum, puta albi seu candidi, & rubei, Hispanè, *colorado*, sic in hoc sacramento vnio diuini verbi, quod Sap. 7. dicitur candor lucis æternæ, Deus enim lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, verbum est candor, procedens ab hac luce, id est procedens à Patre, Heb. 1. qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: candor ergo exterior symbolū habet cum esse diuino Christi. Amplius, Christus rubicundus est, ratione naturæ humanæ descendēs ab Adam; nam Adam, idem est quod terrenus siue ruffus, adama terram rubeam significat, quia de terra rubea in campo Damasceno formatus, vbi significatur quòd assumpsit carnem mortalem. Erat ergo in æternitate, sine temporis initio, & factus est homo in plenitudine

Cicero.

3. *Metheororum.*

1. *Matth.*

Sap. 7.

1. *Ioan.*

Heb. 1.

Ioseph. 1. de antiquitat. c. 1.

temporis: erat verbum manifestans omnia quæ sunt in mente patris, & factum est infans nesciens loqui: erat verbum per quod facta sunt omnia, & vnum ex his quę fecit factum est. Fecit Deus in principio mundi hominem ad imaginem & similitudinem suam; nunc è conuerso, nostram verè naturam susciplens Deus, factus est ad imaginem & similitudinem nostram, accipiendo veram carnem habentem similitudinem carnis peccati. Erat quidem verbum, inuisibilis Dei imago, à *Col. 1.* Deo inuisibili inuisibiliter productum, factum est homo, qui est imago Dei visibilis: erat figura substantiæ Patris, & accepit formam & figuram humanam ex matre. Qui in forma Dei fecit hominem (inquit Leo Papa) in forma serui factus est homo, qui creauit omnia, creatus est inter omnia (nec tamē Christum dicas creaturam) fecit diem, venit in diem: Dominus Christus, sine initio apud patrem in tempore habet naturam ex matre, ideo sexta synodo actione 11. admittitur liber Sophronij Archiepiscopi Hierosolymitani, vbi Christus dicitur visibilis & inuisibilis, corporeus & incorporeus, contrectabilis & incontrectabilis, circumscriptus & incircumscriptus, terrenus & cœlestis, denique dici potest mortalis & immortalis, quia cum esset vita indeficiens, factus homo, morti subiectus est propter hominem ex amore illius, & de hoc gloriatur sponsa, eo quod, cum esset candidus, id est, candor lucis æternæ, factus fuerit per vnionem humanitatis rubicundus, id est mortalis; ac si dixisset sponsa, si sponsus dilectus meus est homo infirmus, Deus est potens; si homo pauper, Deus diues est in omnes qui inuocant illum; si homo inter nos habitās, Deus est in æternitate cum Deo patre existens; si homo est vbera matris sugens, Deus est ad dexteram patris sedens; si homo humilis est plenus labore, Deus verus est in æterna requie sine vllo mali timore; si homo est mortalis, Deus est, qui est vita indeficiens; hac ratione gloriatur sponsa, hac ratio-

Leo ser. 13.

6. synod. Constant

ne gloriabatur Paulus, qui dicebat, absit gloriari, nisi
2dCor.13. in Cruce Domini nostri Iesu Christi, quare in Christi ignominia gloriaris Apostole? quia si crucifixus est, ex infirmitate, ex virtute Dei, id est, ex diuina virtute, quę in ipso sub humanitate latebat, resurrexit & viuit in æternum, iam non moritur, in hoc glorior, paganus meum irrideat crucifixum redemptorem, suum ego irrideam errorem, irrideat quia crucifixum hominem adoro, eius ego irrideo errorem: quia Deum adoro, virtutéque omnia fecit, qui ex virtute à mortuis resurrexit, non homo sed Angelus me docuit, non homines, sed qui dij appellantur, tradiderunt Iesum, quem quæritis Crucifixum, surrexit non est hîc: hunc, qui mortuus est, & surrexit non est hîc: hunc, qui mortuus est, & surrexit adoro, dicat hæreticus, obloquatur, quod hominem crucifixum adoramus: falsum est, quod hoc solùm adoremus, sed crucifixum qui surre-
Zach. 1. xit ex virtute diuina hunc adoro, cum Christum meum adoro: vidi per noctem (inquit Zachar.) & ecce vir, ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo; hunc locum de mysterio Dominicæ Incarnationis explicat Hieronymus, iuxta illum, sensus loci erit; vnigenitus Dei filius nomine viri
Hieron. significatus (sic Christum appellat Paulus, act. 17. ad finem) erat inter myrteta, id est, in gloria & beatitudine Dei patris (myrtetum locus amœnus est myrtis plenus) ascendens super equum rufum, id est, carnem passibilem: quemadmodum enim equum sessor regit, & equus sessori subijcitur, sic verbum naturam humanam regebat, quod docet manifestè Aug. tom. 3. lib. 13.
Aug. de Trinitate, cap. 18. dicens non quomodo alios sanctus regebat illum hominem, sed gerebat, & quia cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo domini à regalibus sedibus venit, conuenienter inquit propheta, [vidi per noctem] per noctem quidem auditi sunt cho-

ri angelorum dicentium, Gloria in excelsis deo, per noctem pastores viderũt virum nouissimum, verbum caro. Ad idem est illud Apocal. 19. vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & vestitus erat veste aspersa sanguine; vocabatur nomen eius verbum Dei, vbi per equum, potest intelligi eius humanitas, vt patet & docet Aug. de quæst. Euangelistarum, exponens illud, Luc. 10. imponẽs illum in iumentum Isa. 64. vbi admirati Angeli rogant, quare rubrum est vestimentum tuum? per vestimentum humanitas Christi aspersa sanguine, intelligitur: hanc vestẽ mortalis, sibi induit cum verbum caro factum est. Quis te Domine Iesu ita deiecit: quis te ex culmine tantę maiestatis, in profundum tantæ humilitatis abiecit? nimia charitas, ingens amor, immensa misericordia; quod his verbis docet Bernard. verbum diuinum, vt ad nos descenderet, propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, veritas qua se promisit venturum compulit, puritas virginalis vteri susceptt, salua virginis integritate, potentia eduxit, obedientia in omnibus deduxit, patientia armauit, charitas verbis, & miraculis manifestauit: immensa profectò charitas fratres, quòd verbum, quod est figura substantiæ patris, Heb. *se ha desfigurado*, verbum, quod est splendor Patris, *se ha obscurecido*, cum sit virtus & fortitudo Patris, per quod facta sunt omnia, *se ha hecho enfermo*, candidus est, fratres, id est, Deus cuius splendor non obscuratur; cuius virtus non infirmatur, quod meliùs est, intrinsecus latet; nempè diuina natura, quæ sub humana est, hoc significauit sponsa, cum in inducta authoritate, dixit de sponso dilecto suo, caput eius aurum optimum, comæ eius sicut Elatæ Palmarum; in homine præcipua pars, est caput, inter metalla, præcipuum est Aurũ, quod cum est optimum, obrizum dicitur: per caput ergo intelligitur præcipua natura Christi, nempè diuina, dicente Apostolo, omnis viri caput, Christus: caput mulieris, vir: caput verò

Apo.

Aug. Ambr. & Theophil.

Isa.

Heb. 1.

Cant. 5.

Christi, Deus, inquit ergo, quòd caput sui sponsi, nem-
1. Cor. 11. pe natura diuina, est, velut Aurum optimum, quod nunquam marcescit, semper rutilant comæ eius, sicut palmarum. Elatæ Palmarũ, sunt inuolucra, & foliculi intra quos fructus Palmæ delitescunt, *son como bolloncios de datiles como boton de rosa*, ac si dixisset, sicut capilli cooperiunt caput, & caput est sub capillis: sic diui-
Leo ser. 10. de Passione Dom. na natura est operta humanitate assumpta. Sub humilitate occultabatur eius maiestas, iuxta quod Leo Papa inquit; seruienti diabolo potentiam suæ maiestatis occultauit: & infirmitatẽ nostræ humanitatis obiecit; sub paupertate eius, abundantia & diuitiæ eius: sub ignominia eius, gloria nostra, ideo in Cruce & ignominia eius Paulus gloriabatur: sub lachrymis & tristitia eius, gaudium & lætitia nostra est: caput eius opertum & latens sub humanitate, Aurum est optimum, *que dello haze la esposa por nos afficionar à amarlo*, homines incredibili
Simile. cupiditate quærentes Aurum non parcunt labori: sed transfretant maria, & varia loca perambulant, in terræ viscera irruunt, vt inde Aurum excipiant, *haʒense topos*, hoc circulo (puta dicendo candidus & rubicundus caput eius aurum optimum) monet sponsa, vt toto corde quæramus sponsum, verbum caro factum: nam in illo omnes sunt diuitię. Non te deterreat, ô homo labor & vexillum Crucis, non horrescas. O homo vile diuersorium, nam ibi latet quicquid in cœlis terrísque pulcherrimum inuenitur, aurum ipsum mixtum est terræ, non propter hoc illud homines despiciunt, sed igne examinant & purgant, & purum seruant, sub Christi labore, sub ignominia eius, aurum est optimum, gloria
Eccles. 38. & requies perpetua, *naydie lo dexe por temor o verguenca*, sicut illi qui dixerunt hic est hæres, venite occidamus eum. Per carnem peccatum, per carnem medicina peccati; altissimus creauit de terra medicinam, vir prudens non abhorrebit eam, Verbum caro, est medicina contra peccatum ex carne: nullo modo debes despicere,

[Verbum caro factum.]

Gregor. l. 14. in Iob cap. 4. inquit, quia per Prophetam dicitur. [Omnis caro fœnum] vniuersitatis conditor ex nostra substantia carnem sumens, fœnum fieri voluit, nè nostra in perpetuum caro fœnum remaneret. hæc Greg. cum primus ille parens; originali iustitia munitus & ornatus, positus erat in voluptatis Paradiso arboribus & floribus consito, non erat caro nostra fœnũ aridum, sed iustus existens ille primus, sicut palma florebat, sicut Cedrus Libani multiplicandi erant fideles: ex eo iustitia originalis velut humor erat compescens concupiscentiæ ardorem; patrato delicto sicut fœnum aruit, cecidit flos & omnis viror eius defic catus *Isai.* est. Erat Adam tanquam arbor, in Paradiso transplantatus, florens flore gratiæ & immortalitatis: in anima erat flos gratiæ, in corpore immortalitas, patrauit delictum, vterque flos aruit velut fœnum: nè in perpetuũ, caro nostra vt fœnum remaneret, ipsum verbum, quod est vena aquarum multarum, quod est fluuius Dorix, carnem assumpsit; caro eius numqum peccato aruit, sed gratia semper floruit, quia semper coniuncta diui- *Hiere. 17.* nitati, quæ est fons aquæ viuę: ideo de seipso inquit, *Eccles. 24.* ego flos campi, lilium conuallium, quia ego fons, ego fluuius, procedens à patre, caro mea non fœnum aridum, sed floridum est, floret quidem, sicut flos campi aspectui gratus, tactui mollis, odoratui suauis; sic Chri- *Cantic. 2.* stus omnibus erat gratus, & suauis, flores campestres cœli inclementię, iniurijs & immutationibus aëris expositi vt caro nostra refloret: quæ fœnum aridum erat, in præsepio iacet, in fęno premitur frigore, lachrymas fundit, vt caro nostra humore illo reflореret, in præsepio est positus, vt curramus in odorem suauissimum huius floris, in odorem suauissimum huius lilij: hîc eum adorat mater, comitantur Angeli, qui canunt, Gloria in excelsis Deo, vocantur Reges, dum adhuc iacet in præsepio, denique præsentatur in templo, omnibus viden-

dus exponitur: qui pro salute omnium venerat, vt omnes illo possent frui, vt omnes illũ alloqui & videre possent, quia in thesauro abscondito nulla est vtilitas: hinc enim omnia nobis bona prouenerunt, quod significauit sponsus prædictis verbis: dixerat enim sponsa: Nardus mea dedit odorẽ suum, & iterum. Lectulus noster floridus: in principio secundi capitis inquit Sponsus, Ego flos campi & lilium conuallium, ac si dixisset, quicquid amœnitatis & iocunditatis in te est. O sponsa quicquid floridum & viride est in domo tua, in cubili & lectulo nostro: nõ à te, quæ es fœnum aridũ procedit, sed à me, qui sum flos campi, lilium conuallium, omnibus odorandus & adorandus expositus; ego viuifico mortua, suscito defuncta, arido fœno præsto virorem, Paul. non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis tanquã ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Anima quæ nihil boni cogitat & quicquid mali est, excogitat, fœnũ est aridum, cũ aduersus proximum cogitat, & frequenter excogitat non solùm aridũ fœnum est, sed spina & stimulus pungens & lacerans. Christus flos est suauissimus qui floruit in conceptione: & ad modũ arboris ex quo humor decurrit, lacrymas fluit in Natiuitate, aruit in carne, cũ mortuus est, refloruit in resurrectione, cum caro surrexit è sepulchro, vt caro mea refloreret, dũ iacet in sepulchro & non surgit, requiescit in spe resurgẽdi, floruit Christus in anima abũdans gratia, ex plenitudine eius omnes accepimus, infælix anima, quæ in odorem huius floris non currit, & adhærendo Christo non floret: renouando omnia exteriora & interiora sua, vt moderatis passionibus, interior homo noster renouetur: & refloruit caro mea, & ex volũtate mea confitebor ei, ideſt aduentu & præsentia gratiæ, quę est salus & fortitudo mea, virtus ac robur meum, anima mea cępit respirare & viuificari, apparuit viuificationis veritas in hoc, quòd caro mea refloruit: Hispanè, *en el pedo de la ropa se echa de ver*, nam internum gaudium, quendam in me

Quicquid in Ecclesia est ex Christo est.

2. *Corin.* 3.

Psal. 27.

causauit feruorem,& animi ardorem, & tunc nouum accipiens vigorem:omnis metus,omnis spiritus tristis, qui exsiccat ossa,fugatus est à me,& sic caro mea , comes animæ meę,ex consortio eius floruit.Prou.17.animus gaudens ætatem floridam facit,spiritus autem tristis exsiccat ossa,vos ipsos fratres interrogate,an cor vestrum aridum sit, an verò floruerit, nouam proponendo vitam,noua faciendo opera,nouum habendo deuotionis humorem,cum effusione lacrymarum.Floreat sicut flos campi,sicut lilium conuallium:floreat sicutvirga Aaron,vt simus odor suauissimus Domino. *Prou.*

Quod factum est,in ipso vita erat.

Præmisit Euangelista, quòd verbum erat Deus, ab effectu hoc suadẽs inquit.Omnia per ipsum facta sunt, manifestárque quomodo in illo habuerint esse, dicens, quod factum est, in ipso vita erat, ideſt quod ad extra factum est, prius erat in verbo per ideam tanquam in primo producto, *Como endechado y primero original*, & quia idea vniuscuisque rei, est ipsa creatura cognita à diuina essentia, & illa cognitio est ipsamet essentia viuens, quod factum est in ipso vita erat.Quemadmodum enim cum artifex facit arcam, arca ad extra, est visibilis,corruptibilis & occupans locum,in mente verò artificis,nihil aliud est, nisi quędam forma inuisibilis,& conceptus eius;sic creaturę ad extra corruptibiles sunt, sed in mente diuina:sunt vita,& deficere non possunt:dicuntur autẽ specialiter,esse in verbo, potius quàm in Patre aut Spiritu sancto,quia verbum,nõ Spiritus sanctus est conceptus Patris. Notitia Patris, ideo omnia ibi relucent(vt diximus)tanquã in primo producto.*Como endechado y original*,sic filius dicitur ab Aug. ars Patris,eluceſſit hinc Theologorum commune proloquium,nempe,Beatos omnia in verbo videre. Ratio quare potius in illo quam in Patre aut Spiritu sancto videri dicuntur,est,quia Pater est improductus, Spiritus Sanctus nõ producitur vt exemplar & notitia, ideo in *Simile.*

filio, qui est notitia Patris, relucere dicuntur, difficilia sunt sed docenda sunt, nè propter indoctũ, doctus suo debito priuetur: conueniens ergo fuit, vt per eũ, in quo
4. Reg. 4. fuimus vita, vitam haberemus æternã, postquã fuimus mortui peccatis, quod optimè Sunamitidis adũbrat historia, cum non haberet spem prolis, medijs Elisęi precibus, habuit filium, medijs Elisęi meritis postquam mortuus est, surrexit ad vitam: propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis,
Ephes. 2. conuiuificauit nos in Christo Iesu; ac si dixisset, gratia eramus viui Deo placentes, per peccatũ mortui sumus; per illum nos viuificauit: in quo tanquam in exemplari eramus vita. Considerans sponsa, quòd sponsus suus erat vita, & quòd Elisęus suscitauit puerum, ponẽdo os suũ super hos pueri, & quòd ita cõstitit in spiraculo & vapore vitali, iuxta illud Iacob, quæ est enim vita vestra, vapor enim est ad modicum parens, & quod Deus
Iacob. 4. inspirando spiraculum vitæ in Adam, dedit illi vitam, perpetua & importuna in petendo osculum sponsi dicebat; Osculetur me osculo oris sui, & iterũ, Quis te mi-
Cantic. 1. hi det suggentem vbera Matris tuæ vt deosculer te, ac
Cantic. 8. si dixisset. Sponsus meus, vita est, spiraculum vitale habens, ore me tangat, flatum suũ, spiraculum suum, in me mittat, vt quod per figuram in Elisęo video, per experientiam cognoscam, vidi in vmbra, desidero videre in
Theodor. veritate: hoc quidem secundum Theodoretum & Ber.
Bernardus desiderabat sponsa, & ardenter nimis exoptabat, tacitéque dicebat. O pater mitte quẽ missurus es, promisisti vẽturum, adimple promissum, aliter præsentia Prophetarum non est vox nec vita in me, per Apostrophem ad ipsum filium, amore illius flagrans, conuertens sermonem inquit. Meliora sunt vbera tua vino: *juntar me a ty, y estar en tu regazo*, plus quam vinum corpus, animam meam viuificat: quis te mihi det, suggentem vbera matris meæ? quis erit viribus tam potens, misericordia tam diues, vt miserens mei, det te mihi? non in sinu Patris

habitantem, intus intra mentis parentem manẽtem, sed vbera matris, verbum caro factum, suggentem, ratione assumptæ naturę; frater meus eris, iuxta desiderium sponsæ est vox illa Ioan. 10. veni vt vitam habeant & abundantius habeãt, Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita, expertus hanc veritatem Petrus Io. 6. dicebat, quò ibimus Domine verba vitæ habes, hinc intelligetis illud nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat: Ego Deus viuens nil aliud volo nisi vt peccator viuat. Vnusquisque sibi similia diligit; ego vita, vitã peccatoris volo, spiraculum eius fuit nobis vita; quia ipse vita; spiraculum nostrum fuit illi mors. Qui tãgit picem inquinabitur ab illa, Eccles. 13. carnem mortalem assumpsit, mortalis factus est; lepra Naaman adhæsit Guiezi, mortis lepra adhæsit vitæ. O nimia & excessiua charitas! quis est homo qui vult vitam? prohibe linguam tuã à malo, diuerte à malo, & fac bonum; nolite errare, fratres videte quod non est vita, nisi mutata vita malæ cõuersationis, ad sacratissimam virginem, ad perpetuam vitam, nostrum conuertamus sermonem, verbum caro vita est, ergo nec concipiendo, nec pariendo, nec dum portabat in vtero vllum sensit dolorem, quia dolor offensio est animæ ex carne, secundùm August. via est ad corruptionem & mortem. Sic Gen. 35. dicitur, quòd nascente Beniamin egrediẽte anima & imminente iam morte, vocauit eum Rachel Benoni ideſt filius doloris mei; dolor via fuit ad mortem, nam tandẽ mortua est Rachel: verbum caro, est vita, nec causauit mortem in matre, nec dolorem qui ducit ad mortem. O mater, coniunge nos filio tuo: vt regeneremur in filios Dei, vt mors in vitam commutetur: si tactu Elisęi mortuus puer surrexit, si Hester reuixit quia sustentauit eã Assuerus in vlnis suis, si clamante Ezechiele iuncta sunt ossa ad ossa & reuixerunt, si ligno misso in aquas Exod. 15. aquæ amarę versæ sunt in dulcedinem: quanto magis, si nos ad filium Dei coniuncti & vniti fuerimus?

Ioann. 14. *Eccles.* *Psal. 33.* *Aug. 14. de ciuitate Dei.* *Gen. 35.* *Gregor. 4.* *Heste. 15.* *Ezech. 35.* *Exod. 15.*

Accedamus fratres, accessus facilis est, quia in humili loco est, ingressus est patens, quia in diuersorio est: in diuersorio in cœlis habitat: vtinam cœlestem illam vitam & requiem, filius Dei in quo eramus vita; mihi & vobis concedat in sæcula sæculorum. Amen.

DE EODEM EVANGELIO,

CONCIO V.

Verbum caro factum est.

TRIBVS modis, plus quàm genere diuersis, Deus qui est ipsum summũ bonum, intelligi potest, seipsum communicare creaturis, primo per creationem, dando eis esse naturale: secundo supernaturaliter communicando creaturis rationalibus, & intellectualibus gratiam, quæ in patria consumatur per gloriam: vltimus & supremus modus est, cum summum bonum summo modo se communicat: hoc autem fit cum proprium suum esse communicauit, eleuando ad se, & vniendo sibi humanam naturam: cętera namque, quæ Deus communicat, & misericorditer creaturæ cõfert, creaturam ditant & perficiunt, extra creatorem autem sunt: cum verò humanam naturam ad diuinum personale esse Dei eleuauit, seipsum creaturæ communicauit, & non aliquid extra ipsum, sed seipsum creaturæ dedit: communicauit quidem Deus pater suam essentiam filio: Pater & filius mutua dilectione, animo concordes, eandem numero essentiam Spiritui sancto communicauerunt: quartam personam, in diuinis esse,

impossibile fuit per potentiam quæ patri tribuitur, per sapiẽtiam quæ filio adoptatur, per bonitatem, quę Spiritui sancto attribuitur, omnes tres, naturale esse creaturis communicauerunt & sic est primus modus, Dei perfecta sunt opera, ideo Deus cũcta quæ fecit ornauit, terram herbis, plantis & arboribus, cœlũ stellis, & splendidissimis luminaribus, intellectualem creaturã, gratia, fide, & cognitione ipsius conditoris, sic est secũdus modus, Deus ad intra omnibus modis puta per intellectũ & voluntatem se cõmunicasset, & omnia extra se creaturæ necessaria dedisset, subsistentiam personalem quæ ad intra communicari non potuit (quod immensæ fuit charitatis & amoris) creaturæ communicauit, cum naturam humanam sibi in plenitudine temporis vniuit: & sic est tertius modus. Ioannes noster, qui meritò Aquilę comparatur, omnia cacumina montium, altitudines syderum, omnes choros & legiones Angelorũ trãscendens, omnes modos commemorãs, inquit. In principio erat verbum, Deus erat verbum; ecce cõmunicationem ad intra, de quo iam supra; omnia per ipsum facta sunt, ecce primum modum communicandi se creaturis, Dedit eis potestatem filios Dei fieri: Ecce secundum quantum ad gratiam: verbũ caro factum est & habitauit in nobis, ecce vltimum communicationis modum: cum vltima communicatio fuerit ista personalis communicatio, rectè sequitur omnia propter hominẽ Christum, fuisse condita & creata, vt serm. 3. latius dictum est: ad quod significandum hac vna inter alias ratione, dixit, omnia per ipsum facta sunt, postea verbũ caro factum est, idest sicut cætera propter hominem, sic omnia propter gloriam hominis Christi. Eructauit cor meum verbum bonum, id est, produxit verbũ perfectum consubstantiale: inde tale esse constat, quia dico ego opera mea Regi, quia omnia in illo exprimuntur & cũcta in illo repręsentantur: filius audit à Patre, idest accipit cuncta à Patre, & Pater dicit filio. Secun-

do dico opera mea Regi, ideſt cõſecro, & dedico, & ordino omnia in filium, vtrumque poteſt quadrare. Enarra nobis ô ſacer Euangeliſta, ſiſte gradum, nec celeriter tantum miſterium percurras, Ediſcere hanc ineffabilem vnionem, nam in cæna ſuper pectus Domini recubuiſti, & ibi diſcere potuiſti modum huius vnionis: hoc minimè Euangeliſta facit, quia myſterium hoc ineffabile eſt. Nimirum quòd homo factus inter omnia: non explicet modum vnionis verbi, per quod facta ſunt

Aug. omnia inquit Aug. ſer. 25. de tempore, quod factum eſt dixit Euangeliſta, quomodo factum ſit noli diſquirere.

Baruc. Hũc proceſſum ſeruauit Baruch c. 3. dicẽs. hic eſt Deus noſter & non ęſtimabitur alius aduerſus eum, hic adinuenit omnem viã diſciplinę, & tradidit illã Iacob puero ſuo, poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Propheta non potuit dicere ſicut Euãgeliſta: vidimus gloriam eius, quia nondum tunc myſterium conſummatum fuerat, ſed dixit in terris viſus eſt: nunc Euangeliſta, verbum caro factum eſt, vidimus gloriã eius, ideſt nunc adimpleta eſt Prophetia Baruch,

Chryſoſto. vterque de modo vnionis nihil dicit, quia hoc myſteriũ ineffabile eſt. Chriſoſt. tom. 2. Hom. 16. quæ eſt ſuper hoc Euangeliũ, inquit, ſcio quia verbum caro factũ ſit, quomodo factum ſit neſcio: miraris quia ego neſciebã, omnis creatura ignorat myſterium quod abſconditum fuit in omnibus ſæculis, in noſtro ſæculo reuelatum eſt: reuelatum eſt, quod factũ eſt, cęterum celatur quo-

Iſai. 17. *Iſa. 55.* modo factum ſit. dixit Iſaias. Ecce virgo concipiet; de modo generationis dixit, generationem eius quis enarrabit? ac ſi dixiſſet Chriſoſtomus, Prophetæ ſicut Euangeliſta enarrant Chriſti generationem, ſed de modo generationis nihil dicunt, imò fatentur ſe omnino neſcire. Dixit Dominus ab Achab, quòd peteret ſibi ſignum in Cælo ſurſum ſiue in terra deorſum: cum impius, nè daret gloriam Deo, petere recuſaſſet, Spiritu

Iſa. 7. ſancto labia Prophetæ mouente, cæpit dicere: Ecce virgo

go concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emanuel, vbi Propheta sicut Euangelista, incunctanter cuncta percurrit dicens, concipiet, pariet, vocabitur, quod in Propheta concipiet, in Euangelista [verbũ caro,] intellige in ventre Virginis, quod in Euangelista [habitauit in nobis,] in Propheta pariet, idest nascetur, & habitabit nobiscum: tunc quidem Emanuel. i. ei conueniet nobiscum habitare, nobiscum conuersari; *el autor del cielo se auezindo y tomo posada en la tierra* Euãgelista & Prophetę; tradidere nobis quod fide credere necessarium est, abstinent verò ab his quæ cum Beata visione donantur: nam Deus in hac vita cognosci vult & amari, non videri; curemus amare, nè desideremus videre in hac vita, quod videre nõ possumus; quod si fideli Moysi in omni domo sua Deus negauit, & non concessit, gloriemur quia nil credimus infra nos, sed totũ supra nos, nemo in inferiori se Beari potest, alias in seipso melius Bearetur; solus Deus in seipso Beatur, quia nihil aliud seipso est melius; ex hoc quòd supra nos est hoc misteriũ, dignitatem eius agnoscamus, antequã Regina Sabbea Salomonem videret, cũcta reliquit & è proprio regno egressa, venit videre illum: diligamus Deum ex his quæ de illo audiuimus, ipse in fine viæ concedet visionem, quæ mouent in amorẽ Sancti Dei, qui à Deo inspirati sunt locuti, nobis enarrant: ad diuinum quippe amorem excitat dicere: quòd illud æternum verbum in quo Pater omnia videt, ac omnia quæ sunt in mente patris repræsentat, quod initium non habet, ex ore loquentium, & aperit ora mutorum, quòd autem homini plantauit, & docet hominẽ scientiam, quòd linguis gentiũ desertis non fit, & linguas infantium desertas facit, & ex ore lactentiũ laudem perficit, factus sit infans nesciens loqui, nesciẽs vocare Patrem & Matrem, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius, inquit sponsa: vbi Hebræi, Ego sum dilecti mei, & ad me desiderium eius, *Bien me paga el amor con que*

vide. D. cap.

Cant. 7.

le amo pues siempre piensa en me hazer merced y regalo. Gen.3. ad mulierem dixit Deus, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, vbi, 70. ad virum tuum conuersio tua *seras le subieta, andando conperpetuo cuydado de que quiere: sera menester andar con el a que quiereres boca* (in pœnam delicti quod commisit respõdendo, inconsulto viro) 1. Cor. 7. explicat Paul. quæ autem nupta est, cogitat quomodo placeat viro *Todo su cuydado es andar eolgada de su marido pensando como le dar a contento*. Nunc gaudenter & glorianter proclamat sponsa, hanc sententiam esse immutatam: nam ipse vir quam mulier circundedit conuersus est ad mulierem, ab vberibus eius pendens *todo se le va en pensar como nos hara bien, como nos saluara*, delitiæ eius esse cum filijs hominum *en ninguna otra cosa rescibe contento*, ad literam Lucæ secundo & erat subditus illis *que estara subjeto a vna muger*. Omnipotentissimus ille per quem Pater fecit & sæcula, cum esset Verbum in quo Deus cuncta est locutus, nesciebat vocare Patrem & Matrem. Loquendo cum primo Adam inquit Augu. Tu quondam in Paradiso tam facundus fuisti: vt omni animę viuæ nomina imponeres, propter te autem creator tuus infans iacebat, & nomine suo nec matrem vocabat, alludit Augustinus ad locum Isaiæ. 8. Voca nomen eius, accelera, detrahe, festina prædari, quia antequam sciat puer vocare Patrem suum, Matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, ideſt antequam ministerio carnis possit labijs exprimere huiusmodi voces. Inquirens Epiphanius in ancyroto, quare qui erat sapientia Patris noluerit à tempore Natiuitatis suæ, vsu & motu linguę scire vocare patrem & matrem inquit, Si natus locutus esset, phantasma videretur, & ficta eius natiuitas, non vera; ideo ordinem naturæ in his exteris sequi voluit, vt verum se esse hominem probaret, omittebat vocare patrem: sed quod ad amorem expectabat nẽpe Magos vocare & detrahere spolia quæ diabolus surripue-

2. Cor. 7.

Luc.

Augustin. Hom. 18. Natiuit.

Isai. 8.

Epipha.

rat per idolatriæ ignorantiam, hoc quidem statim fecit *callando y haziendo*, nonne hoc fratres ad maximum spectat amorem? certè si carneum, non lapideum cor habemus, maximo in eum propter hoc debemus amore flagrare. Verè erat Aiot qui vtraque manu pro dextera vtebatur: natura diuina mirabilia operabatur: Natura humana merebatur: iuxta quod inquit Leo Papa, Suscipitur à virtute infirmitas, à maiestate humilitas, vt quod nostris remedijs congruebat, vnus atque idem Dei & hominum mediator & mori ex vno, & resurgere posset ex altero. Conuenientissimum fuit vt diuinum verbum, potius quàm alia persona fieret caro, nã verbum ea quæ in mente sunt manifestat, verbum ergo diuinum, quod ea quæ sunt in mente Patris manifestat, debuit carnem sumere, vt diuina nobis mysteria manifestaret: quemadmodum enim verbum mentale latẽs in corde nostro, inuisibile est; media autem voce, quam motus linguæ causat, visibile fit, & aere vestitum, auribus præsentatur humanis: sic verbum diuinum quod inuisibile erat, & sensibus hominum apparuit, & omnia quę audiuit à Patre nota fecit Apostolis, tanquam Patres nostri, qui per Euangelium nos generunt, enarrauerunt postea nobis mysteria quæ ab illo didicerunt ideo Ioan. 7. Ad patrem, inquit Christus, manifestaui nomen tuum hominibus, quod dedisti mihi dedi eis: fauet Augustinus, tractat. vigesimo nono in Ioannem dicens, quæ est doctrina Patris, nisi verbum Patris? ipse ergo Christus doctrina patris, si verbum Patris. Sanctus Tho. 3. part. humanitatem Christi comparat chartę, in qua celatur verbum imperiale: non linguaprolatum, sed natum ex natura, ideſt quemadmodũverbum imperiale celatur in charta: sic Verbum diuinum natum de substantia Patris, ideſt eiusdem naturæ cum Patre est occultatum sub humanitate: quia igitur Verbum est natum de scientia Patris, & exprimit & declarat om-

Iudic. 3.

Leo ser. 1. Nati.

Rationes quare verbum carnẽ sumpserit.

Similit.

Ioan. Aug.

S. Tho. 3. p. q. ar. vlt. ad vlt.

nia quę sunt in mente patris: hac ratione ipse non Spiritus sanctus, debuit humanam sumere naturam, & ad nos venire, vt doceret nos scientiam, & notitiam Patris: scientia de Deo, quia de re altissima & perfectissima, sapientia est & sapientia dicitur; verbum igitur, quod est Dei sapientia genita per intellectum, debuit carnem sumere, & docere nos hanc sapientiam diuinam: reuelat quidem pater hanc diuinam sapientiam, iuxta illud Matth. 16. caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est, sed non reuelat nisi per filiũ, iuxta illud Ioan. 14. nemo venit ad patrem nisi per me, id est per merita mea & per doctrinam, quam ego primò docui (nullus namque dixerat, ego & pater vnũ sumus, nec de patre expressam fecerat mentionem) vtrunque haberi videtur Matthæi 17. hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite, id est, ipsum dedi præceptorem, per illum doctrinã meam reuelo, ipsum audite; per merita eius reuelo, ideo inquit in quo mihi bene complacui. Conducit maximè ad inquirendum aliquod bonum pro cuius assequutione relinquimus cætera bona, cognoscere & scire illud bonum esse perpetuũ: nam perpetuitas, est cõditio reddens finem appetibiliorem, has rationes annuales census in perpetuum & cætera omnia bona, quanto magis amabilia sunt lege Num. 25. vbi iuxta Numerum annorum Iubilei; erat pretium hæreditatis: ideo Christus Dominus Petro, qui omnia propter Christum sequendũ reliquerat, & de prẽmio interrogabat, respondit, cẽtuplum accipiet & vitam æternam possidebit: verbum igitur, quod ab æterno sine initio temporis erat apud Patrem, debuit hanc vitam æternam nobis manifestare, hæc est vita æterna vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christũ Ioan. 17. Christi Magisterium magnificat Spiritus sanctus per os Dauid Psal. 44. dicens, diffusa est gratia in labijs tuis, ideſt, O Iesu verbum caro, quàm eleganter concionaris, & quanta suauitate viam

Ioan. *Num. 25.* *Mat 19.* *Ioan.* *Psal. 41.*

veritatis doces, eloquia tua dulciora super mel & fauum: cum sermonem facis & aperis os tuum in oratione, & tanquã imbres emittis eloquia sapientiâ tuâ. Eccles.39.omnes stupent, intenti ora tenent, cum silentio audiunt, sicut Regina Sabęa ab ore Salomonis, sic ab ore tuo qui est plus quàm Salomon, animo suspẽsi omnes pendent, quia donũ & gratia dicendi diffusa & desuper infusa est in labijs tuis; ideo sermo tuus placidus & delectabilis est; labia Isaiæ calculo ignito mundãtur. Hieremias puer nescięs loqui, Moyses Balbus est, interprete indigens, aliquando gratia in labijs eorum non erat, cum datur, cum mensura donatur, *son rociados con gracia* sic Dauid, asperges me Domine hyssopo, *vn rocio*, in labijs Christi, diffusa est gratia sine mensura, *a cantaros esta derramada*, insufflauit in discipulos Spiritum sanctũ, igitur in labijs suis diffusa erat gratia & omnia dona Spiritus sancti. *Eccl.* *Pro Dom. infra octa.* *Epiph.*

Gratia in sacris literis pro lege Euangelica accipitur Rom.6.non enim sub lege estis, sed sub gratia, id est sub lege Euangelica, quæ gratiam continet & homines iustificat, quod non faciebat lex antiqua Moysi, dicente Paulo Galat.3.si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia Galat. 2. non iustificatur homo ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi, iuxta hoc dicemus. O verbum caro, gratia ideſt lex Euangelica in ore tuo est diffusa, in ore tuo resonat, lex Euãgelica ex labijs tuis ortũ habuit, ad promulgandam hãc gratiam: gratia optimè dicẽdi in labijs tuis diffusa erat, ideo cum sederet inter doctores Lucæ 2. stupebant omnes, qui eũ audiebant super prudentia & respõsis eius, & videntes admirati sunt. Ardenter nimis hanc Euãgelicam doctrinam Sponsa desiderans dicebat. Osculetur me osculo oris sui. Hiero. in Hom. quæ inter opera eius habentur & Origenis esse dicuntur, legendo oscula in plurali inquit, ideo oscula pluraliter posuit vt intelligamus vniuscuiusque obscuri sensus illuminationũ, oscu- *Roman. 6.* *Galat. 3.* *Galat.2*

lum esse Verbi Dei animam: & iterum. Os sponsi intelligamus virtutem Dei, quę illuminat mentem, & velut sermone quodam amoris ad eam facto, incognita sibi quæque obscura manifestat, vbi latè prosequitur, quòd cum intelligimus abscondita & sentimus bonum affectum, suscipimus osculum: cũ verò non sentimus, oremus dicentes, osculetur me osculo oris sui. Exo. 33. vbi dicitur quòd Moysi loquebatur Deus facie ad faciem, Chaldaic⁹ paraphrastes vertit, loquebatur illi Deus ore ad os, ad literam in Euangelio Matth. Luc. 6. dicitur, aperiens os suum docebat eos, dicens ad discipulos, dabo vobis os & sapientiam: inquit ergo sponsa. Ipsum verbum caro factũ labijs suis me doceat, ipsius ora cõtingere cupio: hoc vnum est quod opto, vt per seipsum me doceat *no me embie mas villetes ni ponga substitutos de la cathedram de su doctrina*, ore ad os mecum loquatur, *a solas a la oreja muy amorosamente*, nunc fratres verbum caro factum est, nunc nos per seipsum verbo & exemplo docet, semen est verbum Dei, bonum semen in agro cordis nostri seminatum est, vtinam faciet fructum cẽtuplum, nè simus terra infructifera. Nõ auditores verbi, sed factores iustificabuntur: nõ omnis qui dicit Domine Domine intrat in regnum cœlorum. Magistri qui in nomine Domini prophetauerunt, & alios docuerũt, soluentes vnum de mandatis minimis, minimi vocabuntur in regno cœlorum: omnis qui audit verba mea hic & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & cecidit, & fuit ruina eius magna. Matth. 7, verum osculũ sponsi, est audire verba & facere quod præcipiunt, iuxta quod, explicans Greg. locum citatum inquit: Os sponsi inspiratio Christi, osculum oris, dulcis amor inspirationis, hoc osculum est quod petere debemus: aliter si verba Dei audimus & in deum peccamus, osculum nostrum osculo Iudæ erit simile: dolen-

Matth. 7. *Simile.* *Exscriptura.* *Greg.*

dum eo quòd multi sunt, qui sic Christum osculantur, in felix sacerdos qui legendo scriptu ras, sumẽdo super cœlestem & supersubstantialem panem, Deum offendens oscula sicut alter Iudas recipit. Videte fratres nè fortè sit in aliquo vestrũ cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt nõ obduretur quis ex vobis fallaci peccato Hebræo.3. arbitramur hominem iustificari per fidem Roman.3. quæ per charitatem operatur Galat. 5. quoniam fides sine operibus mortua est Iacob. 2. Crescite in gratia & cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi: quapropter, fratres, magis satagite vt certam vestram vocationem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando, sic enim abundanter administrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, 2. Pet. 1. ipsi gloria & nunc in diem æternitatis. Amen, 2. per vltimo.

Hebr.3. *Roman.3.* *Gal.5.* *Iacob 5.* *2. Pet. vlt.* *2. Pet. 10.* *2. Pet. vlt.*

DE EODEM EVANGELIO,

CONCIO VI.

Verbum caro factum est.

SECVNDA Trinitatis persona secundũ esse quod à Patre accepit multipliciter nominatur: vt ostendatur Patri consubstãtialis; dicitur (& verè) filius vt in omnibus ostendatur similis & in nullo dissimilis, vt esse solent alij filij respectu suorũ parentum: dicitur imago inuisibilis Col. 2. id est imago non impressa in aliqua materia exteriori visibili, vt ostendatur omnino coæternus Patri, dicitur splẽdor Heb. 1. quia sicut splẽdor Solis est coæternus soli, sic filius Patri, vt ostendatur immaterialiter genitus per intellectum, repræsentans & declarans omnia quæ sunt in mente Patris, dicitur verbum non filius (qui in humanis carnaliter,

Coloss. *Simile.* *Basi.*

cum motu & mutatione gignitur secundum Basi. hom. super in principio) vt Euangelista ostenderet productionem in diuinis esse liberam ab omni mutatione & materialitate: in humanis enim filius ex commixtione parentum generatur. Talis generatio carnalis est, ad denotandum esse liberum ab omni imperfectione, dixit verbum, non filius: verbum insuper dixit non filius, nã in humanis pater moritur viuente filio, sed verbũ mentale productum, est semper coniunctum cum suo principio producente. Filius sic distinguitur à Patre, quod elongatur & separatur ab eo, verbum in producente manet, quamuis ab illo distinguatur; & hoc insinuauit Euangelista cum dixit, In principio erat verbum, idest in Patre erat filius: in humanis filius posterior est Patre, Pater prior filio, verbum instantaneè producitur: ideo non est necesse vt inter intellectum producentis & ipsum verbum productum præcedat prioritas temporis, sed sufficit originis: ideo verbum potius, quàm filius dixit: vt magis manifestaret hanc coæternitatem. Dixit erat lux vera: nam lux simul est cum subiecto lucido, & splendor cum luce: ideo Sapi. 7. dicitur candor. Heb. 1. splendor, in Symbolo Niceno lumẽ de lumine. Athanasius in suo Symbolo lumẽ de lumine, Deum verum de Deo vero; insuper Patre in humanis filius iunior est; dicendo verbum, denotat quod per intellectum producatur, in anima verò non est senectus, nec infirmitas; ideo Ioannes omnia per ipsum, Apostolus, portans omnia verbo virtutis suæ: Athanasius omnipotẽs pater, omnipotens filius: insuper filij nonnunquam degenerant à parentibus, sicut Salomon qui fuit idololatra degenerauit à Dauid iusto, verbum omninò est simile producenti, verbum Græcè idem quod logos, Greg. Nazian. li. 4. Theologiæ, inquit quòd logos idem est quòd definitio, sic verbum appellat diffinitionem patris: diffinitio declarat diffinitum: verbum declarat Patrem, & cuncta quæ in Patre sunt. Pagani in confu-

Euan. quare verbum non filius dixit.

Gre. Naz.

so cognoscunt Deum, ignorant personas: verbum declarat esse personam producentem: diffinitio & diffinitum quodammodo sunt idem, quodammodo distinguntur remouendo dissimilitudinem: Pater & verbum distinguntur & sunt idem in essentia: diffinitio continet diffinitum, sic verbum habet idem esse quod habet pater.

Ly erat, nihil aliud quàm semper significat inquit Chrysost. & alij notanter Euthimius, qui inquit verbum erat non sinit cogitationem tuam terminum inuenire, considera, principium iam antea erat, erat & erat ab æterno erat, reuincitur error Arrij dicentis non fuisse coæternum Patri; & Photini non fuisse ante Mariam coæternitatem filij cum Patre, optimè Ambros. probat ex illo Isaiæ. Ego ipse sum ante me non est alius Deus, hæc coæternitas probatur ex illo Sap. 8. vbi de filio nomine Sapientię. Nondum erant Abyssi, & ego iam concepta eram, ergo fuit ante omnem creaturam, quod apertè docet Euangelista dicens.

Chrysost. Hom. 1. In hoc Euangel. Bed. Euthim. Vide tract. de Trinit.

Omnia per ipsum facta sunt.

Si fecit cœlũ, ergo erat ante omne tempus, si fecit cœlum, ergo creator est, non creatura, si sine ipso factum est nihil, igitur Pater non est alius Deus ab eo, sed vnum commune principium operandi habuerunt verbum diuinum & pater, aliàs sine illo pater omnia faceret verbum diuinum, per quod omnia facta sunt, Dei est Sapientia, quæ postquam vnam de costis Adæ in mulierem ædificauit, sacratissimum vterum Virginis, velut domum sibi ædificauit, vt intra intemerata viscera caro fieret: ideo cum plenitudo temporis venit, creator temporum in tempore nascitur, per quem facta sunt omnia, inter omnia caro factus gignitur, sumpsit in mundi exordio costam de viro, id est, quod fortius erat, repleuit carne infirma, nam carnem infirmam sumpsit, & dedit quod fortissimum erat; nam verbum, per quod facta sunt omnia, caro factum est, Brachium Domini in

carne reuelatum est, sumpsit vile, dedit pretiosum, se ipsum dedit: quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri; placauit patrem, instituit sacramenta quibus efficimur filij Dei, *ô pretioso y estimable priuilegio*, cuncta ab ipso, extra ad ipsum facta fuerãt, vnum nouum ab ipso, non extra ipsum, in fine temporum reseruauit faciendum. Mulier circundat virum, non ætate, sed sapientia: sapientia Dei Patris, humanam sibi carnem quam ædificauit, vniuit. Sapientissimus Salomon rex pacificus Deo domum ædificauit: si-
3. Reg. bi quoque domum, denique ferculum fecit, *vna carroca y cosa portatil*, Deus qui cœlum & terram implet, cui cœlum thronus est, terra scabellum pedum eius, hũc mundum hominibus fecit, sibi sacratissimum Virginis vterum, in quo fuit per nouem mensium spatium ędificauit, nunquid Syon dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, *marauillosa cosa madre y criatura que eoncibe al que la crio*, denique humanitatem, quam fecit sibi vniuit, & vt inquit August. hominem illum non solùm regebat, sicut alios sanctos, sed gerebat, nunquam deserebat, sed vnitum & sibi coniunctum semper retinebat verbum, quod erat apud patrem sine carne, fuit apud matrem in carne, habitabat in cœlis, habitauit in ventre matris, cum Dei patris esset verbum sine carne, noluit esse caro sine verbo Virginis, os
August. est æterni patris iuxta illud Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt spiritu oris eius omnis virtus eorum (per illum quasi per os Spiritus sanctus producitur, non fit caro sine ore matris dicẽtis: fiat mihi secundùm verbum tuum, prolato verbo illo, Virginis ore, verbum patris, os patris, in quo & per quem loquitur pater, carne indutum est. Bene edocta sponsa, quòd filius esset os
Cantic. patris dicebat, osculetur me osculo oris sui, ideſt filij sui: qui est os & verbũ eius, quid de hoc ore procedet, quod non lætificet cor meum? quid petam quod hoc os mihi deneget? *de tal boca no saldra vn disfauor ni cosa que no sea*

gustosa, os eius fauum distillat, sub lingua eius dulcissimum est mel, bene Dominus ad Moysen, ostendam tibi omne bonum. Quæ mens hoc sacramentum, quæ hanc gratiam valet lingua narrare? non hominis, non Angeli, non Archangeli, non alicuius creaturæ, quia omnem superat sensum, omnem transcendit intellectum, quòd creator omnium, per quem omnia facta sunt, se angustiauit in carne, cœpit habere humanam patriam, ciuitatis Iudaicæ cœpit esse conciuis, omnium parétum ipse parens parentes habere cœpit; sed ipsa materia ex eo quòd ineffabilis est fandi tribuit facultaté, quia non potest deficere quod dicatur, dum non potest esse satis quod dicitur. Quãdo fugati sunt exercitus Syrię leprosi, qui primò cognouerunt fugam dicebant; non rectè faciemus si tacuerimus, & noluerimus nuntiare; sceleris quidem arguemur; congruit quidem nobis hoc, fratres, in hac sacratissima festiuitate, Dauid nè argueretur Psalm. 97. dicebat: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, ab initio sæculi multa mirabilia fecit, sed nouum & stupendum mirabile fuit, quòd Verbum caro factum est, hoc quidem nouum nolite silentio occultare, nouo facto miraculo, nouum canticum cantate, *nueuo cantico à nueua maraui lla*, nè sceleris arguamur, dicamus, quòd leprosi mundantur; quòd dæmones effugantur; quòd pauperes euangelizantur; inopes ditantur; captiui redimuntur, cęci illuminantur, reges & potentes iugo Christi subijciuntur; atque adorant quem vident in cunabulis: res omnino mirabilis promulganda inter cunctos terræ habitatores, quòd Dominus & habitator cœli, inter nos habitare dignatus est: vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinceret pia in nos affectio, alliceret humanitas & Dei benignitas, quos dominatio fugarat, metus dispersérat, amari voluit, ideo ad nos venit, ad nos descendit, & humiliatus est. Euangelista nullo modo sceleris argui potest, quia omnibus modis, hoc nouũ, hoc admirabile mysterium

Ex Leone.

4. Reg. 7.

Simile.

commendat & prędicat. Laudabãt antiquitus Romam, magnam insignémque ciuitatem, ab imperij antiquitate, à magnitudine, à pulchritudine, à diuitijs: sic noster Euangelista, Ciceronem, & Quintilianum atque omnem humanam rhetoricam superans, ab Spiritu sancto mirabiliter edoctus, laudat & magnificat Christum, ab antiquitate, quia in principio erat verbum, id est, ab æterno, vt iam diximus: à maiestate, quia Deus erat verbum, id est, verbum erat Deus, Deus autem (vt inquit propheta regiæ dignitatis) magnus est Dominus, laudabilis nimis; laudat à diuitijs dicens, Omnia per ipsum facta sunt, id est, omnia fecit, cuncta creauit, nil est quod sibi subiectum non sit. *Simile.* Videntes domos eburneas, palatia ingentia, ciuitatem magnam in quadro positam, altissimos habentem muros, mente suspensi, animo eleuati laudamus opificem ac Architectum; insuper principem potentissimum, cuius iussu & imperio ędificium sumptuosissimum fuit constructum; *dezimos del architecto cabeca que tal trazo, del otro, o poderoso principe que tal pudo.* O verbum, in quo condita sunt vniuersa, ô verbum, per quod facta sunt omnia, suo imperio omnia facta sunt; laudat eum à pulchritudine, quia erat lux vera, quia plenus gratiæ & veritatis: laudat à diuitijs, quia de plenitudine eius omnes accepimus: laudat à benignitate & humanitate dicens, verbum caro factum est, habitauit in nobis, *grande, humano, benihno es y afable*, sic Christus de seipso Matth. 11. vt homines attraheret dicebat: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, Iugum meum suaue est, onus meum leue, *rico soy naide me dexe por pobre*, mitis sum, *y nai de me dexe por aspero*, onus meum leue est, *naide me tenga por pesado*, hæc sunt, quæ aliquem, à sequendo & amando alium retrahunt, aut attrahunt; magnus in medio tui sanctus Israël dixit Isaias, *grande y bueno es tu Dios*, Hispanè dicimus, *gran de y malo*, verbum caro, plenus gratiæ & veritatis: non sic, sed magnus in medio tui sanctus Israël, *grande y bueno muy afable*, quia in medio tui,

Pro S. Mathia & Patre nostro ser. 1.

Isa. 12.

ô que humano, vnusquisque quæ sua sunt laudat, *cada buhonero alaba sus aguxas*, sic mercator volens suas diuendere merces, eas laudat, *si vidrio es de Venecia, si raxa de Florencia, &c.* sic Euangelista omnibus modis Christum laudat, magnificat & commendat; exploratores terræ promissionis maximè eam laudabant, & in testimoniũ vbertatis eius, fructus quos collegerant ostendebant dicentes, venimus in terram ad quam misisti nos quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: fructum Dominicæ Incarnationis ostendit Euangelista dicens, dedit eis potestatem filios Dei fieri. O hominũ vecordia, ô malum irriguis lachrymis plorandum, quod non est qui recogitet corde, quantus sit iste, quem carnem accepisse credimus, vana & falsa promissione inimicus, id est, diabolus (sic dicitur Matt. 13.) serpens callidior cunctis animantibus ad Protoparentes accessit Gen. 3. dicens, eritis sicut dij: statim eum sunt secuti, venit amicus homo, vnigenitus Dei filius, dedit nobis potestatem filios Dei fieri, non est qui hanc toto corde exoptet filiationem, desiderãt homines Regum, principum, atque potentum esse ministros; & nolunt miseri filios Dei fieri. Vt Iacob, Rachelem accipiens gener fieret Laban; Sichem filius Emor Dinam, multa perpessi sunt: pro nihilo nos filios Dei fieri æstimamus. O cæci intuemini, & videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus. Cum Dauid vocasset Bersabæę dixit ei, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me. Summisso Bersabæę in terram vultu adorauit Regem dicens, viuat Dominus meus Dauid in æternum; ecce verbum caro promittit nobis Regnum ęternum, submittamus vultum, reputemus magnum, quem videmus puerum paruulum, agnoscamus altum quem videmus humilem, adoremus in terris, quem Angeli adorant in cœlis: offeramus ei dona, qui pro nobis egenus factus est; si desunt dona, referamus gratias pro ac-

Simile. *Num. 13.* *Matth.* *Simile.* *Genes.* *3. Reg. c. 51.*

ceptis donis; hoc enim sufficit, quia bonorum nostrorum non indiget, diues est.

Rationes quare verbum carnẽ sumpserit. Simile.

Conuenienter de hoc verbo, per quod facta sunt omnia dictum est, quòd caro factum est, quia omnis Artifex, per formam artis conceptam, qua artificium condidit, si ipsum collapsum fuerit, restaurat. Facilè est exemplum ponere in artifice, qui hanc fecit domum, aut hanc vestem: quemadmodum enim à principio fecit per imaginem interiorem: quam in imaginatione sua habuit, sic postea restaurare potest illam, sine exteriori exemplari: homo vnum est, ex his quæ per verbum facta sunt, collapsa fuit humana natura: debuit ergo per verbum, per quod omnia facta sunt reparari.

Athan. Docet hoc antiquus Athanasius libro de humanitate verbi dicens, vt per quem rerum naturam condidit Pater, per eundem quoque eam incolumem, & saluam

S. Tho. præberet: docet Sanctus Thom. tertia parte quæst. 3. articulo octauo dicens, prima rerum creatio facta est à potentis Dei Patris verbo, ideo recreatio per verbum

Chrysost. Hom. 10. in Ioan. fieri debuit, vt recreatio creationi responderet. Cecidit natura nostra (inquit Chrysostom.) eo casu, vt restitui nullo pacto à quoquam, nisi ab illa potentissima manu posset, nec enim aliter exurgere poterat, nisi qui in principio illam effinxerat, manum porrexisset: verbum igitur quod est manus (Metaphora est, caue nè dicas instrumentum, quod alterius est naturæ à principali agente) per quam Deus pater omnia fecit, debuit carnem sumere, vt manum homini porrexisset, & de puluere eum suscitasset; diuini Verbi incarnationem

Psalm. sub metaphora & similitudine manus postulabat Dauid cum dicebat: Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis; id est, ô tu pater æterne, qui es in cœlis, per claram manifestationem tui (nam per essentiam, potentiam, & præsentiam vbique est) mitte manum tuam, id est, Verbum tuum, per quod omnia facta sunt, vt me liberet de miseria peccati, vt

porrigat manum & liberet me de lapsu, vbi notat Hieronymus, quòd qui manum extendit, in eodem loco, immobilis remanet: sic verbum assumens carnem, non discessit à patre, nec fuit ab eo separatus, hoc ipsum nomine brachij postulabat Isaias, cap. 51. dicens: Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: nomine brachij, verbum diuinum intelligitur, quia est fortitudo patris, quia ab ipso omnia continentur, & virtute eius sustentantur, Isai. 53. Quis credidit auditui nostro, brachium Domini cui reuelatum est? nomine fortitudinis, humana intelligitur natura, quia licèt infirma esset & passibilis, coniuncta verbo, quod est brachium & fortitudo patris, fortissima erat, fortem armatum, id est diabolum vicit, & spolia surripuit. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. 1. ad Corint. 1. idest, quod in deo est infirmum, caro assumpta est (nam diuinitas summè potens & infinitæ virtutis est) hoc infirmum potẽs est diabolum vincere, omnem virtutem dæmonum superare, genus humanum redimere. Fingat ergo concionator hominem infirmum, alto & profundo iacentem, vel cęnoso quodam loco existentem, clamantem atque auxilium à transeuntibus petentem, sic erat genus humanum: misericors pater misit manum suam, id est, Verbum, quod ab eo procedit, sicut manus ab homine, vt hominem eriperet, & de profundo lacu miserię liberaret. Erant quidem tres illi pueri in Babylone, in camino ignis, missus est quidam Angelus similis filio Dei, qui eos inde eriperet: nunc non Angelus, sed magni consilij Angelus missus est, vt nos liberaret. Ad hoc alludit Paulus Hebr. 2. dicens: Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, *resbalando la humana naturaleza el verbo le dio la mano*. apprehendit illam, id est, manu subleuauit & retinuit: Ego quasi nutritius Ephraim, *fue Dios ayo y braeero de la humana naturaleza*, super hæc verba Chrysost. homil. 5. super epistolam ad Hebr. inquit, quid est autem appre-

Hieronym. *Simile.* *Simile.* *Dan.*

hendit? quare non dixit suscepit? ex metaphora insequentium eos qui auertuntur, & omnia facientium, vt fugientes occupent: fugientem quippe naturam humanam & longè fugientem insecutus apprehendit: ostendit, quoniam misericordia sola ex gratia hæc fecit, sic pater puerum labentem, auceps accipitrem apprehendit: ad hoc alludit Hierem. 31. dicens: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui, *yuas te me de entre las manos como anguila te resbalauas, asite porque no te fuesses*, cum aliquis aliquem subleuat dicimus Hispanè, *segnor ayudaos*, & per apostopesim, *sino os ayudays*, id est, nil mirum quòd non possim te subleuare, nisi tu ipse auxilio meo coneris de puluere surgere: ô hominum miseria! ô filiorum Adam malitia; misit Deus pater manum suam, vt subleuaret te de puluere, tu auertis manum tuam, & pauperi indigenti contrahis: subleuat te, tu peccatorum tuorum sarcina grauatus, non simul cooperaris & conaris ad surgendum de puluere, sed descendis ad ima, amas terrena: nunc concinit illud, filij hominum vsquequo graui corde? Scitote quod dixerit Augustinus: Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te; suscitauit quidem Eliseus puerum filium Sunamitis sine operatione pueri, quia omnino mortuus non habés vsum rationis, imò nec animam, sed Naaman leprosum nullo modo sanauit absque eiusdem Naaman consensu, de eundo ad Iordanem: si non iret & non obediret nullo modo esset sanatus: puerum paruulum sine vsu rationis sanat Christus in Baptismo sine operatione pueri, adultum habentem vsum rationis nullo modo sanabit nisi lachrymis, & interiori contritione de commissis penituerit, vt noua non committere proposuerit. Quid quęris regnum Dei possidere, stare in loco sancto eius, cum non sis innocens manibus & mundo corde? locus agendi contra omne vitium. Non solùm ad antiquum, pristinúmque honorem, natura nostra per verbum caro factum restituta est, sed ad maiorem subue-

Simile. *Simile.* *Psalm. 42.* *4. Reg. 4.*

uecta est, primum docet Chrysostom. Hom. 11. in Ioannem, dicens, quemadmodum corpora benè curata, non in bonam tantum valetudinem, sed in bonum quam primum habitum restituuntur: sic animas Deus, non à vitijs solùm purgauit, sed ad ipsum mox virtutis cacumen extulit (probat hoc) Publicanus Apostolus factus est; persecutor blasphemus, calumniator, orbis terrarum prædicator apparuit, Magi Iudæorum magistri effecti sunt; latro Paradisi Ciuitate donatus: meretrix incredibili fide refulsit: Cananea fidei sedulitate effecit, vt filiæ anima à malo dæmone liberaretur. Samaritana & ipsa fornicatrix ad ciues suos, Prædicatoris munere functa Ciuitatem totam irretiens, vniuersos in fidem Christi traxit, & alij longè his peiores statim in discipulorum numerum accepti, omnes repentè corporis ægritudines, omnes animi affectus, mutauerunt, & in sanitatem ipsúmque virtutis opificem euaserunt. Iuxta hoc legimus Exod. 32. post quàm Moyses fregit tabulas, ob adorationem vituli, orauit pro populo & Dominus placatus, maiora quàm antea illi concessit, nam Exod. 33. apparuit gloria Domini, & ostendit illi Dominus omne bonum, & c. 34. alias duas tabulas, instar priorum concessit. Ioseph in Ægypto, Hester & Mardochæus in Perside, Daniel in Babylone, plus honoris accipiũt post captiuitatem & seruitutem, quam habuerunt antea à seruitute liberi, Iob quoque viro simplici ac timenti Deum, post acceptam plagam, plura restituuntur bona, quàm antea habuerat, vide Medinam tertia part. quæ. 8. art. 4. dubio an Christus dominus fuerit caput Angelorum, vbi docet ex S. Thom. operationem hominis fuisse efficaciorem ad merendum vitam æternam quàm operatio Angeli: quia operatio hominis fundatur in meritis Christi, ergo ex Christo, maior gratia habetur quàm haberetur ex Adam: nam gratia Adæ non creditur fuisse maior quàm gratia Angelorum: sed de beatissima Virgine est certissimum omnes Angelos superasse

Chrysost. *Simile.* *Matth.* *Paul.* *Magdale.* *Cananæa.* *Exod. 32.* *Med.*

sanctitate & puritate, & maiora à domino accepisse do-
Genesis. na: ergo, est optima figura Genes. 45. vbi dicitur, quòd Ioseph fratri suo Beniamin dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, cæteris fratribus binas stolas tantum: sic Deus matri plus quàm omnibus Angelis, plus quàm omnibus sanctis: Apostolis si non plus quàm Angelis, saltem plus quàm alijs sanctis dedit, hos enim plus alijs amauit. O quantũ hunc Deum nostrum magnificare & laudare, atque toto corde diligere debemus. Iudæi magnificantes idolum dicebant falso, [hi sunt Dij tui Israël, qui eduxerunt te de terra Ægypti,] indubiè iudicantes debere gratias agere ei, qui eduxit illos de terra Ægypti, de domo seruitutis. Iudith canebant filię Hierusalem. Tu gloria Hierusalem, tu honorificentia populi nostri, & denique nullus est vitio ingratitudinis liber, si pro beneficijs acceptis non referat gratias: quam gratiam, quam mercedem referemus Christo qui sic nos liberauit, atque in pristinum restituit honorem? honorauit assumendo naturam, honorauit liberando à potestate diaboli: Ideo permisit Deus hominem in peccatum labi, vt experimento discens, vnde liberatus est, semper gratus existat Domino, vt eum plus
Extraneo. 3. aduer. hæ reses. c. 2. diligeret, & intelligeret homo, quoniam Deus potens est conferre mortali immortalitatem, & temporali æternitatem, nam medicus in eo qui ægrotat probatur: ad liberandum nos à morte, sumpsit carnem mortalem, vt vincendo infirma carne magis ostenderet virtutem spiritus qui in eo erat, quemadmodum maior apparet virtus agentis, quando infirmo operatur instrumento. Fratres, serpens dixit, eritis sicut Dij: si hinc initium habuit peccatum, nunc quando Deus factus est homo, possumus esse sicut Deus, simus humiles sicut Deus in præsepio, pauperes sicut Deus in diuersorio, vt sic assequamur hîc gratiam, postea gloriam, quam mihi & vobis, &c.

IN FESTO CIRCVNCISIONIS.

Præludium.

A Tempore lapſus Adæ in quo omnes peccauerunt, ſemper ad remiſſionem originalis peccati neceſſarium fuit aliquod remedium, docet Gregor. libro 4. Moral. cap. 2. refert Magiſter in 4. diſtin. 1. c. 7. vbi inquit, quòd apud nos valet aqua baptiſmi, hoc apud veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus ſacrificij. Amplectendo verba Gregorij vt ſonãt, tenet S. Thom. quòd in lege naturæ ante Abraham ſola fides offerentis puerum abſque aliquo ſigno exteriori ſufficiebat ad remiſſionem originalis peccati, Sco. in 4. d. 2. q. 3. manifeſtius q. 7. Durand. q. 8. Palu. q. 5. docet quòd vltra fidem requirebatur aliquod ſignum exterius, per quod applicaretur fides, quod manifeſtè docere videtur Cyprianus ſermone Circunciſionis. Accedentibus ſalutis temporibus, cum voluit Deus vnigeniti filij ſui Aduẽtum in carne reuelare, & Abrahæ promittere, educẽs illum de terra ſua, & de cognatione ſua, dixit illi. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te, quia Dei perfectâ ſunt opera pro propagando & multiplicando populo, terram lacte & melle manantem promiſit dicens. Dabóque tibi & ſemini tuo omnem terram Chanaam in poſſeſſionem, *diolerenta con que ſe ſuſtentaſe*, hoc ſecundum ſequebatur ad primum, quia in neceſſarijs nunquam Deus deficit; primus parens per inobedientiam diſplicuerat, vt pater multarum gentium, per obedientiam placeret, ſtatuens Deus pactum cum illo dixit illi. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos & ſemen tuum poſt te; circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit ſignum fœderis inter me & vos: vnde conſtat, ideo illi hoc præce-

Gregor. *S. Thom. 3. part. qu. 70. art. 4.* *Scot.* *Dur.* *Palud.*

pisse, vt hoc signo à cæteris nationibus Dei populus discerneretur; sicut cum Dominus seruum, aut gregem seruili nota signat & inurit, *Io hierra para que se conozca.*

Determinans Circuncisionis tempus, inquit, infans octo dierum circuncidetur in vobis, & hoc est quod nunc inquit Euangelista. Postquam impleti sunt dies octo, vt circunciderétur puer.

Instante periculo mortis, poterat sacrificio aliquo originale deleri, sic enim sanctificabantur fœminæ: Quamuis inter Abraham & tēpus Incarnationis, Moyses Dux & populi Dei legislator, medius fuerit, adhuc perdurabat Circuncisio, quia Leuit. 12. Dixit Dominus Moysi, si susceptо semine peperit masculum immunda erit septem diebus, & die octauo circuncidetur infantulus, vnde constat apertè, quòd Dominus Iesus non tenebatur legi Circuncisionis. Quia non fuit conceptus ex semine viri, eluceſcit etiam illud Saluatoris. Moyses dedit vobis Circūcisionem, non quia ex Moyse, sed quia ex patribus.

In illo autem corporis membro fiebat per quod fit generatio, in illa verò parte quæ voluptatum est seminarium, & libidinis officina; per illud membrum aliquis fit filius Adæ & originale transfunditur, ibi debuit medicina applicari.

Ioan. 9. Multis de causis fuit Circuncisio instituta. Primò, vt habetur in textu, vt esset signum fœderis, quia homo sensibilis, non solùm mente, sed signo sensibilis, debet Deo seruire: secundò vt hoc signo, ab alijs populis & nationibus distinguerentur Dei cultores. 3. vt figuraret baptismū in quo spoliamur homine veteri, iuxta quod *Coloss. 2.* ad Colossen. 2. circuncisi estis Circuncisione, non manu facta in expoliatione corporis, sed in Circuncisione Iesu Christi, consepulti ei in Baptismo.

Fiebat effusione sanguinis, vt significaretur Passio Christi, cuius effusione sanguinis originale remittitur. Non erat necessarium, vt Circuncisio fieret in templo,

ſed extra templum, A non ſacerdote fieri poterat, ideo hîc, non fit mentio de templo, ſicut die Purificationis, hæc ſunt agnoſcenda & ſupponenda ante concionem.

IN FESTO CIRCVNCISIONIS,

CONCIO I.

In ſudore vultus tui, Geneſ. 3.
Vt circuncideretur Puer. Lucæ 2.

ISAIAS non ſolũ Propheta, ſed propè Euãgeliſta, loquẽdo de Chriſto inquit, vocabitur nomẽ eius admirabilis cõſiliarius, conſiliũ enim habitũ eſt cum illo, de faciẽdo homine ad Dei imaginẽ & ſimilitudinẽ, conſiliũ de reparãda ruina primi hominis: ad humanum genus redimẽdum, carnẽ ſumere voluit: imò etiam ſi Adam non peccaret, ſumeret: *Geneſ. 2.* quia delitiæ eius eſſe cum filijs hominum, ſiue in gratia, ſiue in peccato homo ſit, adeo humanum genus diligit Deus, quòd ex hominibus eſſe poſſit. Bene oſtendit coſtaticus ille ſomnus protoparẽtis. Immiſſit (inquit ſacer text.) ſoporẽ in Adam, cúmq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & ædificauit Dominus Deus coſtã quam tulerat de Adam, & adduxit eam ad Adam. Tunc protoparens è ſomno & ſopore, quem mirabiliter in illum miſſerat Dominus cum ſurrexiſſet, illámque quam ſibi Dominus in ſociam dederat, cuius ſpecie fuit oblectatus vidiſſet, protupit in vocem atque dixit, hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: promulgauit Protoparens iura connubij, veritatem hiſtoriæ: hiſtoriam quidem, quia de viro ſumpta eſt; iura connubij, propter hanc relinquet homo patrem & matrem: Accedit Pau- *Epheſ. 5.* lus vas electionis, cœleſti lumine, quod deſcendit à

Patre luminum, desuper perfusus, & transcendens cacumina montium, & quidquid sub ambitu cœli continetur, dicens; sacramentum hoc magnum est, ego autem dico inter Christum & Ecclesiam, sacramentum est non paruum, sed magnum: quia superni & magni Principis continet absconditum Incarnationis sacramentum, altum mysterium, occultum secretum, ego qui Paulus, qui quondam Saulus, Ecclesiæ persecutor, paternarum traditionum emulator, dico esse inter Christum & Ecclesiam. Primus homo tanquam de terra terrenus, de terreno agat connubio; minister ego hominis cœlestis de cœlo descendentis, omisso terreno connubio, figuram spiritualis connubij inter Christum & Ecclesiam hîc agnosco, ex tunc quidem lineas quasdam, figuras quasdam aduentus in carne præmittebat, *subio de punto el canto llano de Adam*, decursus sermonis aperire non sinit tot quot hîc mysteria cõtinentur, ex sanctis patribus supponendo, hîc contineri figuram Ecclesiæ, quæ formata est de latere Christi dormientis in Cruce, ad præsens consideremus, quomodo statim quòd Adã fuit formatus, costa de eo sumpta est, illic conspiciemus cum Apostolo esse figuram Christi, qui statim, quòd natus est, & in præsepio est reclinatus, Præputij pellicula est percussus, vt ædificetur Ecclesia; iuxta metaphoram ędificij, dicemus, quòd nunc fundamenta eriguntur Ecclesiæ nouæ, cuius fundamẽtum est Christus, aliud autem fundamentum nemo ponere potest. Cum nouum fundamẽtum erigitur: pretiosum aliquod Numisma in fundamento iacitur: præputij pellicula velut fundamentum primum est huius ædificij: hîc sanguis velut liquor quidam est: quo terra madefit cum fundamenta aperiũtur: Christi lachrymis, virginis vbera fuerant perfusa, vestes aspersæ; nunc, terra sanguine: sanguine eius, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirãtur. Costa Adæ puri hominis erat: sanguis Domini mei Iesu Christi, sanguis est hominis Dei, *hõbre Dios, Dios hõ-*

Símile.

ire, hombre nigno nigno Dios, corrámos la cortina, aperiamus mysteria, ostendamus veritatẽ succesſiſſe figurę; ille primus, cui Dominus tunicas fecit pelliceas, triſtis è Paradiſo egreditur: eſu ligni vetiti intumuit venter eius & neceſſe fuit vt ſudor per poros emanaret: ideo ad illum, Deo iuſtè iudicante, dictũ eſt [In ſudore vultus tui, &c.] Secundus Adam pannis inuolutus proprium effudit ſanguinem, propriáque nunc exuitur carne, id eſt, pellicula: vt gratia, quæ eſt veſtis nuptialis, hominem induat: cognouit Adam eſſe nudum, cum peccauit. Rectè quidem, quia corpore mentéque nudus erat; quid fecit ecundus Adam? humanam ſibi induit naturam, vt obediétiæ faciat fructus, & exuit ſe tunica ſua, vt totum humanum genus cooperiret. Ecce nunc incipit exuere ſe tunica ſua, *como quien quita vn boton*. Ecce nunc vox turturis audita eſt in terra noſtra. Nunc gemitus, nunc lachrymæ; Eccè nunc tempus putationis aduenit, amputa vitem, Aprilis tempore, decurrit aqua, amputa vitem veram, decurret ſanguis, verè nunc vineę floruerũt, verè nunc ſuum dederunt odorem: lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, dat fructum in tempore ſuo; humanitas coniuncta erat verbo, quod eſt fons aquæ viuæ, (ſicut fluuius à fonte, procedit à patre. O Domine extẽde pallium tuum, vt non reueletur turpitudo Protoparentis: extende pallium, vt interius non ſit nudus: extende pallium, nè in conuiuio nudus repertus ſine veſte nuptiali in tenebras proijciatur exteriores. Acceſſit Ruth ad Booz, interrogata quæ eſſet, reſpondit. Ego ſum Ruth, Ancilla tua, expande palliũ tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es. O Domine Ieſus, extende pallium in humanam naturam quæ nuda eſt, extende, quia propinquus eſt rex noſter Chriſtus, amputate præputium carnis; non extendatur ſed amputetur vt poſſitis vos cooperire; diuiſit Martinus cũ adhuc cathecumenus eſſet pallium ſuum; Chriſti caro amputatur, nè ira Dei Patris nos nudos inueniret. Si Saül Da-

Cãtico. 2.

Simile.

Matth. 22

Ruth. 3.

uidem vestibus Ionathæ vestitum videret, forsan non illum cognosceret. Induimini, ô fratres, Dominum Iesum Christum, induimini eius humilitatem, eius obedientiam & paupertatem, præcipuè illam, quæ est spiritu; nam beati pauperes spiritu.

Pro S. Martin. potest locus deseruire.

Grande Spectaculum, iudicium terribile in Circunciſione filij Dei, coram oculis nostris, propositum est fratres, dicente Apostolo, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum. Quare vnigenitus sanguinem fuderit, quare vsque ad mortem factus fuerit obediens Paulus (vt videtis) aperit dicens, ad ostensionem iustitiæ suæ, dicat impius, scientiæ & viarum Domini ignarus, quòd olim Deus hircorum & vitulorum sanguine, antiquorum patrum peccata delebat, quòd prodigè cum humano genere agebat, quia liberaliter delicta condonabat, occurrit Paulus dicens, proposuit propitiatorem ad ostensionem iustitiæ suæ. Si dux, si Comes, si Princeps, aut Monarcha, seruum non facientem voluntatem suam acriter puniret, iustitiam ostenderet; sed si pro seruo, filium, & hunc vnigenitum, acerrimè puniret vsque dum animã exhalaret, profectò tũc vtrumque simul ostenderet & iustitiam, & misericordiam: misericordiam quia filium, pro seruo misero liberando puniebat: iustitiam, quia vindicabat offensam. Eccè nunc proponit exterius propitiatorem, quem ab æterno proposuerat, vt cum misericordia iustitiam ostẽderet, Hispanè, *te go propoſito de hablar en cabildo ô conſiſtorio, ô dezir eſto ô à quello*, cum postea verbis manifestatur propositũ interius, dicitur etiam proponi, more scholastico facilè est dicere, est propositio mentalis, & vocalis, concionator ad exemplum manifestum & commune recurrat, proposuerat Deus, ęterni consilij sui decreto filium propitiatorem in mundum mittere: nunc exterius proponit. De hoc exteriori proposito loqui-

Rom. 3.

Simile.

Simile.

tur Paulus cum inquit, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei. 1. ad Thimoth. 3. magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, apparuit angelis, prædicatum est gentibus: ideo inquit, Quem proposuit propitiatorem, intellige secundùm consilium voluntatis suæ Ephes. 1. Nunc proposuit, id est, nunc exterius posuit, & manifestauit in Ecclesia. sicut Exod. 15. propitiatorium erat in Templo, [perfidem in sanguine ipsius,] ideſt, ipse est propitiatio & redemptio per effusionem sanguinis, applicatur verò nobis per fidem, quia qui non credit Christum fuisse mortuum pro nobis non habet filium, & qui non habet filium Dei, vitam non habet. [ad ostensionem iustitiæ suæ] ideſt, vt ostenderet Deus iustè agere cũ peccatoribus, exigendo effusionẽ sanguinis & mortis, qua Adam erat dignus; nam dictum est, in quacunque hora comederis; hãc iustitiam ostendit Deus exactissimè & perfectissimè dũ hoc ipsum à proprio filio suo exegit, quia voluit pro Adam satisfacere, hanc iustitiam exegit Deus in remissionem præcedentium delictorũ: Remisserat quidem peccata patrum, qui Christum præcesserant ex meritis Christi præuisis: ad ostensionem iustitię suæ, hoc exegit cum fuit in carne, & hoc noluit dispensare cum à Christo fuit exoratus in horto: ex nunc ostenditur iam ista iustitia, ex nunc videmus iam hoc grande Spectaculum, quia iam Christi sanguis funditur.

Thim. 3. *Tit. 3.* *Ephes. 15.* *1. Ioan. 5.* *Num. 16.*

Si montes caderent super nos, si cœli ruerent & virtutes cælorum commouerentur: & mũdi machina dissolueretur, & omnes homines damnarentur, terra eos deuorante sicut Dathan & Abyron, & inferni ignis ad nos vsque perueniret, & denique si cuncta redigerẽtur in nihil, non sic Dei iustitia appareret sicut in effusione sanguinis & morte filij Dei apparet, qui vitam hominis Dei vniuerso pręponderat mundo: adde amplius, quòd in prædictis iustitia solùm appareret non miseri-

Bernard. ser. 3. Natiuitatis.

cordia, hîc maior ostenditur iustitia, & Dei misericordia qui pro impijs mortuus est. Considerationere medij periculi mei æstimo quantitatẽ, sanus mihi videbar, & ecce mittitur virginis filius Dei altissimi & iubetur occidi, vt vulneribus meis, precioso sanguinis illius Balsamo medeatur, agnosce ô homo quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. O si homines suorum criminum grauitatem considerarẽt, in ostensione iustitiæ Dei, in effusione sanguinis Christi hoc spectaculum in exordio noui anni positum est, velut Christalinum speculum, in quo maculas suas agnoscant homines, & videant nõ esse vile contemnendum, pro quo pretiosissimus Christi sanguis funditur: leue & facile Adam suum existimauit peccatum & omnes nascimur filij irę, Dei inimici, & ex ossi, è Paradiso ille eiectus est, denique necesse, ideſt, magis conueniens fuit, vnigenitum Dei filiũ pro illo redimendo, sanguinem fundere: & denique mortem pati. Leue existimauit Dauid populum numera-

3. Reg. 14.

re, sed grauitas pœnæ grauitatem ostendit delicti, mea est vltio, ego retribuam eis in tempore: ad Dauid mittitur Gad Propheta dicens, trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris, aut septem annis veniet tibi fames; aut, tribus mensibus fugies aduersarios tuos, aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua; Primus Adam fuit forma futuri, ostensio iustitiæ in effusione sanguinis secundi Adam, forma iudicij futuri: audi me, percipe discursum decursumque sermonis, hîc est iustitia & misericordia, offendis nũc Deum tantæ misericordię beneficium contemnendo, retrahet Deus misericordiam, & manebit iudicium & iustitia sine misericordia, voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam

Heb. 20.

expectatio iudicij & ignis æmulatio quę consumptura est aduersarios, ac si dixisset Paulus, antiquitus plura

erant ſacrificia & hoſtiæ, poterat quis offerre hoc vel illud, aut par turturum, aut duos pullos columbarum, poſt acceptam notitiam veritatis, ideſt, legis Euangelicæ omnia antiqua ſacrificia ceſſarunt, & ſunt euacuata, non ſolùm eſt modò vnum ſacrificium, voluntariè peccantibus, ideſt, peccantibus ex malitia, qui volunt manere in peccato, qui contemnunt tantum ſacrificium & hoſtiam, qui ponunt obicem nè eis proſit paſſio Chriſti, qui fuit vnicum ac ſalutare ſacrificium, & hoſtia non relinquitur alia hoſtia, ſolùm reſtat vt talis damnetur: quia voluntariè peccat, ideſt, ſciens & volens, perſeuerat in peccato vſque ad mortem *toma por juguette el peccado*, terret eos à peccato per ſubſtractionẽ remedij & comminationem pœnæ, Hiſpanè *tomallo o dexallo no ay mas*, aut Chriſtum non offendere, aut perpetuam damnationem pati pro anima res eſt, *la ſaluacion va en ello.* *Ber. ſer. 3. Natiu.*

O quanta eſt grauitas cuiuſcunque mortalis delicti, ſed ô quàm maior eſt Domini Ieſu Chriſti miſericordia. Grauẽ (inquit Bernard.) agnoſco morbum cui tãta opponitur medicina, ſed ex hoc ipſo non incurabilem eſſe, coniector, &. Ser. 1. Natiuit. qui inter eius opera habetur, hęc ſiquidem effuſio ſanguinis rapit affectũ meum, & iſtorum memoria incaleſcit cor meum, iuxta prædicta. Ego dicam, quòd myſterium Circunciſionis oſtendens iuſtitiam, terret cor meum: ſed quia proponitur, vt propitiatio mulcet cor meum: hoc enim ſanguine curatur & circumligatur vulnus meum, videns Circunciſionem, non eratſtupor ſpiritus in me, nec halitus manſit in me, videns oſtenſionem iuſtitiæ delicti mei, concuſſa ſunt præ timore omnia oſſa mea, dixi, indignus ſum leuare in cœlum oculos meos, ſed audiẽs dulciſſimum nomẽ eius, (quod puero circunciſo imponebatur,) reuixit Spiritus meus ſicut reuixit Iacob; audiens filium ſuum regnare in Ægypto, illud nomen dulciſſimum eſt medicus in Galaad, ideo obducta eſt *Bernar. ſe. 3. Natiu.* *2. Parali. 9*

cicatrix mea, & sanatum vulnus meum. 2. Reg. 12. dolés
2. Reg. Dauid, dixit ad Natham, [peccaui Domino,] dixítque Natham ad Dauid [Dominus quoque transtulit peccatum tuum,] cum hac misericordia, fecit iustitiam: nam in sui delicti pœnam mortuus est filius Bersabeæ: facit Deus pater misericordiam nobiscum, veruntamen ad ostensionem iustitiæ suæ, proprio filio vnico non par-
Gen. 9. cit, sed mori & sanguinem fundere vult. O Iesus salus mea! in hoc ego sperabo, in hoc ego delectabor, hoc Saluatore de inimicis meis liberatur anima mea, sicut Daniel de lacu Leonum, & Ioseph de carcere, hac salute saluatur anima, sicut Genes. 19. in quodam monte
Psal. 102. Loth saluauit. Animam suam, Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Qua causa, quo motiuo, ex quo beneficio vinctũ & obligatum, ô Dauid te agnoscis? qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam hac ratione laudo, *porque es mi Saluador* [Redemptor.] Hoc est Iesus. Prosequamur discursum & iuxta ea, quæ diximus de Circuncisionis mysterio, dicamus de hoc Sanctissimo nomine: diximus in mysterio vtrũque simul inueniri, nempe misericordiam, quia ex amore pro miseris circuncidi voluit, & iustitiam quia pro debito Adæ soluebat pretiũ: sic in hoc nomine Misericordia & iustitia, quia imponitur nomen iuxta quod opere complebat, misericordia, quia liber aliter sine iustitia nostra est datus, & missus Iesus in mundum: iuxta hoc le-
4. Reg. 24. gitur 4. Reg. quòd postquam Nabuchodonosor expugnauit, & occupauit Hierusalem, transtulit Ioachim in Babylonem, & constituit Mathathiam Patrem eius pro eo, imposuítque nomen ei Sedechiam, quod interpretatur, iustitia Domini: volens, vt nomẽ, debitum & obligationem reddendi tributum pro regno susceptо, in memoriam reuocaret (petebat quidem ab eo annuale tributum, liberaliter regnum dedit, sed nomen iuxta id

quod opere erat completurus impoſitum eſt, ſi huic puero hoc nomẽ imponitur hoc onere, vt ſoluat ad iuſtum quod homines debeant (cum quo ſtat opera noſtra eſſe requiſita) ſoluebat autem ſuperabundanter & copioſè, quia copioſa apud eum redemptio. In domo magni Principis, multi variique ſunt miniſtri, alij ſunt Regi à conſilijs, alij à ſecretis : magna eſt domus Dei Iſrael, ingens poſſeſſio eius Baruc 3. tam in hac Dei domo, quã in Principis, iuxta varia officia & miniſteria, varia ſunt nomina, vnuſquiſque ſuo nomini & officio incũbit, ſuo muneri eſt intentus, quod facile quis videt, circumiens Ciuitatem: vnuſquiſque ſuam exercet artẽ, in hac mundi machina ſol præeſt Diei, luna eius Vicaria ſuccedens ad Occaſum, ſtellis comitata, præeſt nocti. Cuncta recto ordine atque ſerie diſpoſita : ad hunc modum, omnes Angeli ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiũt ſalutis Heb. 1. fuit Moſiſes fidelis in tota domo Dei tanquam famulus in teſtimonium eorum quæ dicenda erant, Heb. 3. fuerũt & multi alij miniſtri in domo Dei in teſtimonium eorum quæ dicta & facta erant à Chriſto : nam alios quidem dedit Euangeliſtas, Paſtores, & Doctores, Chriſtus Ieſus tanquam filius vnicus extitit in domo Patris quæ eſt domus orationis, orando, & placando Patrem: extitit vt ſaluator Iudæorum, & gentium, quod nullus alius fecit. Huic officio, iuxta nomẽ ſuum, incumbebat: nunc orando, nunc docendo: hodierna verò die dolorem ſuſtinẽdo, ac ſanguinem fundendo, Dæmon circuit quærens quem deuoret, Chriſtus quærit quem ſaluet & liberet è faucibus dæmonis. Sol girat per meridiem, & reuertitur ad Aquilonem, vt totum mundum illuminet, ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus, totum mundum illuminat, & docet viam ſalutis, in morte fuit eclipſatus, hodie in Circunciſione obnubilatus, ſaluti noſtrę ſemper intendens, officio Saluatoris ſemper fungens, vt ſaluaret Samarita-

Simile.

Baruc.

Hebr. 1.

nam etiam inuitatus noluit cibum sumere : sed dixit Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. *No gustaua fino de saluar almas*, alieno alieni populum sanguine sanctificabant, Iesus Christus per proprium, Hebræ. 12. verè officium Saluatoris exercens. Intra angustias vteri Matris existens præcursorem sanctificauit, *que buena primicias*, verè officium Saluatoris exercebat. Quia magno cum labore hoc nomen adeptus est, relictis aliis nominibus, hoc nomine voluit appellari. Iacob illud nomen retinuit, quod post luctam cum Angelo adeptus est. Illa nomina Romani pluris faciebant, quæ ex rebus præclarè gestis in prælio assequebantur, sic Scipio Africanus dictus est, quia Carthaginē ciuitatem in Africa positam domuit ac superauit. O Iesu verè pater patriæ, pater, vt dixit Propheta, futuri sæculi. Patrem patriæ antiqui illum dicebant, qui Rempublicā & vrbē ab hostibus liberabat, nam sicut pater filio quē gigni dat vitam, sic qui patriam liberabat à morte, patriæ dabat vitam & iustè pater patriæ vocabatur, ô verè pater patriæ, pater futuri sæculi, qui destruxisti mortem, dedisti vitam, mortem subeundo, ex nunc sanguinem fundendo.

O nomen nouum quod os Domini nominauit, nouum quia nullus antea suum, proprio sanguine, populum salutum fecit : tale nomen, talis salus & redemptio spiritus, talis Saluator nunquam fuit in diebus præteritis, in annis antiquis: nulla fuit ætas, nullum antea fuit sæculum, talem ac tantùm habens redemptorem. Non Gedeon, Ieptę, Baruc, aut Sanson qui temporalē & corporalem salutem populo præstabant: Iesus saluator noster spiritualem, & æternū os Domini nominauit, quia ex reuelatione, hoc nomen habitum est. Ad Elisabeth: quæ ex reuelatione, nomen Ioann. accepit dictum est: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine : sic hoc nomen, non est ex cognatione & sanguine: sed ex Deo reuelante. Quis Saluatorem tam

Dauid 6.
Daniel. 3.

potentem qui nos de poteſtate diaboli eripuit, non timet, paueant omnes (dixit Darius) Deum Danielis ipſe liberator atque Saluator, qui liberauit Danielem de lacu Leonum, Quis Saluatorem tam pium & miſericordem non laudat, diligit, & amat, à me poſitũ eſt hoc decretum (verba Nabuchodonoſor) vt omnis populus, tribus & lingua quæcunque locuta fuerit blaſphemiã, contra Deum Sidrach Miſach & Abdenago, diſpereat, & Domus eius vaſtetur, nec enim eſt alius qui ita poſſit ſaluare, vaſtetur domus blaſphemantis & obloquentis contra Deum: & tanti beneficij memoria aſtricti timeamus potẽtem, laudemus & amemus miſericordem. [Oleum effuſum nomen tuum, *Es tu nombre ſuaue blando y es vn incentino de amor.* Ideo adoleſcentulæ dilexerũt te. *Las tiernas nignas amigas de ſuauidad ſe pierdon por el viendole tan ſuaue.*

O nomen dulciſſimum & ſuauiſſimum, quod præ ſe fert potentiam liberatoris, miſericordiam & bonitatem Saluatoris, ſalutem infirmi, medelam languidi, peccatoris veniam, libertatem captiui. Quid ſitienti potu iucundius? quid infirmo ſalute gratius? quid captiuo libertate deſiderabilius? profectò nihil: hanc anxiè nimis Ioſeph exoptabat, cum dicebat. Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere. Ego infirmus, ego ſeruus: ego captiuus: quid mihi iucundius & gratius, quid amabilius nomine iſto eſſe poteſt? qui obſidentur ab inimicis fortiter dimicant, quotidie expectantes auxilium, maximè tunc lętantur, cum vident claſſem, aut vexilla Regis auxilium mittentis: ſic miſit Iudas Machabæus Simon fratrem ſuum, liberare fratres in Galilæa, ipſe cum Ionatha iuit in Galaadithim, quid iocundius eſſe potuit ijs qui erant obſeſſi in munitione quã videre Ionatham, vel Iudam? cum video ſanguinem Domini mei Ieſu Chriſti, iam vexilla regis prodeunt, iam fulget Crucis myſterium; hæc effuſio ſanguinis, ſignum eſt illius quem effuſurus eſt in Cruce. *O mi*

Simile.

Gen. 40.

Simile.

2. Mach. 5.

Dios que aueys de ser enaruoledo por mi en la Cruz, cum audio hoc salutare nomen, iam cognosco quòd proxima est salus mea: ex vtroque simul scilicet mysterio Circunciſionis, & nominis impositione, salutem meam agnosco: alterum auditum, alterum visum tangit, non vno sed duplici sensu remedium meum percipio, verè percipio: quia in ore duorum stat omne verbum: nullũ igitur delictorum suorum deprimat magnitudo: aut in diffidentiam adducat peccatorum multitudo, quando maior est magnitudo miserentis: agnoscis magnitudinem peccatorum, ex magnitudine pretij, ex ostensione iustitiæ Agnosce, ô homo, magnitudinem misericordię, quæ tãtum pro redemptione obtulit pretium: volens salutem tuam, talem misit Saluatorem, volens te curare, talem misit medicum & medicinam: vt medicinam tibi applicaret, vas corporis sui, in quo sanguis pretiosissimus, qui est medicina vulnerum tuorum, cõtinebatur, frangi voluit. Ægyptiacum populum antiquitus à morte imminente, fame terram premente, Ioseph saluauit: non sanguinem fundendo, sed triticum congregando, ipsum diuendendo, populum in seruitutem redegit, quia quęque bona pro tritico dederunt. Noster puer tuus Iesus, venam sanguinis aperuit, vt tecum misericordiam faceret, & debitum solueret: vtrũque simul spirituali offertur conspectui, nempe magnitudo iustitię: & magnitudo misericordię: non saluare, sed punire volens, misit antiquitus in populum durę ceruicis ignitos serpentes. Num. 21. immanes leones. 4. Reg. 24. volens nunc hominem, quem de limo terræ plasmauerat, educere à delicto: leonem fortissimum de tribu Iuda, agnum mansuetum misit, deterret te leonis rugitus, alliciat te agni immaculati tenerrimus gemitus & balatus, mundi peccata delentis. Contemnis gemitũ agni, ęstima & time leonis rugitum: scriptum est enim leo rugit quis non timebit? tanquam vitiosum vtrũque fuge extremum: aut plus iusto timere iustitiam, aut plus

Num. 21.
4.Reg. 24.

iusto

iuſto confidere ex miſericordia. Ignitus ſerpens occidens, ęneus quoque fuit ſerpens viuificans, contemnis aſpicere ſerpentem æneum: hoc eſt componere vitam tuam, exemplo vitæ Chriſti: quem ſerpens ęneus figurabat, ſcito & vide quòd iterum redibunt igniti ſerpentes, igníque perpetuæ damnationis, neſciens finem, tunc nullus erit qui doceat te fugere ab ira Dei nunc ventura.

Expergiſcere. O homo conſidera & vide, hoc nomine Chriſti gloriam noſtrámque ſalutem contineri vt ex dictis manifeſtatum eſt, conſidera quòd hac vna, inter alias rationes, voluit nomine hoc appellari vt tanti beneficij memoria ſemper mentibus noſtris inhæreret, cum docuit nos orare dixit. Dicite pater noſter, vt memoria memores eſſemus, quali ſimus inſigniti honore qui Deum iam patrem poſſumus compellare, & nos ipſos filios Dei nominare: vt iam non coactè tanquam ſerui, ſed liberè & ſpontaneè tanquam filij, tanti Patris exequeremur voluntatem: vt tanquam filij hęreditatem æterni patris appeteremus accipere. Sic, hoc nomine voluit ipſe appellari, vt animus noſter, nõ contemneret tantam ſalutem: ſed hoc nomine quod ſonat in auribus, incaleſceret animus noſter ad æternam ſalutem cœleſtémque patriam. Sicut incaluit cor Rebecæ cum vidit inaures aureas, appendentes ſiclos duos, pendentes ex auribus ſuis, ſicut incaleſcit cor Elephantis Baccarum ſanguinem videns, ſicut incaluit cor Ioſue & Caleph videndo fructus terræ promiſſionis, ſicut incaluit cor Dauid, cum audiuit, futurus gener Regis: qui occideret Philiſteum, ſicut incaluit cor Principis Sichem, cum audiuit acceptorum Dinam in vxorem ſi circuncideretur, vtinam ſic homo cor tuum inardeſcat in æternam ſalutem, audiens nomen Saluatoris. Hoc nomine cor exaltatum deprimitur & humiliatur, quia Saluator relationem dicit ad captiuum, medicus ad infirmum: Saluator eſt, ergo

Geneſ. 24. Num. 13.

1. Reg.

Simile. captiui eramus, magister est, ergo ignorantia discipuli supponitur: medico domum alicuius ingrediente, quis infirmus sit statim interrogamus, considera, ô homo aduenisse Saluatorem; agnosce, ô homo infirmitatem tuam.

Circuncisio manufacta, in expoliatione carnis, euacuata est, iam Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei, 1. Cor. 7. hæc enim est, quæ ex fide Iesu Christi hominem iustificat: circuncidit præputium cordis vestri, & ceruicem vestram. Dixit Moyses ad populum, cor radix est malorum, officina concupiscentiarum, de corde exeunt cogitationes prauæ, furta, adulteria, homicidia: omnem malum cogitatum amputare, & inordinatum desiderium resecare, nil aliud nisi Deo viuo seruire velle est: spiritualis Circuncisio, hæc est quæ Deo placet, omnis immoderatus appetitus est præputium, omne tale præputium amputandum est, omnes sensus inclinantur ad malum, omnis sensus retrahatur à malo: præceptum negatiuum retrahit à malo, affirmatiuum inducit in bonũ: omne præceptum negatiuum, est Circuncisio spiritualis. Declina à malo, fac bonum ex Dei amore, tunc circuncisus eris, Circũcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in Circũcisione Iesu Christi, Coloss. 2. Moyses ad populum, quando ingressi fueritis terram & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorũ, poma quæ germinant immunda erũt vobis, nec edetis ex eis: quarto autem anno, omnis fructus eorum sanctificabitur, laudabilis Domino. Ad hũc modum primos fructus, primos motus obortos ex præsentia delectabilium resecare debemus, illos verò quos matura consideratione producimus possumus Deo offerre: circuncidamus desideria carnis, desideria terrenorum, amemus cœlestia: vt hîc gratiam, postea gloriã donet nobis Iesus Christus, qui cum Patre & sancto Spiritu viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

1. Cor. 7.

Deut. 10.

Coloss. 2.

Leuit. 9.

DE EODEM FESTO,

CONCIO II.

Eritis sicut Dij scientes donum & malum. *Genes.* 3.

Vt circuncideretur Puer. Lucę 2.

LVMINE Prophetico Isaias irradiatus, videris multitudinem præceptorum antiquæ legis, cõsiderans multiphariam multísque modis, prolixo & oblongo sermone, loquutum fuisse Deum per Prophetas, de lege Euangelica breui, & suaui, dixit. Cõsummatio abreuiata inundabit iustitiã. De abreuiatione verbi, in humana natura, quam sibi vniuit, hunc locum intelligit Cyprianus, libro primo aduersus hæreses, & sermone sexto de oratione Dominica, Procop. & August. lib. 1. de Disciplina & Sermone de Epiphania intelligunt de abreuiatione veteris testamenti in nouo, & de abreuiatione præceptorum, vterque sensus habẽdus est pro literali; nam canon est interpetandi scripturam. Quòd si verba scripturæ plura significant, & ad rem de qua agitur omnia pertinent, omnia illa scripturam significasse credendum est: qui ergo cuncta in homine abreuiauerat, seipsum abreuiauit, humanę seruiẽdo naturę (cum quo statim mensum mansisse) in qua cuncta ad se eleuauit, quia in humana natura quodãmodo cũcta continetur: ibi labores assumpsit, ibi mortẽ, ibi cuncta abreuiauit, cuncta in Deo homine erãt: Peccato nõ mãsit locus, quia nulla est conuentio Christi ad Belial, nulla societas lucis ad tenebras, nulla participatio iustitię cũ iniquitate. Deus iustus est, nõ est iniquitas in eo: Peccatũ est iniquitas: Deus lux est, in eo tenebrę nõ sunt vllæ, qui habent peccatum, in tenebris ambulant

Canõ scripturæ.

1. Cor. 6.

1. Ioan.

& in vmbra mortis sedent, quid fecit Deus vt hominē à peccato redimeret, prodigiosum & mirabile, (super quo cœli stupuerunt, quod dæmones & serpens callidior cunctis animalibus non cognouerunt) fecit: filiū suum mittēs in similitudinem carnis peccati, & de pec-
Rom. 8. cato damnauit peccatum in carne: venit Christus in vera carne non in similitudine carnis, sed illa caro, non erat caro obnoxia peccatis carnis, sed pœnis debitis pro peccato, ideo venit in similitudinem carnis peccati. Hoc quod ad peccatum pertinet, Apostolus taxat & limitat, non illud quod spectat ad carnem. Quemad-
Simile. modum cum de Petro nigro dicimus, iste, est homo albus secundùm dentes, verè hominē illum dicimus, nec hoc limitamus; sed quòd sit albus, quia verè non est albus, nam albedo solùm inest, secūdùm dentes: sic Apostolus, Christum verè in vera venisse carne, prædicat; sed illa caro non erat caro peccati, sed tantùm habebat similitudinem peccati, quia dolebat sicut peccator, & cæteras sustinebat passiones, quæ peccatoribus ex peccato solent prouenire; hoc quidem nō repugnauit Deo, imò pro materia meriti ad nos redimendum, huiusmodi pœnalitates sumpsit. Non poterāt Dauid arma Saulis conuenire: sed non repugnaret, nec disconueniret similitudo armorum: non potuit Christo conuenire peccatum, sed non repugnauit similitudo peccati: non potuerunt Dauid arma, quæ sunt velut corporis indumētum, quibus homo, modo quodam vnionis vtitur, conuenire; sed non repugnauit gladius ipsius Goliath, quo sine vnione vtebatur: repugnat Deo peccatum, quod vnitum animæ illum vitiat, non pœna peccati, quæ indifferens est, ad Iustum & peccatorem. Non potuit Iacob habere vocem Esau, nec vlla arte potuit illam imitari; potuit tamen arte & matris inuentione, manus Esau fingere: Iacob quidem Esau non erat, sed similitudinem Esau habens, Patris cecutientis benedictionem est assequutus, pulmētum patri offerens ex hędo: cuiusan-

guinẽ fuderat, Quod hodie celebramus, est, quod verbum caro, Iesus noster: non vocem, non naturam sumpsit peccatricem: similitudine non peccatoris, non exhedo silueſtri, sed ex proprio sanguine: ante grande cõuiuium (*splendido vanquete*) quod patri fecit in cruce, Pulmentum quoddam, iẽtaculum quoddam, exproprio fecit sanguine: Christus omnium nostrum est caput, nósque mẽbra eius: hodie fit euacuatio sanguinis, capitis nostri Iesu, vt nostra sanentur vulnera. Euæ peccatum capitis fuit morbus; dixit enim illi serpens, eritis sicut Dij, *Encajose esta boberia en la cabeça*, inde licèt indirectè, (quia Adam non fuit seductus sed mulier 1. Timot. 2.) Peccatum ad Adam peruenit: morbus in capite: effusio fiat sanguinis capitis nostri Iesu, *fue vna sangria de cabeça*, qua deletur peccatum ex imaginatione essendi sicut Deus introductum, & vera reuelatur caro cuncta delens delicta, hodie effunditur sanguis capitis, vt curetur membrum: hodie Domini sanguis funditur pro seruo, hodie Dux pro milite patitur, hodie effunditur sanguis vulnerum nostrorum medicina, & suauissimum balsamum: hodie nostri Iesu corpus maculatur, vt corpora nostra mundentur & sint templum Spiritus Sãcti: hodie pretio magno emimur, vt glorificemus Deum in corpore nostro: hodie pungitur caro sana, vt caro infirma sanetur; sana est, ideo non sicut infirmus clamat: melius clamat quam sanguis Abel: sanguis aliorum clamat petens vindictam, quia est sanguis infirmorum, qui peccatum contraxerunt: Christus sanus erat, ideo non emittebat clamorem sicut cæteri: sed veniam petebat: verè nunc sanguis iste est illud fœdus sempiternum, quod pepigit Deus cum Abraham: sume vmbram cum corpore, figuram cum figurato, signum cum signato, non separes primum à secundo, vt sit illud fœdus sempiternum: si separas, fœdus illud solùm fuit ad multum tempus, non in perpetuum: quia non iureiurando firmatũ.

Sume figuram cum veritate, *La sombra con sue edificio* fœdus est sempiternum. Propter hoc voluit Dominus meus Iesus Christus circuncidi: vt fœdus illud cum Abraham honoraretur, nè antiqua Religio prorsus reproba videretur: inquit Cyprianus dignum quidem erat honore fœdus hoc: quia datum à Deo, quia vt signum salutis institutum à Deo, ideo inter omnia veteris testamenti sacramenta, nil Circuncisione solennius. Hoc sacramentum commendat antiquitas atque iubentis auctoritas: sed ad maiorem inde honorem subuectum est, quod susceptum à Deo. Sic antiquum Testamentum cum honore est sepultum, sic antiquum & vetus Testamentum nouum est osculatum: in Christo Domino fuerunt simul sicut Ismael & Isaac in domo Abraham, sicut Esau & Iacob in ventre Rebeccæ. Antiquum Testamentum, Templi maiestatē: glorię Domini claritate, quæ super propitiatorium apparebat, humilitati iacentis in Præsepio illudebat: eijciatur foras, vt non sit filius ancillæ hæres cum filio liberæ: maior seruiat minori, superbus humili, Christo seruiant populi; humilem Christum gratum patri offerentem cibum, quem non euomit vterus eius, adorent Tribus: qui ei maledixerit sit maledictus, qui benenedixerit, sit benedictus, *Bendigante los Angeles mi Dios*, qui pro me es deiectus & humiliatus vsque ad similitudinem carnis peccati: vt ego deiectus, & despectus sim, vsque ad Dei similitudinem subleuatus, in antiquam similitudinem restitutus, in illum colorem optimum per peccatum mutatum & amissum reparatus: vt iam nemo me despiciat. *Tu sangre Segnor ha de ser el precioso color con que la fealdad de mi anima ha de ser hermoseada*, vt Pater æternus me diligat. *Que sea mi alma querida por hermosa.* Sanguis tuus maculas meas lauat & purgat, Sanguis tuus labia mea coccinea reddit, sanguis tuus quicquid in me est turpe & deforme pulchrum atque amabile efficit: Sanguis

Ratio Quare Christus Circuncisus. Cyp. in die Circ.

tuus vetera inſtaurat, mortua viuificat & ſuſcitat defuncta: æternum Patrem iratum placat, captiuos redimit, ianuam Paradiſi aperit, ſanguine tuo nil in terris cœliſque pretioſius ſalubriúſque inuenitur. Ceſſet Circunciſio: nam iam in hoc ſanguine cuncta pacificantur, ideo eſt princeps pacis. *No ay paraque ſe deſnude mas ya el cuchillo y eſpada*, ingrediatur Baptiſmus aquæ qua lauari ſolet ſanguis vulnerum; auditu audiuimus, piè credimus, quia indiſciplinati eſt æqualem certitudinem in omnibus quærere, hominem nobilem decapitandum carnificem & iuſtitiæ miniſtrum ditaſſe, Magnámque quantitatem illi pecuniæ dediſſe hac lege ac conditione, vt nè in poſterum officium amplius exerceret, indignum iudicans vt alium poſt ipſum decapitaret: ad hunc modum, indignum eſt, vt poſt effuſionem ſanguinis Ieſu Saluatoris noſtri, humanus ſanguis effundatur; Durum ac aſperum lapidem acutus ſi tetigerit gladius, acie obtuſa vim ſcindendi amittit: Circunciſionis gladius, lapidem angularem de monte ſine manibus abſciſſum, cùm percuſſiſſet, Vim ſcindendi amiſit. *Ceſſo la Circunciſion.* *Ceſſat Circum.* *Simile.*

In ſimilitudinem carnis peccati.

Velle Circunciſionem accipere, fuit venire in ſimilitudine carnis peccati: ſunt enim quędam Notę ſeruitutis *errar vn eſclauo.* Sunt notę malefactorum, *cortar las orejas a vn ladron.* E conuerſo, ſunt Notæ illuſtrium virorum, *ſer del Tuſon traer vn habito de Sant Iago.* Amputatio ergo præputij, ſimilitudo eſt carnis peccati; ad remiſſionem enim originalis peccati inſtituta eſt. Auriculæ latroni amputantur, vt latrocinij notetur: ſed adhuc non eſt præciſum ſignum illius vitij; quia ex infirmitate, aut alia de cauſa, poſſunt amputari; ideo quãuis inde aliquem poſſimus latronem cognoſcere, nõ propterea conuincitur eſſe latronem, quianõ vna huius effectus sẽper exiſtit cauſa, omiſſis alijs pœnalitatibus, de *Simile.*

quibus iam diximus, ex quibus peccator iudicari poterat, quantũ ad præsens dicamus. Quod rectè dixit Paulus in similitudinem carnis peccati, quia Circuncisio in Christo, non debebat peccatum proprium; sed fuit assumpta ad delendum alienum; quia Christus fuit innocens, absque peccato.

In hoc opere summum erga humanum genus amorem maximè Deus demonstrauit, plus quàm in creatione, & alijs operibus. Iudicium quidem amoris est, velle aliquam mulierem ducere in vxorem: sed velle habitare cum illa, postquam commisit aliquod crimen vnde contraxit infamiam, *Despues que le pusieron vn sambenico*, maioris amoris indicium est, & multo maioris amoris esset indiciũ, si vellet habitum illum, infamiæ signum, induere & portare: cum Deus hominem creauit, & tot illi dona dedit, maximum ostentauit amorẽ; sed quòd peccante natura, cum non posset peccatum assumere, indicia & signa peccati vellet assumere, maximum amoris indiciũ est. Sic exaggerat Propheta Isaias atque Euangelista, cum iniquis reputatus est: sunt quidem multi, qui liberaliter agunt erga amicos suos varia dona distribuendo, vix aut nullus est, qui pro amico velit iacturam facere. Dominus noster Iesus Christus, pro salute nostra cum iniquis reputatus, in similitudinẽ carnis peccati missus est: vt de peccato damnaret peccatũ, idest de seipso facto hostia pro peccato, sic illud 2. Cor. 5. is qui non nouerat peccatum pro nobis peccatũ fecit, tali hostia damnauit peccatum, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso: vt repararet ergo damnum, quod homo peccator intulerat, peccatori similis factus est in similitudinem; Hispanè *Hazla alla yua casi le parecia*, sicut homo pictus nõ est homo, sed pictura hominis; sic Christus non erat peccator, sed in similitudinem, *Paresçialo en andar humillado y fatigado*. Cum sagitta in incertum missa Magnum Alexandrum casu percussisset, infremens spiritu, & candescens in eos, qui

Simile.

Isaias 53. Marc. 15.

2. Cor.

Alexand.

ambitioſo mendacio, eum filium Iouis appellabant, dixit. Iam certò conſtat me non eſſe filium Iouis. Quem Deum appellabant ex Circunciſione ſatis conſtat: quòd noſter puer Ieſus non ſolùm eſt filius Dei: ſed filius hominis mortalis. *Simile.*

Lucæ 12. dixit Dominus ad turbas, cum videritis nubem Orientem ab occaſu, dicitis: Nimbus venit & ita fit; iuxta quod 3. Reg. 18. Elias dixit ad puerum ſuum, aſcende & proſpice contra Mare, cui apparuit nubecula quædam parua, quaſi veſtigium hominis, qui aſcendebat de mari, ſequitur; Eccè cœli contenebrati ſunt, & nubes & ventus, & facta eſt pluuia grandis. Per nubeculam iſtam, vt nunc ſuppono, humana Chriſti natura intelligitur, ſi nunc in pueritia, tam cito ſanguinem incipit fundere, quanto abundantius fundet in Cruce? ô ſanguis Domini mei Ieſu Chriſti qui noſtrum mundat ſqualorem & ſordes, mitigat concupiſcentiæ æſtus, mẽtem noſtram igne clariorem, auro ſplendidiorẽ reddit, cœlum peruium facit. Sine ſanguine hircorum & vitulorum ſancta ſanctorum ingredi non audebat ſacerdos; ſine hoc ſanguine, nullus cœlum ingredi poteſt, à loco voluptatis egrediebatur fluuius irrigans Paradiſum; hîc ſanguis totam irrigat Eccleſiam. D. Ambroſius exagerans hoc beneficium, inquit; plus Domine Ieſu iniurijs tuis debeo, quòd redemptus ſum; quàm opibus, quòd creatus ſum; non prodeſſet naſci, niſi etiam redimi profuiſſet. Eadem verba habet Gregor. in Paſtorali, habentur in benedictione cerei Paſchalis, Iſaias ca. 45. loquẽdo de Chriſto, inquit, verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël Saluator: nunc hodierna feſtiuitate, verè fuit abſconditus, nunquam antea ſic abſconditus fuit; quamuis enim in die Natalis ſui maximè abſconditus fuerit, quia in diuerſorio reclinatus fuit in præſepio: tamen tunc vt verbis Pauli 1. Timoth. 3. vtar, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, vno quidem Angelo gerente primatum hilaris & lætus intonuit. *Luc.* *Ambr. in catena S. Thom. Luc. 2. in illa verba non erat eis locus in diuer.*

Exod. 19. [Gloria in excelsis Deo,] multi collætantes decantarũt pariter, & facta est militia cœlestis exercitus. Angelus ad pastores missus est, qui gaudium magnum quod futurum erat vniuerso populo annuntiaret; stella magis apparuit, quæ hoc ipsum annũtiabat. Quemadmodum descendente Domino in monte Synai audiebantur tonitrua, micabant fulgura, buccinæ clangor perstrepebat; sic cum descendit ad nos in die Natalis sui lumen refulsit in habitaculo; auditi sunt exercitus Angelorum. Cuncta optimè (sicuti solet) commemorat Augustinus dicens, meritò hodie locuti sunt cœli, gratulati sunt Angeli, Pastores iocundati, magi inuitati; cum in Iordane Baptizatus est, Cœli aperti sunt, Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit, vox patris testimonium perhibentis intonuit, cum in Cruce pendens clamore valido emisit Spiritum terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, Centurio & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu timuerunt valdè dicentes, [verè filius Dei erat iste,] innumera ergo tunc suæ diuinitatis & maiestatis testimonia apparuerunt. Nunc festiuitate hodierna, testimonium carnis passibilis apparet: caro passibilis similitudo est carnis peccati. Similitudo carnis peccati suæ diuinitatis est occultatio: huic ergo festiuitati optimè conuenit quod per Prophetam dictum est. Verè tu es Deus absconditus. Deus Israël Saluator. Locus agendi contra eos, qui omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus: locus agendi contra iactantiam, vanam gloriam; sed hæc & similia sine nobis quilibet concionator ex locis communibus, potest habere, & adducere: ex Exod. 34. vnũ subijciamus locum, Moysi facies cornuta erat, at verò ille ignorabat. Ve eis qui gloriam suam non ignorantes alijs reuelant: humilium est, sanctitatem & dona, quæ à Domino acceperunt, in propriam gloriam ignorare, & alijs occultare. Est Deus qui glorificabit & clarificabit. Consequenter transeamus ad nomen dicendo cum

Aug. tom. 10. serm. 9. Natiu.

Exod. 34.

Paulo ad Philip. 2. propter quod exaltauit illum & do- *Philip. 2.*
nauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur: præmiſerat Paulus, quòd ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Mors Crucis erat ignominia: quia maledictus, qui pendet in Cruce; malè quidem audiebat apud omnes, quia erat ſupplicium malefactorum, ideo cum Chriſto crucifixi ſunt duo latrones. Duo ergo commemorat Paulus ibi: pro merito nempè humilitatem, & obedientiam in tali materia, (poſſet quidem & ita fuit obedire in alia materia) nempe in ſubeundo mortem Crucis, quam non ſuſtinebant, niſi homines obſcuræ famæ his duobus duo alia loco meriti correſpondiſſe, manifeſtè docet, dicens. Propter quod exaltauit illum. Eccè præmium humilitatis; ſi humiliatus, exaltatus. Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, id eſt, nomen eius diffamauit, diuulgauit & promulgauit, longè latéque prædicari fecit: vt fama infamiæ correſponderet, cum iniquis fuit reputatus. Vorax, Samaritanus appellatus fuit; hoc licèt ad humilitatem pertineat, reuera diſtinguitur: huic ergo obſcuritati nominis ſui, claritas nominis ſui, correſpondet: eſt enim gloria clara cum laude notitia: quando nomen alicuius longè latéque diffunditur: ſic æternus Pater fecit Apoſtolos prædicare nomen Chriſti vbique terrarum; in omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, in omnem terram exiuit nomen Ieſu: nam Apoſtoli in nomine Ieſu, dæmonia eijciebant, cunctáque mirabilia faciebant, & licèt gloriam animæ ſine meritis habuerit, non tamen habuit ſine meritis gloriam ſui nominis, hoc eſt manifeſtationem & promulgationem: reuelauit quidem Angelus nomen eius, antequam in vtero cõciperetur, cum allocutus ad virginem, dixit; vocabis nomen eius Ieſum, ſed antequam imponeretur ei hoc nomen promeruit illud, nam vt inquit Paul. Heb. 10. ingrediens mun- *Marc. 16.*

dum dixit Patri. [Ecce venio,] id est venio in verbum holocaustum tibi placitum & acceptum, quia cætera non tibi placuerunt; clarius & breuius dicunt Theologi, quod meruit ab instanti Conceptionis acceptando mortem, quod colligunt ex hoc loco Pauli. Nam ab instanti Conceptionis, habuit vsum rationis, ergo ante Circunciſionem meruit, vt hoc nomen ſibi imponeretur. Amplius meruit vt hoc nomen ſuum promulgaretur & diuulgaretur, & quia maximè fuit humiliatus maximè præcunctis fuit exaltatus. Aſcendens ſuper omnes cœlos, maximè quoque fuit diuulgatum nomen, quia vbique terrarum, cum prædicta duo in Circunciſione inuenta fuerint (nam hîc fuit humiliatus, & vt dictum eſt nomen eius abſconditum) conuenienter dicemus, quod propter Circunciſionem fuit exaltatus, & nomen eius diuulgatum vt excederet omne nomen. Bonum nomen nempe fama, Hiſpanè, *qee todos digan bien de vno*, præmium eſt bonæ vitæ; cura ergo de bono nomine, nam vt inquit Eccleſiaſticus, hoc magis permanebit tibi, quàm mille theſauri magni & pretioſi, id eſt, cura bene viuere, ad quod conſequitur bona laus, bona fama, theſauri deficiunt: bona vita, ad quam conſequitur bonum nomen, manet in æternum, iuxta illud, Eccleſiaſt. nomine æterno hæreditabitur, Hiſpanè dicimus, *fulano tiene buon nombre*, & iterum, *tiene buen credito*: hoc enim eſt valdè æſtimabile, ideo Prou. 22. melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ, homines boni nominis, apud omnes inueniunt gratiam, Ananias recuſabat quærere Paulum, quia audierat mala quæ Paulus faciebat Act. 9. vtinam hîc gratiam poſtea gloriam mihi & vobis, &c.

Eccleſ. 41.

Pro.

IN EODEM FESTO, CONCIO III.

Vt circuncideretur Puer.

IN Verbo diuino, vt inquit Ioan. omnia vita erant, & ideo carnem sumpsit, vt in illo conuiuificaremur, vt docet Apostolus Ephes. 2. similiter, cum in illo essemus vnum, & nulla esset distinctio Dei & creaturæ, & per creationem facta esset diuisio, & distinctio: vt ad vnitatem cum suo Creatore creaturæ redirent provt conueniens erat, hominem in quo quodammodo omnia esse habent sibi vniuit, vt omnia quodammodo essent cum ipso Deo non solùm secundùm esse cognitũ: sed secundùm existentiam vt dictum est, Concion. 2. super, In principio erat verbum. Similiter cum per gratiam essemus vnum cum Deo, (quia qui adhæret domino, vnus spiritus est cum illo,) per peccatum verò essemus elongati & diuisi à Deo, iuxta illud Isaiæ. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum: volés Deus hanc offensam vindicare, & peccatum punire, omnésque simul peccatores ferire; in eo, in quo eramus vita; in eo, in quo eramus vnum, omnium iniquitates posuit; vt omnium iniquitatem deleret, *hidalga era la humana naturaleza*, vtpotè immediatè à Deo ad sui imaginem creata gladio debuit feriri, in effusione sanguinis. Hodierna die sanguis secundi Adam funditur, qui pœnam pro primo soluit, in quo iniquitas omnium posita est, [omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum,] errauimus, id est elongati sumus ab eo qui est Pastor ouium, qui vt bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis; Pastor verò qui ponit ouem errantem super humeros suos, etiam ponit iniquitatem ouis, ideo inquit, posuit in eo iniquitatem omnium, *A mõtono las todas para ponerles fuego en la Cruz*. Quemadmodum enim multa membra vnum corpus sunt, ita vna persona, sumus cum Christo, qui est caput nostrum. Rom. 12. sicut in vno corpore multa membra habemus, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Sũt in illo reconditi omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ

Ioan. 1. *Ephes. 2.* *1. Cor. 6.* *Isa. 56.* *Isaias 53.* *Simile.*

Dei, sic in illo posuit Deus iniquitates omnium. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me, in me transierunt iræ tuæ. *To do carga sobre mi a cuestas me cae,* Hispanè, *pagan justos por peccatores,* dat veniam coruis vexat censura columbas. Videte spectaculum; considerate fratres sacramentum; Iesus Saluator in nullo deliquit, factus est pœnæ omnium reus, transuerti verba Iacobi dicentis, qui in vno deliquit factus est omnium reus, dicat, doceat doctor gentium: Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in illo; ac si dixisset Paulus, in Christo erat iustitia, in nobis peccatum, cum corpora nostra iuxta eundem Paulum 1. Corinth. 6. membra sint Christi, Deus in capite Christo posuit pœnam peccati; hoc enim sonat verbum illud, peccatum fecit, id est sacrificiū cruentum pro peccatis omnium: quod sacrificium non est sine effusione sanguinis. Primitiæ huius sanguinis hodie videntur, & renelantur: sic nos hoc sanguine abluti efficimur iustitia in illo, id est, iustificamur ex meritis eius, & tanquam viua membra coaptamur & incorporamur viuo capiti nostro, qui est Christus. Conuenienter exagerat, & præmittit Paulus. Qui peccatum non nouit, postea inquit; Pro nobis peccatum fecit: nam Giezi qui dona & munera accepit & petiuit à Naaman, nouit peccatum. Ideo non mirum quòd adhæsisset sibi lepra & pœna; sed quòd Christus, qui non nouerat peccatum, pœnam nostrorum peccatorum sustineret, exagerationedignum, obliuione indignum. Cum offeretur hostia pro peccato, offerens imponebat manum super eam potestatis, quòd ipse offerens erat dignus morte pro transgressione, nisi ex misericordia Dei accepta esset talis hostia pro peccato: tangendo ergo animal quod occidebatur, quasi ipse moriebatur; maxima fuit Dei misericordia, vt ipse primogenitus Iesus Christus caput nostrum voluerit esse hostia pro peccatis nostris, vt nos tanquam membra coniuncta capiti

Paul. *2. Cor. 5.* *4. Reg. 15.* *Leuit. 4.*

placeremus Deo, hoc modo, qui errabamus sicut oues, conuersi sumus ad Iesum Pontificem & Episcopum animarum nostrarum. Qui eratis longè, facti estis propè in sanguine ipsius inquit Paul. *buen abrigo y padriuo aueys tenido*; eratis longè per peccatum, quod elongat & separat à Deo: nunc in sanguine Christi facti estis propè, *la sangre fue liga y bulla de vnion*, placauit patrem, communicauit gratiam; quæ vnit & coniungit nos Deo. Cum pars auriculæ abscinditur dicunt, quòd non potest reuniri, nisi noua effusione sanguinis; medio illo sanguine calido, de nouo effuso, partes abscissæ reuniuntur & iterum incorporantur: nos eramus pars abscissa, pars seiuncta, & separata, effusione sanguinis Christi iterum reunimur, & incorporamur, tanquam viua membra capiti nostro: si enim membrum sanguine superfusum linteo fuerit circũligatum & amictum, sanguis linteum illud membro fortiter vnit, quia sanguis velut glutinum quoddam est: sic sanguine Christi nos qui eramus longè facti sumus prope, *ayuntamo nos con Christo*. Videte ficulneam & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. O fratres cum videtis Christi sanguinem fundi, scitote quoniam propè est æstas: respicite quoniam appropinquat redemptio vestra, ô vincti, & detenti in lymbo sperate de propinquo libertatem, iam sanguis Christi erumpit sicut rosa, apparet sicut lilium, rubet & rutilat sicut gemma pretiosa, iam floret flos campi, & lilium conuallium, iam vox turturis auditur & percipiuntur gemitus pueri: puer plorat, mater blanditur, & dulcia imprimit oscula. Osculatur vt mater filium æterni patris, osculatur eum qui est os patris. Humiles & paruæ arbores in Arabia inciduntur, sciſſurę & rimæ in eis fiunt, vt decurrat suauissimus balsamus; nunc caro pungitur Christi, vt decurrat suauissimus balsamus pro medicina vulnerum hominũ, omnis homo vulneratus est, cuncti sauciati sunt, cuncti accedant,

Ephes. 2.

Simile.

Luc. 21.

Simile.

Negas carnem Christi, ô hæretice, medicinam negas, semper infirmus es; eccè arbor vitæ in medio Paradisi ipse Christus lignum est vitæ in Paradiso spirituali, (inquit August. 8. de Genesi ad literam cap. 8. quo misit de Cruce latronem. O arbor, ô fructus dulcis guturi meo.

Simile. Empturus quis vestem pretiosam Numisma Aureum emptori ostendit, vt ad vendendum prouocet, *haz le cocos con el doblon de dos caras*, sic Christus iam æterno patri incipit ostendere pretium, *doblon de dos caras*, quia sanguis Dei & hominis. Amore Dinæ cum teneretur Sichem, volens illam ducere in vxorem libenter Circuncisionis dolorem sustinuit, Circuncisioni mors succes-

Hierem. 1. sit. Ex generis humani amore Princeps pacis, pater futuri sæculi vulnus sustinuit tandem in ligno Crucis, mortuus est ibi, affigit chirographũ decreti quod contra nos erat: ibi nostra deleuit peccata: crimen commiserat homo læsæ maiestatis, ratione huius ignominiosam mortem pro homine subijt; nobilis erat hominis natura, quia ad imaginem Dei, vt nobilis hodie gladio feritur peccatum Iuda, scriptum est in vngue Adamantino. Adamas, lapis est durissimus, colore, Christallo similis, per quod significatur, peccatum Iuda esse manifestissimum, & apertissimum. Secundùm Dioscoridem virtutem habet recõciliatiuam inter virum & vxorem, in ira sua non continet Deus misericordiam suam, irascitur Deus, tandem flectitur misericordia, non est scriptum peccatum sine spe misericordiæ, ipse Deus qui scribit, ipse parat redemptorem, qui tollat peccatum. Eccè agnus qui tollit, Eccè qui delet peccata mundi, Adamas, vt dicunt sanguine agni emollitur etiam si durissimus sit lapis. Ita Dei indignatio Dei sanguine agni immaculati placatur, lex Euangelica in perpetuum duratura, in corde & anima, quæ non corrumpitur, scribitur. Iuxta illud Hierem. 31. dabo legem meam in cordi-

Simile. bus eorum, lex Moysi delenda & corrumpenda, in Tabulis quas fregit semel; peccatum est scriptum in Adamante,

mante, ergo ſanguine Agni immaculati erat delendum, ex tunc in ſubiectum in quo ſcriptum erat, hoc ſignificatum eſt. Vbi in vulgata habetur in vngue Adamantino, in Hebreo habetur in vngue ſamir: ſamir autem ſecundùm Hebræos eſt vermis cuius ſanguis habet vim cauandi, & incidẽdi lapidem durum, & ſecundùm eos ſic fuerunt ſciſſi lapides qui ponebantur in templo, & verificatum fuit illud 3. Reg. 6. non eſt auditus malleus in domo Domini, ô ſanguis quo delentur noſtra pec- 3. Reg. 6.
cata, & emollitur durus lapis cordis noſtri Adamante durior. Mercator merces empturus ad nundinas veniẽs, primò cum emit aliquam partem exhibet pretij, in fine, omne ſoluit pretium, & merces omnes ſibi traduntur quas inde deducit & ſecum portat; à difficilioribus quidem abſtinebo, an Chriſti meritum & quodli- *Simile.*
bet opus fuerit infinitè & æquè meritorium doctrinam certam, puta quòd ſine morte non fuerit præordinata mundi ſalus & humani generis redemptio, ſupponendo ſecundo quòd nunc partem pretij, in Cruce omne ſoluit pretium: tunc ſicut homo negotiator quærens bonam margaritam, dedit omnia ſua, ideſt, omnem ſanguinem ſuum, & propriam etiam vitam, tunc non antea tradita fuit ſibi merces, tunc quidem ad inferos deſcẽdit, tunc ſanctos eduxit patres, tunc ad patriam ſuam reduxit, nam introierunt ſanctam Ciuitatem, poſtea ſiue iterum mortui, ſiue cum corpore in quo reſurrexerunt, ad cœlum euolauerunt. Tu quoque (inquit Zach. *Zacha. 9.*
c. 9.) in ſanguine teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua; ſanguis Crucis fuit ſanguis teſtamenti, tunc enim interuenit mors teſtatoris, ideo tunc ſunt ſibi vincti traditi; ſanguis Circunciſionis fuit ſanguis Chirographi, *e ſcriptura de obligacion*, ideo *Gen. 49.*
nũc non ſunt ſibi vincti traditi. Morti proximus, dicebat Iacob, Salutare tuum expectabo Domine, id eſt, ex lymbo me deducet, inde me detrahet, ibi me quæret, ibi eum expectabo, nam poſt mortem & ſanguinem teſta-

Isa. 53. menti, ibi descendit. Considerãs Isaias, medicinam vulneris, in sanguine, in dolore eius sitam esse, dicebat, desiderauimus illum virum dolorum scientem infirmitatem, *con flaqueza nos ha de saluar flaco le queremos, tal le hemos menester.*

O Christi fideles, ô animæ deuotæ, sequimini eam, quæ virgo & mater dicebat. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem nostram *Simile.* & misertus est nobis. Immanes leones, feræ bestiæ antiquam syluam inhabitantes, subijciunt se illis qui de periculis mortis eos liberauerunt: natura nos meliores, moribus bestijs peiores, nec redamamus amantem, nec gratias agimus beneficia conferẽti. Condonauit Dauid *Reg. 24.* vitam Sauli, cum in spelunca eum occidere posset, miser Saül tanto beneficio ingratus, congregabat cohortes, conflabat exercitum: vt Dauid quæreret, quæsitum & inuentum occideret, quem iterum, somno correptũ, occidere potuit c. 26. O miseri, ô ingrati, Christus qui *Reg. 26.* est vita, donauit nobis vitam cum essemus mortui pec- *Paul.* catis, donauit salutem, cum essemus infirmi, redemit *Hebr. 6.* nos, cum essemus captiui: nos verò volumus occidere Christum, dicente Apostolo iterum crucifigẽtes Christum; miseri intuemini, & videte, quòd somno, & vigilia potest vos occidere. Gratias age Deo, ô homo, de tot beneficijs, cum beneficium accipis, & vt accipias petis, agnoscis te miserum, egenum, indigentem auxilio; Beneficio accepto fructũ laudis non producis quasi non *Prod. 13.* acceperis: verè superbis, tacitè confiteris, à teipso habe- *Post Pen-* re & nullo indigere: cogita & vide, quòd nullo indige- *tecost.* re, Dei solùm est proprium. Angeli ab Angelis illuminantur, Cœli ab intelligentijs mouentur, homines ab hominibus erudiuntur, ab Angelis docentur, à Deo cuncti accipiunt. Sanati sunt decem viri à lepra corporali, spiritualem lepram, ex vitio ingratitudinis *Luc. 17.* contraxerunt: magis ac maior tunc medicina necessaria quàm antea, locus agendi de ingratitudine. Cura

Deo gratias agere, nè aliorum beneficiorum indignus efficiaris. Concipitur Christus, & dum mater comparet coram Elizabeth prægnante, infans in vtero adorat quem Dominum agnoscit. Sic gratias agit, pro infusione gratiæ, & remissione originalis: Mater exclamans ait. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui, *parece que fue la Virgen à buscar quien agradeciesse el beneficio*; Nato Domino Angeli decendunt, qui gratias agant, pastores & reges vocantur, qui adorent. 3. Reg. dicitur quòd totum templum erat plenum figuris Cherubim, ad significandum, quòd sicut Angeli, debemus semper laudare Deum; cum psallebat Dauid, spiritus malus recedebat à Saül, quia Deo canere, & gratias agere, maximè dæmonibus est contrarium. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum, id est, qui obliuiscuntur, innumeris Dei beneficijs existentes ingrati, qui illum ex amore non diligunt, nec gratias agunt, saltem arceantur à malo, & Dei offensa ex timore gehennæ, conuertantur in infernum, conuertantur ad gehennæ pœnas considerandas, Hispanè, *no me haga bien, pero no me haga mal*, saltem non offendãt Deum: hic finitur discursus quia nil minus potest concionator exhortari. *3. Reg. 6.*

Et vocatum est nomen eius Iesus.

Vt procedat discursus & correspondeant posteriora prioribus dicamus, quòd sicut omnia in verbo continentur, ideo omnia in illo sunt vnũ, & inde deduximus conueniens esse, vt sumeret carnem, vt nos redimeret, nunc quoque similiter dicamus, hoc nomen à Deo esse gloriosum & magnificum, vt omnia nomina dicta de Christo non obscurè contineat, Cyprianus libr. 2. ad Quirinum, Hieronymus, Ezechiel 46. Cyril. Hierosolimitanus Cate. 10. multa nomina Christi referunt, hos sequitur Aug. qui Ser. 2. fer. 4. Pentecost. inquit. Dexteta dicitur, quia omnia diuina opera per eum perfecta *Cyp. Hieronym. Cyrill. Tom. 10. ser. 150.*

sunt: Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continen-
Nomina Christi. tur: Margarita appellatur, vt nihil pretiosius eo habeatur: thesaurus dicitur, quia in ipso, omnes opes & diuitiæ, cœlestium regnorum reconditæ cognoscuntur. Agnus appellatur, vt innocentia & Passio Christi demonstretur: homo dicitur, quia secundùm carnem propter nos homines nasci dignatus est: vitulus dicitur, quia propter nostram salutem, immolari sustinuit: leo est dictus, quia ipse est rex regum, qui morte ac diabolum, virtutis suæ potestate minuit. Omnia hæc & plura alia quæ taceo nè prolixus sermo fastidium generet, sub hoc nomine continentur: nam si est Saluator, & saluauit sibi dextera eius, ergo est manus, ergo est brachium; in manu námque poteti & brachio extento Deus olim per Moysem & Aaron, suum populum de captiuitate eduxit, de domo Pharaonis, de domo seruitutis. Fuerunt olim animo inuicti, fortes in prælio, Gedeon, Iepthe, Barach, Aioth, Samson: hi enim in manu & brachio forti Dei populum liberauerunt; Iesus Saluator ergo est manus fortis, & brachium firmum. Si Iesus Saluator & redemptio pro captiuis, thesaurus est absconditus in vase fictili, id est, carne fragili & mortali, abscinde carnem, amputa præputium carnis, apparebit aurum examinatum, purissimum, pretium pro peccatis, pro totius mundi salute. Sine dubio est Margarita, sine dubio, in illo sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: nihil pretiosius inueniri potest, quia nihil pretium iustum erit pro captiuis, nisi pretiosissimus eius sanguis. Iesus est Saluator, ergo est Agnus innocens, aliter non tolleret peccata mundi, nam nemo potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi Iesus qui de Spiritu sancto mundus conceptus est: hic includitur, quod sit homo; nam Saluatores commemorati homines fuerunt, & effusione humani sanguinis salutem attulit mundo: oblatus est quia ipse voluit, ergo vitulus est. Leo continetur, quia nisi leo esset, non pos-

ſet fortem armatum ſuperare, & prædam de manibus inimicorum eripere. Dixit Iſai. cap. 9. vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis; omnia iſta in hoc glorioſiſſimo nomine includuntur, nam ſerpēs callidior cunctis animantibus Euam decepit, hominem directè vel indirectè in peccatum induxit; nonne admirabilis conſiliarius; qui conſilium habuit, vt ſimilitudine carnis peccati, obumbrata & occultata potentiæ ſuæ maieſtate, deciperet ſerpentem, qui antiquitus decipiebat Prophetam errantem Ezechiel. 14. habitum eſt conſilium cum illo de creanda humana natura, cum dictum eſt Gen. 1. Faciamus hominem, nónne & etiam de redimendâ? ergo conſiliarius. Nónne Deus fortis, qui Saluator? non enim ſaluaret niſi eſſet Deus fortis. Si non eſſet verus homo, non prębęret exęplum. Si non eſſet verus deus non afferret remedium inquit Leo. Si negas hominem negas medicinam qua ſanatus es: ſi negas Deum, negas virtutem qua ſanatus es. Maxima certè fuit fortitudo, gemitibus inimicum deterrere & vincere: ideo interrogantibus Angelis, [quis eſt iſte qui venit de Edom,] reſpondit [ego qui loquor iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluandum, Iſa. 63.] Nónne princeps pacis qui ſaluauit nos de inimicis? certè cunctis ſuperatis inimicis pacem fecit. Pacem aſſequuntur victores cum capta vrbe exultant & diuidunt ſpolia, Iſai. 9. cum vltimò, Ianuam cœleſtem apperuit, verè fuit pater futuri ſæculi, nullus nos ſaluauit aut poſſeſſionem futuri ſęculi promeruit, niſi Ieſus, ideo pater eſt futuri ſæculi. Ad illud vnicum & ſingulare nomen tremendæ maieſtatis quatuor litterarum prę cunctis alijs Dei nominibus celebratum, deſcendamus oſtendētes, quòd hoc quoque nomen ſub hoc nomine includatur. Nomen illud quatuor literas continebat; prima Ioth, quæ ſignificat eſſe, ſecunda eſt He, quæ ſignificat vitam; prima demonſtrat patrem, qui habet eſſe ſine principio; ſecunda filium, de

Ezech. 14.

Leo. ſer. 1. Natiuit.

quo Ioannes inquit [quod factum est in ipso vita erat,] & quia in Christo est duplex Natiuitas, æterna à patre, temporalis ex matre, ponebatur bis, nempe secundo & vltimo loco, quia filius vltimis temporibus natus est, & habuit vitam ex Maria Virgine. Tertia litera est, Vau, quę est coniuncto copulatiua, manifestans personam Spiritus sancti qui est amor, Amor est vnitiuus amantis & amati, sic Spiritus sanctus est nexus, & amor indiuisus Patris & Filij; hoc nomen pronuntiabatur, Iehoua, significans quòd à se habet esse infinitæ perfectionis, & omnibus dat esse, quod est æternum immutabile. Nomen Iesu idem nomen est, additur enim litera. ς. Tunc significat Saluator, & pronuntiari debet Iheſua ch, l. Ih ſuch. per abbreuiationem. Ith. ς. tunc significat esse viuens, quod ex amore saluat, & dat salutem, omnes creaturæ in Deo, omnes creaturæ quodammodo in homine. Cum Deus factus est homo, omnia secundùm esse existentiæ quodammodo in Deo habuerunt esse quia natura humana non habés propriam existentiam, habuit existentiam verbi: hoc enim mysterium Incarnationis, omnes virtutes quodammodo habet in charitate: nam charitas benigna est, patiens est, &c. qui manet in charitate in Deo manet, quod est excellentia charitatis, nam esse suum consistit in hoc, quòd cætera imperat, & per seipsam vnit nos Deo. Sub scriptura sacra, omnes scientiæ, ibi Logica, qui non est mecum contra me est; si ego pater, vbi amor: ibi Astrologia, nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleyades? omnes scientiæ illi ancillantur, genus quoddam continet infinitatis: in hoc nomine, omnia continentur nomina; primus homo de terra terrenus terrenum habuit nomen, nam Adama humus, vel terra est, hoc nomen nullum aliud continet, sicut nec ipsa terra aliud elementum sub se continet: secundus Adam de cœlo cœlestis, sicut cœlum ipsum, cuncta sub se continet: sic nomen eius, cuncta glorioſa Dei nomi-

na continet: aliorum hominum nomen, gloria huius nominis obscurat: sicut lumẽ solis, lumen obscurat stellarum. Hoc nomen est excelsum, nam excelsum est nomen eius, omnia ergo alia nomina continet. Isaias non *Isa. 10.*
solùm Propheta, sed propè Euangelista: cum gaudio annuntians inundationem iustitiæ futuræ in lege Euangelica, audacter nimis Spiritusancto plenus c. 10. inquit. Consummatio inundabit iustitiam, ac si dixisset Isaias, imperfectio & sterilitas consequenter se habent, alterum consequitur alterum, sicut è conuerso, consummatio & inundantia, seu abundantia consequenter se habent. Lex ista Moysi imperfecta est, vt Nouilunium mutabile, in quo eius festa celebrabãtur, indicat. Ex fide venturi, cum parsimonia datur iustitia. Consummatio inundabit iustitiam, *anda no tengias pena, sustentaos con esperanza vendra la ley perfecta y traera abundantia de todo*, vbi 70. habent, verbum consumans; locum explicans Augustinus inquit, consumauit Euangelium & breuiauit, & voluit apertum esse & breue, breue vt vacaret legere, apertum nè non liceret (id est, vt liceret, duę negationes affirmant) intelligere, hoc nomen est illud verbum, hoc est suauissimum nomen, quod Deus abreuiauit. Vt nunquam caderet è memoria, hoc nomen est medela, hoc nomen est salus; salus est gratia, gratia est iustitia, hæc nunc inundant: nunc habemus nomen breue quod possumus legere, apertum quod possumus sine difficultate intelligere ac pronuntiare, non sicut nomen Tetragramaton, quod non poterant antiqui pronuntiare (vt ipse dicebat) solus summus sacerdos semel in anno, ingrediens templum illud pronuntiabat. Apertum est, nam idem est quod Saluator, non est reconditum, quia sicut oleum est effusum, cœlo & inferno est notum, in terra quoque, per nouos cœlos, id est, Apostolos, per infernũ, id est, per dęmones, per cęcos, claudos, qui vident & ambulant est annuntiatum. Angeli tremunt, dęmones credunt, contremiscunt, Pasto-

Paul. res & reges terræ venerantur, denique indoctus taceat, doctor loquatur. [In nomine Iesu omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum,] velint nolint adorant, hoc est, illud credunt, & contremiscunt. O quam apertum est nomen, in quo omne bonum continetur, nam continet omne nomen, & nominibus vtimur pro rebus, pro rebus ergo omne continet bonum.

Cant. Exod. 28. Gen. 30. Breue est, vt quasi signaculum sit super cor, sicut nomen Tetragramaton, super laminam sacerdotis, *porque no le hecheys en oluido y pongays en trancado*, sed sicut virgæ populeę, & amigdalinæ sit ante oculos nostros ad varia virtutum genera concipienda. In die illa erit nomen

Zach. 1. ExBernar. Domini vnum. Zachar. 14. ad hoc nomen cętera reducuntur, hoc nomen in mente, & ante oculos habete, sit hoc nomen, mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: omnis cibus, qui non fuerit conditus hoc sale, infatuatus est, omnis scriptura quæ non fuerit linita hoc nomine insipida est, parum de hoc nomine, multum de hieroglificis Pierij reprehensibile est.

Ex Chry. Quod vocatum est ab Angelo.

Homilia de humili. dixerat Euangelista, appellatione nominis illum magnificat, nè ex vili præsepio, in communi diuersorio vilescat, ideo illum Iesum appellat, vt nomen ostendat potentiam infirmi, maiestatem humilis, misericordiam tunc quondam in peccatores seuientis. Si saluare potest, potens est, si saluat misericors est. Quicquid spes potest sperare nomen hoc præstat. Ad quid spes se extendit? quid fides ostendit? quid charitas diligit? Deum trinum fides in ænigmate ostendit, spes sicut anchora nauim ad sperandum hoc bonũ, animum firmat, charitas diligit, totum hoc, nomen hoc præstat: introducit quidem ad illam possessionem quam fides ostendit, spes sperat, charitas diligit. Facilè solicitamur ad prospera, amamus vtilia: ideo Angelus cœlesti cura edoctus, inquit saluum faciet populum suum non sicut Iepthe, Samson ab inimicis in arcu & gladio, sed à pec-

catis: hoc Euangeliſta commemorat dicens. Quod vocatum eſt ab Angelo prius quàm in vtero conciperetur. Cum nomine de cœlo venienti, de Angelicis ſpiritibus fit memoria: vt terrenis relictis cæleſtia diligamus, tam magna, tam mirabilia, hoc nomine erant Apoſtoli facturi, quod conueniens fuit præmonere & recenſere à cœleſtibus hoc nomen deſcendiſſe: nè in Belzebud facta fuiſſe impij exiſtimarent: vt finem faciam loquēdi de hoc dulciſſimo nomine in hac concione verba Pauli Hebr. 7. commemorabo. Vnde & ſaluare in perpetuū poteſt: quare hoc? quia viuit in æternū, quia morte non prohibetur, ſicut Moyſes qui morte prohibitus: non introduxit populum in terram promiſſionis, Aarō ſucceſſit Eleazarus, quia morte prohibitus non perpetuo durauit: hic Sacerdos, hic Saluator in æternum non per nubem, non per montem, non per Angelum, non per corruptibile ſacrificium, ad Deum accedēs: ſed per ſemetipſum. O nomen ſuper omne nomen, ſecundùm nomen tuum ſit laus tua *alebente como merces nombre dulciſſimo*, quis hoc dulciſſimo nomine non delectatur? quis nomen hoc non reueretur? quis audet nomen Dei irreuerenter tractare? illud fratres veneremur vt ſalutem & ęternam vitam conſequamur, quam mihi & vobis præſtare dignetur Ieſus Mariæ filius, qui cum Deo Patre viuit in ſæcula ſæculorum. Amen.

Heb. *Pſal.*

IN EODEM FESTO,

CONCIO. IIII.

Poſtquam conſumati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer. Lucæ 2.

SANCTVS Apoſtolus vas electionis ſcribens ad Galat. inquit. Si enim data eſſet lex quę poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia, ideſt, lex ex ſe his *Galat. 3.*

quæ in se continebat, non poterat aliquem iustificare, sed necessariò ad hoc quod quis iustificaretur, requirebatur fides Christi venturi, quia sine fide Christi nullo modo quis poterat iustificari, ideo subdit, Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, ideſt illa lex ostendit, quid esset peccatum, & quid non esset peccatũ. Rom. 7. concupiscentiam nescieb̃am, nisi lex diceret, cũ hoc ostenderet, non ostendebat medicinam nec habebat, sed remittebat se ad fidem mediatoris, sicut cum legatus vel subdelegatus mittitur à iudice vel principe superiori, vt possit delinquentes incarcerare, non proferendo vltimam sententiam, Hispanè *fulano ha se carrado con de Zir esto y no mas, ò haZer esto, no ay sacarle de alli*, monet quis infirmum vt abstineat ab hoc & illo cibo nociuo, sed proficuum non administrat, concluſit sermonem suum sub prohibitione, sic lex prohibet non facienda, ostendit facienda, quære vt iustificet, & donet gloriam, *esso no se estiende a tanto*, omnia concluſit sub peccato *no passa de mostrar el bien y el mal*, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, *gratia dexo lo a Iesu Christo*, ex fide Iesu Christi, qui est verus Saluator, datur salus quæ est gratia & vita æterna. Iesus Christus non erat ex lege, sed supra legem, non erat in lege, sed extra legem: lex illum expectabat, ille lux erat, ipso veniente lex quæ erat vmbra euacuanda erat, *Iesu Christo era la claue y perfecion de la ley*, finis legis Christus, omnia sine Christo imperfecta erant, quemadmodum sine homine, cæteræ creaturę imperfectæ erant, sic sine fide Iesu Christi holocausta Deo non placebant. Ecce nunc venit expectatio gentium, Ecce nunc salus mundi ingrediens mundum dicit, hostiam & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi: homines illum expectabant, sacrificia imperfecta erant, tunc dixit: Ecce venio *no via la hora que llegar*, quia nullum aliud sacrificium Patri placitum erat, ideo, postquam

Rom.

Simile.

Hebr. 10.

conſumati ſunt dies octo, ſtatim cœpit verum ſanguinem fundere, & ſacrificio æterno Patri gratum offerre. Cum frequens populus ſuum expectat rectorem, aliquid cum illo facturus, aut cum Dux militię obſidens Ciuitatem expectat regem ſicut Ioab Dauid, pręproperat rex: ſic Chriſtus gentium erat expectatio, totius mundi ſalus, ſicut currit medicus videns infirmum periclitari: ſic videns humanum genus infirmum, noluit retardari, ſed ſtatim poſtquam conſumati ſunt dies octo circumciſus eſt. Num. 16. cum orta eſſet murmuratio Dathan & Abyron contra Moyſem, iuſto Dei iudicio terra aperuit os ſuum, & viui deſcenderunt in infernum, ſed & ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum, tunc ſurrexit murmur populi contra Moyſem & Aaron dicentes. Vos interfeciſtis populum Domini. Cum voluiſſet eos Dominus punire dixit Moyſes ad Aaron. Tolle thuribulum, & hauſto igne de Altari mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum vt roges pro eis, referens hoc Sapientia, cap. 18. inquit. Properans homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans reſtitit irę, & finem impoſuit neceſſitatem. Indignatus erat ęternus pater in humanum genus: holocauſtomata nõ ſibi placebant, ſolus filius placebat: pręproperauit offerre ſanguinem ſuum, vt reſiſteret Dei iræ: non obtulit ante octauum diem, quia melior eſt obedientia, quàm ſacrificium, in octauo die hoc lex pręcipiebat, tunc non antea, voluit circoncidi, tũc conuenerunt ſimul ſacrificiũ & obedientia, hęc duo ſimul Deo placent. Saul non obediuit Domino, non placuit propoſitum ſacrificandi Domino, vtrunque ſimul hîc inuenitur, ideo [poſtquã conſumati ſunt dies octo, *al memento apeandoſe del vientre de la Madre* adueniente tempore obedientiæ ſe ipſum obtulit in ſacrificium. Oues & boues atque ſer-

Simile. *1. Reg.* *Simile.* *Num. 16.* *Sap. 18.* *1. Reg. 15.* *Simile.*

ui, quodam signo notantur cuius Domini sint, sic Christus inquit, *retaxadme por sclauo y sieruo*, seruus pro peccatis hominum se hac celeritate voluit circumcidi, vt præstaret obedientiam. Pater hoc ipsum voluit & fecit: vt præstaret misericordiam miseris: fuit enim hic sanguis Christi velut Arrabon, & primitiæ sanguinis fundendi in passione: est enim Arrabon quasi quoddam testimonium & obligamētum futuræ emptionis,

Hier. to. 9. Eph. 1. Hispanè *segnal* pignus verò secundùm Hieronymum, pro mutua pecunia opponitur, vt cum illa reddita fuerit reddenti debitum, pignus à creditore reddatur, Hispanè *prenda* sanguis Christi fusus in Circunciſione, fuit quasi Arrabon futuræ emptionis per effusionem sanguinis in morte: illo enim nos redemit, hîc obligamentum fecit: nam vt diximus, ingrediens mundum dixit. Ecce venio, tunc verbo. Nunc facit obligamentum: vt scribatur sanguine, sanguinem fundit, *es el bermellon cõ que se ha de escriuir esta diuina rubrica.* Magnalia Principis cum describuntur: prima litera in libri capite posita, rubra est; volens Christus delere Chirographum

Simile. decreti, quod contra nos erat, in principio & fine vitæ suę sanguinem fudit.

Potest dici pignus, quia pro natura, quam à nobis accepit sanguinem impignorauit promittens maiora, vt certò cognosceremus, quòd redempturus esset Israel, & totum humanum genus; gloriabatur sponsa quòd Spõ-

Cant. 5. sus erat candidus, & rubicundus, Ecce nunc primò: caro sua quæ est vestimentum diuinitatis suę (quia illam operit ad modum vestimenti operientis hominem,) rubra facta est. Quia hoc lex præcipiebat, & factum sub lege Pater misit. Angeli non mirantur nec nunc dicũt. Quare rubrum est vestimentum tuum, cum verò viderunt totam vestem conscissam, Christo iniuriã patiente tunc mirantur, stupent ad misterium, quia nouum non visum, quòd specioso prę filijs hominum nõ fuerit decor. Nunc cum vident factum ex muliere: ab vbe-

ribus matris pendentem ſtupent ad miſterium Incarnationis. Et canunt Gloria in excelſis Deo, vident fundi ſanguinem, non mirantur, quia factum ſub lege, ipſe vult circuncidi, & ſine aliqua iniuria circunciditur: in Paſſione iniuriam eſt paſſus, ſecundò nunc à matre circunciditur, vt vult Hieronymus de vera Circunciſione Bernard. de lamentatione Virginis. Dicat Cerdon, quòd ſumpſit corpus cœleſte, dicant Manichęi eſſe corpus phantaſticum, dicat Iulianus, teſtificet Iuſtinianus eſſe corpus impaſſibile, circũcidatur Puer, effundat ſanguinem, comprobabitur veritas, *La Circonciſion fue contraſte, que declaro lo que era*; Errauerunt multi hæretici, circa Diuinitatem Chriſti, confutati ſunt, veritate oſtẽdente falſitatem ad intellectum, errarunt iſti circa carnem Chriſti, caro oſtentat veritatem: Caro pungitur Chriſti, effunditur eius ſanguis, comprobatur veritas carnis Chriſti; Thomas quia vidit credidit, Beati qui non viderunt & crediderunt, credamus carnem animatam anima rationali, & diuinitatem in vnam diuinam perſonam ſimul conueniſſe: hoc ad intellectum pertinet. Vt in amorem Dei noſtri & pueri Ieſus noſtra cõmoueatur volũtas, & affectus inflametur; ſciamus, præproperaſſe ſanguinem effundere, vt exhiberet Arrabonem Redemptionis noſtræ, adducamus figuram, commemoremus hiſtoriam 2. Reg cum Dauid eſſet vnctus in regem quæſiuit; an remãſiſſet aliquis de domo Saul, vt faceret cum eo miſericordiam propter Ionatham. Felix qui immemor omnis iniuriæ, vt potè quod 1. Reg. 19. nixus eſt infigere lanceã in pariete miſericordiã offert, & ad hanc miſericordiam præſtandam properat, inquiſitionem faciens, an remanſiſſet aliquis de domo Saul, de domo ſui inimici: Dominus Ieſus, propter ſemetipſum prępropera at ad præſtandam miſericordiã, quodcunque facere poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, *cuidado y prieſſa* Bonum eſt viro, cũ

Hieron. *Bernard.* *2. Reg. 9.* *2. Reg. 6.* *Eccleſ 9.*

portauerit iugum ab adolescentia sua : Threnorum 3. ô homo considera quantum pro salute tua fecerit Deus, scientes inquit Petrus, quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, prænonuerat sancti essent, nunc exagerat pretium quo redempti sumus, Hispanè *mirad como gestays que cuesta los ojos de la cara*, sanguis Christi fuit redemptio vestra, pretium pro peccatis vestris *mirad como viuis*, æstimate pretium magnum. Cum Paulus Act. 17. prædicasset Athenienſibus ignotum Deum, vt persuaderet illis, ex his quæ illi admittebant (vnde credo quod non loquebatur de Christo, nec ipsum appellabat ignotum Deũ) dixit: Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo sunt, post pauca, in ipso enim mouemur & sumus, sicut & quidam vestrum Poëtarũ dixerunt; ipsius enim & genus sumus, infert statim: genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro & argento, &c. supra explicui, nunc iuxta propositum: Cum simus genus Dei non debemus corruptibilia ista adorare & diuino honore prosequi, existimando; Deum aliquid simile esse; omnino maius est, genus ergo cum simus Dei, non debemus terrena & caduca ista, quę morte amittimus ęstimare, sed æterna: quia nos sumus æterni (quò ad animam) & genus Dei, ideo quę sunt ęterna debemus diligere: empti enim estis pretio magno, inquit Paulus, glorificate & portate Deum in corpore vestro: quasi inferendo loquitur, Hispanè *hijo de buena haz com tal*; Mulier exhortans & prouocans filium ad suum amorem inquit; ô fili quot dolores pro te sustinui: empti pretio magno nolite amare terrena, non vilescat cor vestrum, empti estis pretio magno, nempe pretioso sanguine Christi, dolore passionis in corpore, portate Deum in corpore vestro, mortificate corpora vestra, resplendeat modestia, appareat exterius honestus, in-

Simile.

ceſſus ſit grauis, in omnibus te præbe exemplum bonorum operum, *ô alma que cada dia te empegnas y captiuas con el peccado*, empti ſumus pretio magno, vili pretio peccato nos tradimus: vili pretio laſciua mulier peccato ſe tradit, vili pretio alius falſum exhibet teſtimonium. Iudas vili pretio authorem vitæ Iudeis tradidit, & ſeipſum diabolo, laqueo ſe ſuſpendens. O miſeri redite ad cor: redite & videte, quanto pretio redempti eſtis. Si attenuatus frater tuus vẽdiderit poſſeſſiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille vendiderat; ex infirmitate & defectu virtutis, vendidit Adam hæreditatem, amiſſit gratiam: filij, ex gratia quaſi iure hęreditario acciperent, ſicut nunc, quaſi iure hæreditario originale contrahunt. Nunc propinquus & proximus Chriſtus, miſericordiam pręſtat miſeris: nunc, annus eſt Iubilei, nunc dies redemptionis veræ; nunc redempti ſumus pretio magno; excedit meritum culpam, ſanctiſſima Chriſti caro, arca & theca publica ęrarium continens: hoc pretium erat, pungatur caro, aperiatur ęrarium publicum, mulier habens alabaſtrum vnguenti pretioſi, fregit alabaſtrum & effudit ſuper caput Ieſu; Nũc frágitur pretioſũ alabaſtrũ in quo, Continetur vnguentum pretioſiſſimum. *Leuit. 25.* *Simile.*

Vocatũ eſt nomen eius Ieſus, ſic nunc in baptiſmo ſic tunc in Circũciſione, nomen imponebatur, iuſtè quidẽ: nam imponere nomẽ ſignum eſt authoritatis: animalia omnia propter hominem ſunt creata, ideo, Ge. 3. adduxit ea Dominus ad Adã, vt videret quid voceret ea, omne enim quod vocauit Adam animę viuentis ipſum eſt nomen eius: ſic Eccleſia, cum aliquem ſuſcipit in filiũ, imponit ei nomen, cũ quis aſcribitur militię & ſubijcitur Duci dat nomen ſuũ aſtringens ſe ſeruitio & obedientię ducis, ſic Eccleſia imponit nomen filijs Adæ, filijs iræ, filijs perditionis, cum regenerantur in filios Dei, in filios ſalutis. Cum fecit Deus lucem quam diuiſit à tenebris, vocauit lucem diem; ante Circunciſionem fi-

lij Adæ tenebræ erant, in Circunciſione lux in DOMINO, ideo tunc nominabatur. Cum Chriſtus eſſet virtus Dei portans omnia verbo virtutis ſuæ, cum eſſet Dominus virtutum, rex gloriæ, & nullus ſupra ipſum haberet authoritatem, Angelus à patre miſſus, nomen reuelat, ideo tale nomen imponitur, quale ab Angelo fuit reuelatum, Angelus à Patre fuit miſſus, Chriſtus a Patre, qui maior erat, potuit nominari (& tamen Chriſtus Patri erat æqualis) ſecundò, quia pater cognoſcebat perfectè filium, potuit ei nomen imponere: nã nomina ſignificant eſſe rei; ideò qui non cognoſcit alium, non poteſt ei nomen imponere: Chriſtum ſolus Pater perfectè cognoſcebat; ipſe potuit illum nominare, nõ homines: ſed quia Chriſtus erat gloria Angelorum, & hominum redemptor, pacificans quæ in Cælis & quę in terris, Col. 1. per Angelos nomen reuelatur, & per homines tale nomen imponitur, Angelo ad Virginem dicente. Vocabis nomen eius Ieſum. Beatiſſima Virgo, ſicut humilis: ſic obediẽs, illum Ieſum nominauit, ſicut prius vocatus fuerat ab Angelo, *guardo el orden que Dios dio, nueſtro era noſotros le auiamos de nombrar.* Nomen Ieſus oſtendit, quòd Dei populus educendus etat de Ægypto, de domo ſeruitutis, de ſeruitute diaboli. O nomen quod os DOMINI nominauit.

Innumera habuit nomina: ſupradictum eſt, dicebatur Emanuel, ſic ſignificatum eſt, quòd erat Deus habitans in nobis: cũ dicebatur Ieſus, quia hoc nomẽ, ſalutem quam infirmis, libertatem quam captiuis donauit, repręſentat: hoc voluntatem excitat, vt redamemus amantem, volens nos ad ſui amorem, tanti beneficij memoria allicere, hoc ſuum vſitatum nomen eſſe voluit: vt inexcuſabilis ſit Ieſus: Ita qui accipiens nomen Chriſti ſalutem & redemptionem non vult habere cum Chriſto. Nomen habes quo viuas, & mortuus es, *Ni quadran, ni ajuſtan tus obras con el nombre.* Eſt nomen vitæ, & es mortuus. Nomen potentiæ,

Apocal. 3.

es,

es debilis; nomen suauissimnm, es acerbus, iracundus, & rigidus, nomen salutis, es infirmus, factus liber: iterũ factus es seruus peccati, verè indigna est nomine mulier in Ciuitate pecatrix, non nomine, sed ex vitio nominatur. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, *Que obscureceys el conocimiento de Dios en nuestra mala vida*, si verè oras & dicis, sanctificetur nomen tuum, sic viue vt inde sanctificent Deum, quem colis & adoras. Cum magnus Alexander Ducem quendam dictum Alexãdrum misisset, vt expugnaret quoddam castellum in alto positum monte, à solo nomine inhortatus est eum dicens. *Mira que te llamas Alexandro.* Hac exortatione roboratus dux, processit ad Arcem expugnandam. O Christi fideles inardescat iam animus vester; consideremus quod dicimur Christiani Christi discipuli: nullus contemnat salutem quam hoc nomen nobis attulit, iuxta nomen, sit pugna, vt Dominus donando victoriam reddat coronam iustitiæ. Debitores sumus non carni vt secundùm carnem viuamus, si enim secundùm carnem vixeritis moriemini. Quivolunt inter aliquos amoris glutino conglutinatos amicitiam dissoluere, & dissidium ponere, de illis detrahunt, Hispanè *Si mucho deueys à fulano a se que os haze buena amistad, andaos tras el que medrareys, daraos el pago.* Mulier volens deterrere puerum inquit, *mira que es la muerte, el coco*, ita Paul. Moriemini. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Saluator dixit. Non potest arbor mala bonos fructus facere, & terra non habens humorem, non potuit triticum natum conseruare in suo virore: similitudinem horum tenet caro de limo, & luto cenoso formata, nihil generat nisi corruptionem, *No ay que esperar peras del olmo.* Diues in infernum descendit, Lazarus in Cœlum ascendit: seminauit ille in carne nutriendo car-

Rom. 8. *Ioann. 1.* *Rom. 8.* *Simile.* *Gal. 6.* *Simile.*

nem: seminauit Lazarus in spiritu sufferendo labores: qui seminant in lacrymis in exultatione metét: vtinam seminemus in spiritu, vt de spiritu metamus vitam æternam. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO V.

Vocatum est nomen eius Iesus. Lucæ 2.

De sanctissimo nomine Iesu cõcio appendix.

HVIVS nominis excellentiam ad tria capita possumus reducere: excedit quidem omne nomẽ suauitate, vtilitate, & maiestate; maiestate, Mat. 7. vbi dicebant Apostoli, In nomine tuo Prophetauimus, dæmonia eiecimus; inuocato hoc nomine dæmones fugantur, quod est signum eius maiestatis & authoritatis, Lucæ 8. vir habens dæmonium, vt vidit Iesum procidit ante illum & exclamans voce magna dixit; quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi; obsecro te nè me torqueas *adorauay pedia paz*, Lucæ 4. dixit alius: quid nobis & tibi Iesu Nazarene? scio te, quia sit sanctus Dei, maiestati, & authoritati testimonium perhibeat, vtrumque vniuersaliter cõcludit Paul. ad Philip. 2. dicens, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Ecce subiectionem debitam suæ maiestati; sequitur & omnis lingua confiteatur: quia Dominus Iesus Christus, in gloria est Dei patris, hîc vt vtrumque simul includitur, & maiestas, quia ad dexteram Dei sedet; & bonitas atque sanctitas, quia Deus peccatores nõ exaudit, nec ad dexteram suã sedere permittit. Ad maiestatẽ & authoritatem nominis huius pertinet à Domino fuisse per Angelum reuelatum antequam in vtero conciperetur. Abrahæ non fuit impositum hoc nomẽ, nisi postquam

obediuit. Iacob non eſt dictus Iſraël, niſi poſtquam luctatus eſt cum Angelo. Simon Bariona poſt confeſſionem dicitur Petrus *vuoſe Dios con ellos como ſegnor, ſiruey toma*, ſed ad Chriſtum ſe habuit ſicut Pater *ſi dandoſe del le dio el nombre adelantado.* Et Ioanni Baptiſtæ propter Chriſtum.

Nomen Ieſu quomodo maioris reuerentiæ, quã Deus.

Abulenſis, Exo. 20. q. 7. docet maioris reuerentię eſſe nomen Ieſus quàm nomen Deus. Hoc eſſe non poteſt ex ſe, quia Deus eſt id quo maius excogitari non poteſt: ſed ex dono. in hoc ſenſu, quòd exterius homines hoc nomen magis reuereantur, quam ipſum nomen Deus, ſic nullum eſt periculum. Imo, hoc nomen exaltat & Dei bonitatem & amorem erga hominem Chriſtum oſtendit & eluceſcit illud. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite: id eſt illum volo, vt audiatis: illi obediatis & obtemperetis, & plus quàm nomen meum veneremini: fingamus regnum aliquod, nolle recipere pro rege miſſum à rege, aut nolle iureiurando aſtringere ſe obedientiæ principis, filij regis: prouidè quidem tunc rex faceret, ſi eos conſtringeret & compelleret, plus honoris principi, aut proregi exhibere, quã ſibi ipſi: omnes gentes Deum venerantur, nec vlla de hoc dubitat natio; miſſit Deus filium ſuum factum ex muliere in ſimilitudinem carnis peccati; inde eum deſpexerunt, inde *dixerunt Iudæi*, hic eſt hæres, venite occidamus eum. Hinc prædicatio Chriſti nominis Iudæis erat ſcandalum, gentibus ſtultitia: ob hoc, loco prẽmij dedit ei nomen qnod eſt ſuper omne nomen, vt maiorem reuerẽtiam, homines huic nomini exhibeant, quàm nomini Dei iuxta hoc videmus quod Saraceni, & barbari inuocantes Deum, non exaudiuntur; exaudiuntur autem, Chriſtiani inuocantes nomen Ieſus: quia niſi veneretur hoc nomen, nullum vult Deus ſe exaudire; ſic & plus veneramur feſtum Euchariſtiæ, quàm feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis, ideſt voluit Deus plus ſub nomine

Simile.

isto venerari & honorari, quàm nomine proprio Christus Dominus dedit discipulis suis maiora facere (non
Mat. 9. Luc. 8. tamen posse) quam ipse faciebat. Sanabat fimbria vestimenti Christi, sanauit mulierem quæ fluxum sanguinis patiebatur, sed non vmbra: at vmbra Petri sanabat, ideo Act. 5. dicitur, magis autem augebatur credentium
Act. in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita vt in plateis eijcerent infirmos, vt veniente Petro saltim vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarẽtur omnes ab infirmitatibus suis; eluceſcit illud Ioan-
Ioan. nis 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, sic inquit Christus, Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, Permittit Deus, vt iurent homines vana per eum; nullus per nomen Iesus solitariè nihil addendo forsam iurauit vsquam, dicendo *juro a Iesus*, quod est signum reuerentiæ & maiestatis huius nominis. Nomẽ hoc tremendæ maiestatis antiquitus Iacob adorauit.
Gene. Gen. 47. vbi dicitur, conuersus ad parietem adorauit Dominum. 70. quorum translationem sequitur Paulus ad Heb, 11. habent, [conuersus ad parietem, adorauit fastigium virgæ eius,] scilicet Ioseph, de quo loquebatur. Ex vtraque translatione iste est sensus; in virga Ioseph adorauit Dominum; vbi Nicolaus, vtraque glossa & communiter omnes doctores dicunt, quòd adorauit potestatem, & gloriam Christi ibi figuratam, sicut nunc adoramus imaginem Christi, quia repręsentat Christum, [illa enim virga, fuit figura Crucis, quæ fuit principatus Christi,] dicente Propheta, [Principatus eius
IG9. super humerum eius,] Christi Crux, virga Ioseph figurata, fuit eius principatus, fuit eius gloria; quia ibi meruit ptincipatum & gloriam, hoc enim sonant verba
Philip. I. Pauli, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod exaltauit illum, & dedit illi nomen: si propter ignominiam Crucis fecit illum præclarum, cunctis nationibus nominatum, & nomen eius
2 ad Cor. 1. diuulgatũ, ergo ignominia fuit gloria; humilitas Cru-

cis fuit exaltatio, ſic Paulus 2. ad Cor. 1. gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientię noſtrę, ideſt ex teſtimonio procedit gloria, & iterum, gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, ideſt ex vobis me laudant & glorificant, 1. Cor. 11. vir gloria eſt Dei, mulier autem gloria viri, ideſt, quia mulier eſt ex viro, vir glorificatur propter mulierem: gloria patris eſt filius ſapiens, omnes patrem ex filio benedicunt; ſic quia Chriſtus glorificatus eſt ex ignominia Crucis; Crux gloria eſt Chriſti. Quia ſic cupiebat Paulus glorificari, dicebat. Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti; ideſt, ex illa ignominia (Dominum meum Ieſum Chriſtum imitatus) cupio gloriam acquirere: non fauore principum, aut ſuperbiæ faſtu. Omiſſa figura, nempe virga Ioſeph veniẽdo ad figuratum, in ſummitate Crucis Chriſti, quæ fuit virga & ſeptrum eius, poſuit Pilatus nomen dulciſſimum Ieſu; hoc nomẽ eſt quod adorauit Iacob lumine quodã prophetico, quo hoc nomen cognouit; ideo in extremo hiatu cum animam exhalabat dicebat. Salutare tuum expectabo Domine *con eſperanças me ſuſtentare en el limbo*, vtinam ſic omnes nomen hoc ſalutare exoptarent & expectarent; vtinam ſic adorarent & timerent (adoratio adiunctum habet timorem) bonitati amor, dominio timor, maieſtati adoratio, & cordis ſubmiſſio correſpõdet: nomẽ eſt poteſtatis; ergo ſaluare poteſt: non poterat rex Iſrael, qui mulieri clamanti & ſalutem atque libertatem petenti reſpondit, non te ſaluet Dominus; vnde te poſſum ſaluare de area, vel de torculari; infœlix illa anima quę tantum, ac tam potentem habens Saluatorem confidit ſuper baculum arundineum confractũ, confidit ſuper diuitias, & gloriatur ſe habere neceſſaria. Nonne hæc eſt Babylon, dicebat ille qui gloriabatur in iumentis & lapidibus cõſtructis, ſuper quem habes fiduciam, ô homo quia receſſiſti à Deo? noli confidere in principibus, in filijs hominum in quibus non

1. ad Cor. 11.

4. Reg. 6.

Iſaias 36.

est salus, in diuitijs quæ veterascunt, in ædificijs quæ corruunt, in salute quę infirmatur. Habebat Aman in suo principe Assuero fiduciam: non salutem & vitam, sed mortem lucratus est: diuiti qui non fecit misericordiam cum Lazaro, diuitiæ non profuerunt; Nabuchodonosor, extra vrbem quam ædificauit cum bestijs habitauit. Naaman Syrus post salutē ægrotauit, & ad Prophetam venit, & salutem recuperauit, Ezechias Isa. 38. cum fletu dicebat. In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi; verè non est salus extra Deum, nec diuitiæ, nec mœnia, nec princeps saluant; sed solus Deus & hoc nomen. Si nomen hoc tremendæ est Maiestatis, ergo illud debemus venerari: non sicut dæmones, qui credunt & contremiscunt: sed sicut Paulus qui dicebat. *Ephes. 2. Rom. 14. Daniel. 6.* Flecto genua mea ad Patrē Domini nostri Iesu Christi, vt in nobis impleatur illud; Mihi flectetur omne genu; sicut Darius, qui publico edicto præcepit; Paueant omnes Deum Danielis, quia ipse est liberator atque Saluator. Quo supplicio digni sunt qui huius nominis maiestatem non reuerentur, sed abutuntur passim iurantes per Iesum Christum: Angeli credunt & contremiscunt, tu credis, sed non times nomen tremendæ Maiestatis. Audientes Iudæi Christum dicentem; Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram; & tu audes iurare vana per eum; dic potius cum Psalmista, secundùm nomen tuum Deus sic & laus tua. *Nadia abra la boca que no diga bendito sea tal nombre.* Seraphicus Pater noster Franciscus dicebat, sanctissima nomina eius diuina vbicunque inuenero volo colligere & rogo quod *colligantur*, & in loco honesto collocentur: si indignum ferebat nomina diuina esse in loco inhonesto quod potest esse sine peccato; quantò magis indignum ferret audire blasphemiam & falsa iuramenta? Os iurantis iudicio meo est sicut os Iudæ: ad malum enim Dominum est osculatus, ad malum assumit hoc nomē sanctissimum, ad malum huius nominis meminit. Væ

multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga *Dios le caſtigara como merece*; timete ergo fratres eum, qui vos poteſt perdere in gehennam, propter timorem diligite eum, qui poteſt concedere omne bonum. *Eccleſ. 23.*

Secundò, hoc nomen excedit cuncta alia nomina vtilitate: dicente Petro, nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, iuſtè quidem, nam ſicut vnus eſt DEUS, & plures eſſe non poſſunt: ſic non eſt, nec eſſe poteſt duplex, ſed vna, vnius DEI fides: ſic non duplex, ſed vnus debet eſſe mediator & Saluator vt in vnius Saluatoris fide, veritatem quam fide credimus aſſequeremur. Hoc nomẽ eſt ſalus Iudęo & Greco, barbaro & Scytæ, maſculo & fęminæ, iuueni & ſeni. Poſtquam ſaluati, & liberati ſumus à dęmone eſt nobis gloria, cum ſumus captiui, & ſerui dęmonis, eſt ſalus & redemptio: Patribus exiſtentibus cum Abraham fuit libertas: Angeli quoque gloria eſt, ſaltem accidentalis damnatis, quibus non eſt ſalus, quia obſtinati ſunt: eſt pauor, & tremor Apoſtolo dicente. Omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia DOMINUS noſter Ieſus Chriſtus, in gloria eſt DEI Patris. Agnoſcens hoc Eccleſia omnes rationes & obſecrationes concludit hoc nomine dicẽs, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: iuſtè quidem: nam Chriſtus DOMINUS, Ioann. 16. dicendo docuerat Apoſtolos dicens. Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis, ſicut enim omnis ſtella fulgens in Cœlo ſplendorem ſuum à ſole mutuat, ſic nullus eſt homo, qui ab hoc nomine ſalutem non habeat; manifeſtè docet Euangeliſta dicens. De plenitudine eius omnes accipimus, ideo omnes: illi venerationem debent: omnis enim ſuo benefactori debitor eſt: ſic Thobias agnoſcens ſe debitorem, dimidiam partem ſuæ pecuniæ Angelo, qui ei comes indiuiſus fuerat, offerebat. De ingratitudine *Actor. 25.* *Philip. 2.* *Ioan. 16.* *Simile.* *Thobias.*

sæpè conqueritur Dominus per Prophetas, Paulus reprehendens eos, qui huic nomini ingrati existebant dicebat. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Ideo portæ inferi non prævalent contra Ecclesiam, quia fundatur super firmam petram, quæ est Christus; propter hoc nomen non submergitur nauis Petri, ideſt Ecclesia; sine Christo nunquam puer cēturionis sanatur, sed semper manet paralyticus: non sanatur Naaman sine Eliseo, non est salus in gentibus extra Iesum, non rapinam arbitrabitur, si dixerit extra me nō est salus, ipse & non alius dicere potest. Omnis qui inuocauerit nomen meum saluus erit. Sine sanguine agni non saluabantur antiqui patres, nec incolumes exeunt de Ægypto: Iesus est, qui illos eduxit, docet Iudas in sua canonica dicens. Scientes semel omnia, quoniam Iesus populum Ægypti saluans, si saluat nos de hoc mundo in quo innumeræ sunt miseriæ. O quam vtile est nobis hoc nomen: Zacharias mutus erat, scribens autem nomen filij sui illico apertum est os eius & loquebatur benedicens Deum, si hoc scribendo nomen Ioannis, à fortiori nominando hoc nomen, certè qui inuocauerit saluus erit, Hispanè dicimus, *fulano ni es bueno para amigo, ni para enemigo*, hoc nomen siue amici, siue inimici simus, est nobis vtile [veni vt vitam habeant, & abundantius habeant,] non habenti gratiam datur gratia; habenti abundantius datur: gratificauit nos in dilecto filio suo, inquit Paulus, si offendimus & peccamus, & gratiam amittimus, aduocatum habemus ad patrem. In Hebræo non est integrum nomen Iesus in concreto, sed in abstracto dicitur Iesu, ideſt, salus, *porque todo el es salud nuestra*, non solùm hoc nomen nobis vtile fuit, sed ora vestimenti Iesu sanabat, & vtilitatem afferebat: si vmbra Petri, non vmbra Iesu sanabat, non obstat, quia Petrus non sanabat nisi in nomine Iesu. Sic dum per ministri vmbram sanabat, maior eius virtus & vtilitas apparebat, totum quod

Paulus.

Iudas in sua can.

Luc 1.

in eo erat veritas erat, non vmbra: ideo non debuit vmbra ſanare. Antiquitus vmbra & figura eius ſanabat & ſaluabat, nam cum Moyſes mitteret Ioſue, vt introduceret populum in terram promiſſionis & ſuperaret inimicos Domini, cum antea diceretur Auſes, vel Oſeæ vocauit nomen eius Ieſus, vt in vmbra & virtute huius nominis cunctos ſuperaret inimicos, ita docent plures ſancti; infœlix ille populus, qui dicebat conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum; infœlix illa anima, quæ in his terrenis & caducis exiſtimat inuenire ſalutem, cum ſcriptum ſit; non eſt aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri; infœlix Ochozias, qui ægrotans miſſit nuntios conſulens Belzebud Deum Accaron, an viuere poſſet de infirmitate ſua, quibus Dominus per Eliam. Nũquid non eſt Deus in Iſraël, ac ſi diceret, extra Deum Iſraël non eſt ſalus, ſic extra nomen hoc non eſt ſalus. O quantum huic nomini debemus; ſunt apud nos collegia à magnatibus & viribus illuſtribus fœlicis recordationis, ad literarum exercitium in Reipublicæ vtilitatem conſtructa & ædificata; quorum collegæ, cum fundatoris nomen audiũt, caput (præcipuam hominis partem) in quo omnes ſenſus vigent, diſcooperiunt & humiliant, in ſignum ſubiectionis, & in gratiarum actionem, pro accepto beneficio, pro bono vtili, quod ibi accipiunt; quantò anima plus eſt, quàm eſca, tantò maiori vinculo obligationis nos aſtricti & debitores ſumus huic nomini, extra quod non eſt ſalus, Apocalyp. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſupor terram, filij Iſraël Dominum laudauerũt, quia liberauit eos de exercitu Pharaonis, tres pueri, quia de camino ignis. Quantò magis nos Deum, qui eripuit nos à morte perpetua laudare debemus.

Tertul. cõ. iudic. 9. Aug. con. Fau. ca. 18. Amb. pſal. Hier. cõtra Iouinianũ Orig. hõ. 2. in Exo. 22. 4. Reg. 1.

Simile.

Apoc. 5.

Hoc nomen omne nomen ſuperat ſuauitate, patet, Abacuc 3. Ego autẽ in domino gaudebo & exultabo in Deo Ieſu meo: ac ſi diceret, gaudeant alij & delectentur

De ſuauitate tua quæ nominis.

in huius mundi delitijs, diuitijs transitorijs, bonis caducis, rebus, quæ nunquam in eodem statu permanent: Ego si diuitiæ affluant, in illis nunquam cor meum apponam: nunquam in huiusmodi bonis terrenis lętatum est cor meum, quia in omnibus his inuenio, & considero causam luctus & mœroris, quia modò sunt modò non sunt; dum mentis oculos in Deum meum conijcio, & cõfederatione reuoluo, in illo supra modum gaudeo quia illum in æternum viuere scio, in Deo Iesu meo, nõ solùm gaudeo, & quandam interiorem consolationem, ex eius consideratione excipio, sed tam superabundãti gaudio superfunditur cor meum, quòd exulto, id est extra saltо; aggrauat quidem corpus animam, sed adueniente quodam abundantissimo imbre lætitiæ exulto, extra saltо; non aggrauat animam meam corpus meum, imò sine difficultate anima mea in altum eleuat corpus meum, inde autem ego gaudeo; quia Dominus meus Iesus Christus est fortitudo mea, iuxta primam excellentiam, & ponet pedes meos quasi seruorum, id est faciet me sine vlla offensione & periculo, omnem, pollutam viam transire, à cunctis hostibus & inimicis meis me liberum faciet; non apprehendet me mala quia velocissimè omnia mala vitabo, & omnem occasionem fugiam, non amabo periculum, non peribo in illo: propter omnia ista, nomen Iesu est mihi dulcissimum & suauissimum omni suauitate repletum. Dauid dicebat, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, Super mel ori meo; quanto magis ipsum nomen Iesus. Sentiens huius nominis suauitatem, Paulus frequenter hoc nomen nominabat: nominauit autem vt dicunt plus quàm sexagies decem 600. Cum Romæ amputatum esset caput eius, ter extra saltans, totidem nomen Iesus nominauit, vbi tres fontes postea apparuerunt. De sancto Ignatio dicitur, quòd habebat hoc nomẽ scriptum in corde. Venerabiles Patres nostri qui nos à sæculis antiquis præcesserunt & huius dulcissimi nomi-

Psal. 118.

Ignatius.

nis fidem habuerunt, videntes Manna de cœlo cadentem dixerunt [Manhu,] quid eſt hoc? Quantitate minimum, aſpectu gratiſſimum, guſtu ſuauiſsimum, mãhu quod nomen hoc? Literis, ſyllabis, breuiſſimum, guſtu ſuauiſſimum, virtute potentiſſimum, vtilitate pretioſiſſimum, Iud.13.cum Mane.pater Samſon quæreret nomen Angeli qui ei apparuerat, dixit ei Angelus, [Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile?] Non quæras comprehendere nomen hoc, quod eſt incomprehenſibile; ſcito quòd eſt ſalus gentium, pretium mundi, mel in ore, iubilius in corde: delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui; ama illud, & ſuauitate cognoſces illud; dum non deprehẽdis ſuauitatem, non cognoſcis virtutem eius; quod dulcius eſt hoc nomine nominare (inquit Auguſt.18.de Ciuitate Dei) & libro meditationum, Ieſus eſt nomẽ dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomẽ bonę ſpei. Melle quid dulcius? Iud.18.hoc nomen eſt dulce ſuper mel & fauum. Antiquitus dedit Deus Patribus, terram lactè & melle manantem, nunc dedit nobis hoc nomen omnem ſuauitatem excedens, *verdaderamente nos mexora mas que en tercio y quinto.* Cum nomino Ieſum hominem mihi propono mitem, humilem corde, miſericordem, omni denique honeſtate ac ſanctitate conſpicuum, eumdémque ipſum Deum omnipotentem, qui ſuo, me, & exemplo ſanet, & roboret adiutorio. Quibus verbis omnes excellentias complexus eſt, Bernard. De ſalute huius nominis loquebatur Dauid cùm dicebat quia apud te propitiatio eſt; ſic dixit, Ioann.1. verbum erat apud Deum, vel exponatur eſſentialiter ſicut ibi, [Apud te eſt fons vitæ] id eſt, tu ipſe es fons vitæ & propitiatio; & cum Chriſtus ſit idem in eſſentia cum Patre, ipſe eſt propitiatio, ſalus & redemptio. concinit illud Pauli Rom. 3. iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu quem propoſuit Deus propitiatorem: non obſcurè om-

Iud. 13.

Tom. 5.

Iud.

Bernard. ſermon.15. ſuper cant. Pſalm.129.

nia prædicta breui versiculo in Canticis Canticorum sponsa expressit dicens. [Oleum effusum nomen tuum] Olei proprietates commemoremus, vt conspiciamus quomodo hoc nomen oleum sit & prædictæ excellentiæ hîc contineantur: oleum in maris vndas effusum, tumescentes fluctus maris sedat; sic hoc nomen tentationis vndas compescit, conferens virtutem, vt cum fructu meriti, & dignitate præmij eas superemus; in quo bene apparet similitudo olei cum prima excellentia in qua diximus hoc nomen esse potentiæ ac Maiestatis; Prædixit Hieremias dicens, [Nomen tuum magnum in fortitudine,] Oleum nutrit carnem, nam impinguat cibũ, lenit dolorem: vtrúnque simul hîc inuenitur, & quod sit vtile, & quod sit suaue. Quod nutrit sapit, iuxta medicorum proloquium & inde comprobatur quod sit vtile: ergo conuenit oleum, cum excellentiis & proprietatibus huius sanctissimi nominis, quas iam commemorauimus. Amplius oleum fouet lucem (ideo arguuntur virgines fatuæ, quia non sumpserunt oleum, & lampades extinctæ sunt) imò cum homines è profundo pelagi res demersas extrahere volunt, in ipsum profundum irruentes oleum ore contentum effundũt, vt aquas claras reddat; sicut lucerna aërem tenebrosum lucidum clarúmque efficit. Hoc quoque huic nomini conuenit: nam si deuota fuerit mente meditatum, ore pronuntiatum, mentem clarificat, diuinóque flagrare amore facit. De Ioanne Baptista, inquit Euangelista, [Erat lucerna lucens & ardens,] à fortiori hoc nomen est lux lucens & ardens, ni sit opacum corpus, ideſt peccatum, quod hos effectus impediat. Quid hoc nomine amabilius? Nam ipsum est lux ad intellectum, cibus & gustus ad affectum, medicina ad morbum, fortitudo ad inimicos. Bernard. vbi supra exponens locum ex Canticis Cant. inquit, Quàm carum, quàm vile, sed salubre: si vile non esset, non mihi effunderetur, si salubre non esset, non me lucraretur: ac si dixisset, [*O que*

barato a Dios hecho, el que ſe haue do lo vil, Calice aquæ frigidæ datur Regnum Cœlorum. Nolite (fratres) tantam negligere ſalutem: ponite hoc nomen vt ſignaculum ſuper cor. Quid eſt amplius inquit, Sponſa? Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te,) ideſt animæ deuotæ, omnem in te conſiderantes, & inuenientes ſuauitatem, vtilitatem, quod maius eſt, omnem bonitatem: non declinantes in dexteram, nec ad ſiniſtram, non claudicantes in duas partes, recto greſſu, pura intentione, bona electione, in tui inclinauerunt amorem: ſcientes extra te nullo modo eſſe ſalutem (quia tu cunctos ſaluas qui ſalutem ſunt aſſecuti) nec eſſe ſuauitatem, requiem, aut bonitatem ſubiuncta verba correctioni noſtræ deſeruiunt, qui eundem ſponſum eodem nomine nominatum non diligimus. Oleum lenit dolorem, emollit dura, & quod aſperum eſt reddit ſuaue: quod rigidum & intractabile eſt, reddit facile, cum omnia iſta conueniant huic dulciſſimo nomini, liberi arbitrij reſiſtente malitia, ſimiles effectus in anima non ſequuntur, proh dolor! bonum eſt ſemen Patris familias quod ſeminauit qui exiit ſeminare ſemen ſuum, ſed cordis lapidei obſiſtente malitia, cum fructum centuplum facere deberet non facit fructum, ſed ſicut ager ſilueſter fert tribulos & ſpinas: dulciſſimum eſt nomen, durum cor ex malitia ſua non emollitur. Vna gutta olei veſtis ſi fuerit aſperſa, vix inde olei nota poteſt deleri, niſi magna cum diligentia veſtis fuerit abluta: ſic viris deuotis, qui à curis mundi ſemoti, negotiis ſæcularibus ſequeſtrati, ſe totos contemplationi dederunt, nil niſi Chriſtum habere volentes, graue & difficile eſt, huius nominis ſuauitate guſtata, in delitiis huius mundi delectari, vt ex Paulo, Abacuc, & plurimis ſanctorum teſtimoniis conſtat. Væ eis qui cura, & ſollicitudine, huius nominis non ſentiunt ſuauitatem, ve eis quorum Deus venter eſt, *Su Dios es ſu guſto es comer y beuer*, Animus eſt in patinis, væ eis qui in rebus huius mundi delectantur

Videſol. 64 ex Auguſt.

Simile.

& lætantur, cum malefecerint existimantes tunc obsequium præstare Deo. O nomen suauissimum, & dulcissimum, quis audet irreuerenter te nominare? Augustin. de quinque hæresibus. Vtinam sicut dæmones iudicem sic homines agnoscerent. Saluatorem dæmones viderunt, & tremuerunt; homines viderunt & occiderũt, dæmones confessi sunt, homines persecuti sunt. Quæ infœlicitas, & quanta miseria imparem dæmonibus inueniri. Per exagerationem locutus est Augu. cautè loquatur concionator (ratione obstinationis peiores sunt absolutè) Glorioſa nunc desiderãtur nomina, mala verò sunt opera. Contra maiestatem huius nomina potentiæ, & maiestatis sibi homines arrogarunt. De Deo inquit Dauid: [Magnus Dominus, & laudabilis nimis,] homines magnifici sunt appellati, Psal. 46. inquit Dauid,] Quoniam Dominus excelsus, Daniel. 4. dicitur, [Dominus excelsus,] dicti sunt homines excellentia, & minora nomina spreuerunt, & paruipenderunt. De Deo dicitur, Numer. 14. viderunt maiestatem meam. Psalm. 28. Deus maiestatis intonuit. Hoc quoque nomen vsurpauerunt. Proh dolor! magnificus est auarus, illustris, moribus obscurus, aliena rapuit, quia seruis mercedem denegauit, magnificentia fugit ab eis, longè abijt excellens, siue qui dicitur, excellentia: soluens minimum vnum de mandatis, imò ferè omnia, minimus, & nullus vocatur in regno Cœlorum, se exaltant, & humiliabuntur: dicuntur Imperatores, & ex parte vt credo sic est, quia cum Imperio Imperant, dicuntur Reges & multi mala deprauant. Dicuntur maiestas & sunt serui peccati, si magis sunt, & alios superant, est quia alio-
Reg. 21. rum substantiam vi rapiunt, quorum exemplum est in Achab & Iezabel, quæ vineam Nabath vi abstulit. benedictus Deus qui habuit vnum nomen, [Sum & ero] quod homines qui nunquam in eodem statu permanẽt vsurpare non potuerunt. Contra excellentiam secundam peccat aduocatus, qui vt vtilis, litiganti se exhibet,

& occulta veritate, non reuelata contingentia quæ in lite eſt, facit rem & operam perdere, totámq; ſubſtantiam ſuam in litigando conſumere: cum debet reuelata facie loqui & dicere; eſſe rem dubiam, aut eſſe rem probabilem, & ſupremos iudices, ad quos deueniẽdum eſt, in gradu appellationis, poſſe hanc vel illam opinionem ſequi, vt miſer qui litigat eligat quòd ſibi magis vtile fuerit: non hoc faciunt, ſed omnibus dicunt habere ius: iudex ſequitur aliam opinionem, & ſic non vtiles ſed nocumento ſunt ſuis clientulis. *Vitia cont. vtilitatem huius nomi nis.*

Miniſtri iuſtitiæ, dicunt ſe vtiles eſſe reipublicæ: quia adminiſtrant iuſtitiam, cum re vera ſibi vtiles ſint accipientes dona, & non audientes clamorem pauperum, ſed reſpicientes perſonam diuitis, iniuſtitiam adminiſtrant. Contra ſuauitatem huius nominis eſt, quod nonnulli nomen ſuauitatis retinent, & acerbi ſunt: dicuntur paſtores, & non intrant per oſtium, ſed aſcendunt aliude: non paſcunt oues, ſed mactant, & perdunt: Ve paſtoribus Iſrael. Dicuntur Patres, *filio petenti panem, dant ſcorpionem.* Quid amplius? non ſolùm in ſuauitatem huius nominis peccant, ſed in Maieſtatem, dum ſacratiſſimum nomen æterni Patris, non in concreto, ſed in abſtracto, ſibi & cum regibus & principibus, qui alia Dei nomina vſurparunt, arrogarunt, & permittunt appellari, *paternidat*, non ego, ſacratiſsimus Hieronymus eos arguit, reprehendit & corgit, ad Galatas 4. in illa verba, [Quoniam eſtis filij Dei miſſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantem abba Pater] dicens. Cum Dominus noſter in Euangelio præcipiat, nullum Patrem vocandum niſi Deum, neſcio quali licentia in Monaſteriis, vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus. Locus ſaluatoris habetur, Matth. vigeſimo tertio, & patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt enim Pater veſter, qui in Cœlis eſt: ex quo loco apparet hanc doctrinam non eſſe Hieronymi: ſed Ieſu Chriſti *Hieron. ad Galat. 4.* *Matth. 23.*

filij Dei viui. Aperiamus huius nominis arrogantiam & superbiam. Nomina in concreto minus significant quàm in abstracto: nam in concreto, potest esse coniunctũ aliquid, quod opponitur abstracto. Aqua enim quæ ex natura sua frigida est, aliquando est calida: non eo modo quo ignis, qui de se est calidus, sed accidentaliter: quia totum quod est, caliditas non est: cum dicimus: humanitas, caliditas, significamus, nihil tunc extraneum commixtum esse: sed nomine abstractiuo, naturam in suo puro esse naturæ significamus: sic Deus non solùm bonus, non solùm sapiens: sed sapientia, bo-
Luc. 18. nitas, charitas dicitur. Eluceſcit illud Luc. 18. Nemo est bonus nisi vnus Deus, idest ex se & ex sua natura. Ideo ipsa bonitas dici potest. Moyses erat & cunctæ creaturæ quas in suo esse Dominus conseruabat, Cum Exod. 3. Moysi dixit, Ego sum qui sum, idest ego qui à me ipso sum & totum meum esse, est esse & essentia non subiectum corruptioni & desitioni, Hispanè exagerando malitiam alicuius dicimus, *es la mesma maldad y vellaqueria en abstracto*, sic non solùm contra consilium Christi, nomine Patris nominari se permittunt, sed volunt: imo in abstracto, dicuntur: *paternidad*: Nomen, quo sæculares vti non potuerunt, sibi arroganter vsurpauerunt: Beata illa religio, quæ nouissimè diebus istis paternitatem è laribus domuum suarum relegauit, vtinam huic malo, publico edicto occurratur. Curamus de bono nomine, Qui est rex, regat in iustitia, qui præest in solicitudine. Qui ouium est pastor, non se, sed oues pascat. Qui est pater, det panem, non scorpionem filio esurienti, sicut Dominus meus Iesus Christus: qui si pastor est, pascit: & vt oues pascat proprium sanguinem fundit, vtinam de plenitudine eius omnes hîc gratiam, postea gloriam assequamur, in sæcula sæculorum. Amen,

IN

IN FESTO EPIPHANIÆ, PRÆLVDIVM.

CAPVT I.

De Ethimologia Nominis.

NAto Christo pastoribus primò, Regibus postea Natiuitas eius fuit reuelata, quia sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque, vt igitur vtilis & profícua esset: pastoribus per Angelos, regibus per stellam fuit manifestata, ideo iure optimo festum hoc Epiphania dicitur, quod idem est quòd apparitio, seu manifestatio. Manifestatus fuerat Dominus Iesus in Cana Galileæ cum aquam in vinum conuertit, & in baptismo cum à Ioanne fuit Baptizatus: sed ista, quæ miro modo gentibus quæ Deum trinum ignorabant, facta est, potiori iure nomẽ Epiphaniæ obtinuit: hac enim die vnio hominis ad Deum gentibus reuelatur: quod vti solet, eleganter docet Chrisologus ser. 157. dicens. Meritò ergo solennitas præsens Epiphaniæ vocabulo nuncupatur, in qua illuxit Deitas quæ nostra nobis obscurabatur in carne. De hac quia celebrior, sæpè locuti sunt Prophetæ. Simeon quoque lumen ad reuelationem gentiũ & gloriam plebis tuæ Israël. Quia igitur hodie nouum gentibus reuelatur mysterium, iure optimo inter mysteria festum hoc potest numerari. *Ecc.* 10. *Chrysost.*

CAPVT II.

An qui Christum adorauerunt fuerint reges.

QVia ex dignitate & excellentia eorum qui Christum hodie adorauerunt festum hoc denominationem accepisse videtur, vnde in Hispania dicitur, *fiesta de los Reyes por los reyes*, inquirendum est, an

Abul. fuerint reges, de qua re videndus Abulensis, Matth. 2. q. 6. & 18. vbi inquit. Aliquorum esse opinionem quod Ianse. non fuerunt reges, hæc magis placet Ianseno, cap. 9. sue Concordiæ, cui fauere videtur Hieronymus Psalm. 71. dicens, in magorum muneribus inchoatum esse, quod à Propheta fuerat dictum: ipsi enim gentium regumq; typum tenuisse monstrătur, igitur in veritate reges non fuerunt. Daniel quoque, 2. inquit apud Chaldæos, philosophos, & sapientes, magos appellari: & iuxta eorum sententiam reges & principes eiusdem gentis omnia facere, & subdit vnde in Natiuitate Domini, ipsi primum Hieron. ortum eius intellexerunt, quibus verbis ostendit Hieronymus, fuisse sapientes qui regibus erant à consilijs, ratio suadet: nam si reges fuissent hoc Euangelista aperuisset, quia in magnam Christi gloriam cedebat; secundò, quia ad cognoscendum an prophetiæ quæ de hoc mysterio loquebantur essent completæ, maximè necessarium erat. Denique si reges essent, regio honore eos rex excepisset, Oppositа sententia est communis ab omnibus quadam traditione accepta, omnis vtriusque sexus, iuuenes, virgines, senes cum iunioribus, hac die laudantes nomen Domini, ita credunt atque decantant: docet hanc August. libro de mirabilibus sacræ scripturæ, c. 4. ad fratres in Heremo. Tertullianus libr. 3. August. contra Iudæos, c. 9. de mysterio interpretatur illud, psal. Tertull. 71. dabitur ei de auro Arabiæ, Reges Arabum, & Sabba dona adducent. Passim hoc docent Sancti in Homilijs huius festi, & super Matth. 3. docet Theophilactus, & Anselmus, & communiter omnes expositores. Fauet figura: nam Sabbea quę similia dona obtulit Salomoni, regina fuit mulier illa infirma; robusti ac potentes isti, vt verè dixerit Propheta, Auferetur fortitudo Damasci. Magnitudo igitur ac doni quantitas dignitatis regiæ est indicium.

Psal. 8. Ad Hieronymum dico, quòd esse gentium typum ac figuram non tollit regiæ dignitatis veritatem, quia

vtrumque stat simul & quòd fuerint reges & quòd aliorum regum fuerint figura; quatenus gentium fuerunt primitiæ. Ad locum super Dan. dico, quòd ibi narrat historiam, ac gentium consuetudinem, vnde ex subiuncto pro nomine, [ipsi primum, &c.] solùm colligi debet quòd isti reges fuerunt magi, quod nos ita esse ostēdemus statim, fauet Cicer. libro de diuinationibus, dicens. Neminem apud Persas regem esse potuisse, nisi prius magicam scientiam didicisset. Ad 1. quod dico explicando munera ac referendo apperuisse thesauros, non obscurè regia manifestatur dignitas; cuius comes sapientia explicatur cum dicitur. [Ecce Magi.] Stella Natiuitatis Domini præco fuerat; ac, ad Dominum, splendoris sui ministerio, prout poterat, reges adduxerat. Nè insipientiæ ac cordis leuitati cito credidisse & præpropere ac festinanter veniisse tribueretur, sapientiam venientium exposuit, vt sapientiam sapientum, à quibus paupertas & Crux Christi iudicanda erat stultitia, redargueret. Desiderio sapientiæ ceciderunt patres nostri, sapientiæ nomen, in conuersione gentium, potentiæ prætulit: vt sapientes Iudæorum ad scrutandas scripturas, quæ testimonium de Christo perhibeant, prouocaret: vt nullam omninò possent excusationem habere. Iuuat Ignatius Epist. 14. quæ est ad Ephesios dicens. Hinc euanuit mundi sapientia, præstigia, facti sunt nugæ, Magia, risus, omnes ritus malitiæ aboliti. Ad historiam attendentes; postquam, quæ concionatori possunt deseruire retulimus, probabiliter dicemus regiam dignitatem posse patere, nullo modo latere, & per traditionem sicut factum est posteris communicari: promenda erat interna sapientia, quæ hominibus erat ignota. Prophetias quæ de Christo erant, nonnullas, si ex malitia non omnes, iussu Hærodis, Iudei sunt scrutati, vnde ad Regem dixerūt in Bethlehem Iudæ. *Cicero.*

Ad tertium dico, quòd humanum apparatum, quo

Herodes reges susceperit, manifestare non pertinebat ad Euangelistas, qui Christi historiam texentes; quę ad manifestationem Christi erant necessaria, solùm narrabãt. Secundò dico, quòd dum familiariter eos est allocutus, & in eorum aduentu turbatus non ausus fuit manus in illos injicere; satis honorificè eos excepit: non enim Euangelista narrat hos Reges domum Herodis adijsse, munera obtulisse, aut nuntios ad illum misisse, sed quòd ingredientes Hierusalem intrepidè interrogauerunt. [Vbi est qui natus est Rex Iudæorum,] signum igitur est Herodem illos inuitasse, aut visitasse, quia certi sumus sine internuntio eos fuisse allocutum: denique dicamus cum Cano, lib. 11. de locis cap. 5. quòd si non eos honorificè excepit, Herodianæ superbiæ est tribuendũ. Hinc concionator, nascentis magnificabit maiestatem, qui cum esset diues, egenus factus adorabatur vt potẽs: honorabatur vt diues, licèt indigeret vt egenus.

CAPVT III.

An fuerint Arioli, vel sapientes.

QVia Euangelista dignitatis nomen tacuit, qualitatem autem intellectus expressit dicens. (Eccè magi,) quod nomen (vt indicabo) non vniuocum, sed æquiuocum est; inquirendum breuiter an reuera sapientes fuerint: habemus námque ex sacris literis fuisse Magos, dicente Matthæo, (Ecce Magi,) sed quia nomẽ hoc non simplex, sed multiplex, non vniuocum sed æquiuocum est, de reali & distincta eius significa-
Abul. tione est inquirendũ: Magus enim vt Abulensis, Matth. 2. q. notauit idem est quod illusor. Hispanè, *embaydor*, insuper idem est quod maleficus, incantator, ac dæmonum inuocator, iuxta quod, Leuit. 19. Ne declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminí: huiusmodi erant Magi Pharaonis. Denique Magus in bonam partem sumitur, apud Persas significans, quod apud Lati-

nos sapiens, quod Philosophus apud Græcos, & scriba apud Hebræos. Iuxta quod, Matth. 13. dicitur, omnis scriba doctus in regno Cælorum porfert de thesauro suo noua & vetera. Recenset & explicat acceptiones istas, Hieron. Dan. 2. dicens. Videntur mihi incantatores esse, qui verbis rem peragunt, magi qui de signatis philosophãtur, malefici qui sanguine vruntur, & victimis, & tom. 9. in regula Monachorũ, inquit, apud Persas tria fuisse genera Magorum, & quosdam eorũ fuisse doctissimos, & eloquentissimos. Fuisse igitur Ariolos, ac maleficos, non sapientes, indicat Aug. ser. 2. Epiphaniæ dicens. Prævalet imperitia in rusticitate Pastorum, & impietas in sacrilegiis Magorum. Origenes lib. 1. contra Celsum de Magis in communi inquit. Magos dæmones inuocare solere ad artes suas, & de his Magis subdit. Viso in Cœlis prodigio suis incantationibus vsi sunt, vt quid significaret intelligerent. Petrus Chrisologus serm. 250. explicans illa verba, Matth. 2. [Futurum est enim vt Herodes quærat animam pueri,] inquit [Quærebat diabolus per Herodem, qui videbat sibi Magos quos habebat in erroribus suis principes aufugisse: Christus si vinctus pannis: si tacens lingua, si latens opere, si gressu nullus, diaboli signiferos hoc est Magos in Duces fidelissimos commutauit.

Aug. *Origen.* *Chrysog.*

Oppositum docet Hieronymus vbi supra, Dan. 2. Isidorus libro de Passione Domini, c. 14. Anselm. Matt. 2. dicens non malefici sed sapientes Astrologi fuerunt. Rupertus lib. 2. in Matth. Leo Papa serm. 4. Epiphaniæ dicens. Gens quæ expectandorum syderum arte pollebat. Cyprianus sermone de stella. Magi inquit arte mathematica vim & discursum nouerant planetarum, & elementorũ naturam, atq; Astrorum ministeria certis experimentis obseruabant. Motiuũ huius opinionis est, nam Magus nõ semper in malam, sed in bonam partem accipitur, ipsi descendebant ex Balaam qui scientia stellarum peritus erat, Deus qui mouet & disponit cun-

Hieron. *Isidor.* *Anselm.* *Rupert.* *Leo.* *Cyprian.* *Fundamentum opinionis.*

cta suauiter, traxit illos per stellam: credēdum igitur est hac scientia fuisse peritos.

Dices, Balaam erat maleficus & incantator, & ad maledicendum populo Dei adduxerat eum Balac, igitur hinc cum prima opinione colligendum est fuisse maleficos. Dico soluendo obiectionem, conciliādo sanctos vtriusque sententiæ, istos fuisse maleficos, postea fuisse ad Dominum conuersos, ita Chrysostomus quem refert & sequitur Abulēsis loco citato expressè docet hoc citatus Chrisologus, sed & antiquissimus Iustinus Martyr contra Triphonem dicens. Magi enim quos dęmon sibi vindicarat ad omnia maleficia, postquam venerunt vt adorarent Christum, videntur ab illo defecisse, redacti in huius potestatem iuxta quod Num. 23. legitur de Balaam, quòd venit populo Dei maledicere, cui postea benedixit, qui denique dixit. [Moriatur anima mea morte iustorum,] suadet ratio, nam bene poterāt scientia naturali esse periti, ac dæmonum inuocatores simul qui postea ad Dominum fuerunt conuersi, vt Euangelica narrat historia.

Chrysost. *Chrysol.* *Iustin.* *Num.*

CAPVT IIII.

An tres tantùm, non plures, nec pauciores.

HAbito quòd Reges & sapientes fuerunt, inquirendum de numero, de qua re Glossa super Matth. c. 2. inquit ternarium numerum excedere in oppositum est communis sententia continua traditione accepta, ita docet Aug. ser. 1. Epiphaniæ, vbi dicit. In tribus muneribus, ac tribus personis significatum esse Trinitatis mysterium, quia singuli singula munera obtulerunt, Leo, ser. 1. Epiphaniæ dicens, tribus igitur magis in regione Orientis stella nouę claritatis apparuit & ser. 5. Tres Magos præuia stella perduxit. Rupert. super Matthęum. Tres homines tribus partibus orbis; Asię, Africę & Europę, fidei, confessionis, & adorationis exempla existere meruerunt, Primus dicitur fuisse Mel-

Leo. *Rupert.*

chior senex & canus barba prolixa, secundus Gaspar iuuenis imberbis ac rubicundus. Tertius Balthasar colore fuscus integrè barbatus. *Nomina Regum.*

CAPVT V.

De loco vnde venerunt.

DE hac re videndus est Abulensis Matth. 2. vbi varias de hac re refert sententias: ex Euãgelio enim solùm habetur venisse ab Oriente, quę loquutio æquiuoca est, quia locus qui respectu vnius dicitur Oriens, respectu alterius est Occidens, si etiam ad mundi polos attendamus Orientalis plaga varias continet prouincias. Basilius igitur de humana Christi generatione ex Persia venisse existimat; idem tenet Chrysostomus Homi. 6. in Matthęum, quem sequitur Theophilactus, ac Euthymius. Secunda sententia docet quòd venerunt ex Mesopotamia, quę est iuxta Chaldęam: nam Balaam, cuius isti reges erant successores secundùm Chrisostomum, & communem omnium opinionem, erat Chaldęus: ita Origenes, Homi. 13. super Nume. versus finem, Hieronym. Isai. 47. & Dan. 2. Ambrosius li. 2. in Lucam cap. de Magis, hanc defendit Abulens. loco citato, sequitur Iansenius, ca. 9. suę concordię, qui existimat Autores primę sentętię nomine Persarum Chaldęos comprèhendere, eo quòd Chaldęorum & Persarum aliquando vnum fuit regnum. *Abul. Basil. Chrysost. Theo. Euthim. Reges successores Balaam. Origen. Ambros. Abul. Iansen.*

Vltima sententia quę probabilis videtur docet venisse ex Arabia fœlice (sunt enim tres) colligitur sic psalm. 71. dicitur. (Reges Arabum, & Sabba dona adducent,) sed ex tribus Arabijs, non potuerunt venire ex Arabia deserta, quia non habitatur, nec ex Arabia Petrea, quia respectu Hierusalem non est Orientalis, sed Meridionalis: ergo venerunt ex Arabia fœlice, quę respectu Hierusalem, Orientalis est: consonat Hieronymus in illud Isaiæ 60. [innundatio Camelorum operiet te, Dromedarij, Madiam & Epha, omne de Sabba *Hiero. Isai.*

venient,] vbi inquit. Madiam & Epha regiones sunt trans Arabiam fertiles Camelorum, omnisque Prouincia appellatur Sabba, vnde fuit, & Sabba Regina, quæ venit audire sapientiam Salomonis, & Genes. 10. in illa verba, [filij autem Chus Sabba, &c. inquit. Ab hac regione appellatos esse Sabbeos, & regionem Sabba quæ nunc interpretatur, Arabia. Plin. lib. 6. c. 28. Sabbeos Arabes esse dicit. Antiquissimus Iustinus martyr propinquus temporibus Apostolorum dialogo contra Tryphonem inquit. Quam primum Christus natus est, Magi ex Arabia profecti adorauerunt eum. Fauet Cyprianus sermone de stella & Magis dicens. Arabũ fines huius rei notitia penetrauit, & incolis Sabba præclari Stella luminis cœleste numen nouis splendoribus indicauit. Hanc vltimam sententiam sequitur Suarez, tertia parte tom. 2. disput. 4. sectione 3. quæ satis est probabilis, pro qua sumitur coniectura ex qualitate donorum: Arabia ferax est Auri & Aromatum, vt docet Tertullianus in Apologetico, c. 42. & Plinius lib. 12. c. 14. si autem verum est quod dicit Ianseníus, puta nomine Persarum Sabbeos comprehendi, omnia possunt simul stare; nam Arabia fœlix & Persia, prouinciæ sunt propinquę & proximæ, sinu Persico diuisæ; cum igitur tres Reges fuerunt, consequẽs est quòd ex diuersis prouincijs proximis & propinquis, Dominum adorare venerint, sicut si rex Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ conuenirent ad vnum locum, coniectura est quòd diuersi erãt coloris, quod hominibus diuersarum prouinciarum accidit: quamuis enim diuersi homines diuersæ sint figuræ, communiter tamen homines eiusdẽ prouinciæ colore conueniũt. Huic concordiæ fauet Isidorus libro de Passione Domini c. 14. dicens. Venisse de gente Persarum, & de Arabia, & Sabba ad idẽ est. Cyrill. Alexandrinus, libro 4. oratione 4. in Isaiam, vbi explicans illud Isaiæ, [Eccè isti de longè venient, & eccè illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi] pro Australi, legit [de

Cypri.

Tertul.

terra Persarum] exponens locum Isaiæ, de aduentu Magorum, subdítque interdum Persiam Arabiam nominari & è conuerso.

Hæc sententia vltima, si à præcedentibus distinguitur, mihi placet quia omnia dicta sanctorum trahit ad concordiam, credendum autem hos sanctos à maioribus accepisse veritatem, & non multum discrepare.

Pro concionatoribus est considerare quomodo conuenerint, ac incunctanter discesserint, & præproperè venerint è terra longinqua, sicut alter Abraham in terram promissionis. quantum ad opinionum varietatem nil ad concionatorem. decorabit autem sermonem breuiter cuncta percurrendo.

CAPVT VI.

Quomodo & quando venerint.

DE hoc videndus est Abulensis super Matth. c. 2. q. 7. Suarez vbi supra sectione 4. fol. 264. col. 1. vbi varias referunt sententias. Remigius inquit, quòd quamuis venerint ab Oriente, id est à prima terra habitabili miraculosè potuerunt venire tredecim diebus, reiicitur hæc sententia, quia non dicerentur venire sed portari, Dan. 14. de Abacuc dicitur quòd portatus fuit ab Angelis. Secundò non *si miraculosè portarentur* ab Angelis non interrogarent vbi est qui natus est rex Iudæorum, sed hæ rationes non sunt conuincentes, nã Abacuc fuit deportatus per Aerem, ideo nec propriis mouebatur pedibus, nec necesse fuit illi interrogare: reges autem partim naturaliter, partim miraculosè potuerunt venire: sic Christi Conceptio partim miraculosa, partim naturalis fuit, quamuis ex causa efficienti simpliciter sit dicenda miraculosa, verè tamen dicimus, quòd beatissima Virgo illum concepit, & quod sit filius eius naturalis: sic quamuis propria virtute, tam paruo

Abul.

Remig.

tempore non possent venire: nisi quia mirabiliter fuerunt adiuti, nihilominus quia ipsi se mouebant, dici potest quòd venerunt, & quòd non sunt deputati; Quòd autem interrogauerint, etiam non conuincit, nam Dominus interrogauit Philip. dicens [vnde ememus panes vt manducent hi?] quòd autem non ignorauerint locum, quamuis interrogauerint, docet Chrisost. hom. 7. ex cap. 2. in Matth. Chrisolog. etiam, serm. 156. dicens. Non interrogant sed insultant, quando scientes interrogant, nescientes nõ ignorant, sed negligentes arguũt. Secunda sententia asserit, quòd venerunt ex India, quę licèt multum distet à Hierusalem, nihilominus tam paruo tempore venire potuerunt, quia venerunt in Dromedariis; Reijcitur ista opinio, nam tam paruo tempore nec in Dromedarijs venire potuissent ob maximam distantiam, nam Dromedarij solùm possunt qualibet die spatium 40. leucarũ percurrere, & in tredecim diebus non possent ab India in Hierusalem venire, maximè quia post tempus apparitionis stellæ, non statim potuerunt se præparare ad iter, nec ex diuersis regionibus simul conuenire; Si ponitur miraculum, reijcitur ista positio, quia non sunt ponẽda miracula sine necessitate, Ob hanc difficultatem Chrisost. hom. 7. in Math. docet multò ante eorum aduentum stellam apparuisse eis & hom. 2. super Matth. in opere imperfecto, iter egisse per biennium antequam venirent: hanc sequitur Aug. ser. 7. Epiphanię, dicens, vidisse stellam non ante paucos dies, sed ante fermè biennium, & ser. 4. inquit. Die quo natus est Christus stellam in oriente viderunt, & quem natum iudicabant agnouerunt, & ex illo die ad hunc diem occurrerunt, ex his verbis coniungendo præcedentia, hom. 7. sequentibus sequitur, quod hoc tempus in via confecerunt, hanc sententiam sequitur Theophilactus, Matth. 2. Nicephorus, li. 1. Histor. c. 13. sed hæc sententia non potest stare, nam ipsi intrantes Hierusalem dixerunt, [vidimus stellam eius & veni-

Ioan. 6.

Chrisolog.

2. Senten.

mus,] ideſt ſtatim quòd vidimus ex noſtris prouincijs, Abraham imitati, diſceſſimus, & Euangeliſta inquit. Ecce Magi, qui Chriſtum in diuerſorio inuenerunt, igitur decima die poſt apparitionem ſtellæ, quæ in die Natiuitatis Domini apparuit venerunt. Secundò quia non conficerent tantum tempus in via, Epiphanius eadem preſſus difficultate per oppoſitum docet adoraſſe Dominum, biennio poſt Natiuitatem, ex ſacra hoc ſuadetur hiſtoria, nam Herodes biennio poſt Natiuitatem iuſſit occidi pueros ſecundùm tẽpus quod exquiſierat à Magis. Si dicas quòd non ibi inueniretur, reſpondet Epiphanius, Ioſeph & Mariam, ob veneratione Natiuitatis ſolitas fuiſſe redire Bethleẽ, ideo potuerunt ibi inuenire. Hæc opinio ſaluat illud, Matth. 2. [Vidimus ſtellam eius in Oriente & venimus,] id eſt eadem die qua natus eſt, ſtella apparuit, & nos diſceſſimus. Sed ob diſtantiam itineris, ponit non veniſſe tredecem diebus. Præcedens opinio ponens ſtellam apparuiſſe biẽnio ante Natiuitatem ſaluat illa verba Matth. [Ecce Magi,] ideſt ſtatim poſt natiuitatem Domini, Magi venerunt adorantes Dominum, ſed ob eandem difficultatem ponit apparuiſſe multo tempore ante Natiuitatem Domini. Prima autem volens vtrunque ſaluare & quòd eodem die apparuerit, & quòd tredecim diebus venerint ponit miraculosè veniſſe, ad quod mouetur ex eodem motiuo & difficultate, nempe ex diſtantia itineris. Secunda opinio ſaluat vtrumque, & miraculum vitat recurrendo ad miniſterium Dromedariorum, ſed ſi miraculum non ponitur poteſt iſta opinio euidenter redargui.

Epipha. 1. aduerſus hæres. hæres. 30. & l. 2. hæres. 31.

Vltima opinio quam loco allegato ſequitur Suarez eſt, quod in die Natalis Domini ſtella apparuerit, & Magi tredecim diebus à die Natiuitatis venerint, quia iſti reges non ex India, quæ à Hieruſalem multũ diſtat, ſed ex Arabia fælice, Meſopotamia, ſeu Perſia venerunt, ideo in Dromedarijs bene potuerunt venire ſpatio tre-

decim dierum. hanc docet Leo Papa ser. 2. Epiphaniæ dicens. Simul Magos per stellam & Pastores per Angelos ortũ Domini didicisse. Sed hęc authoritas quã pro hac parte adducit Suarez fol. 256. col. 1. id solùm probat quod stella apparuerit in die Natiuitatis Domini, quòd concedit Epiphanius, sed non probat quòd spatio tredecim dierum venerint, & Dominũ adorauerint: ideo melius est adducere pro hac sententia Remigium & Hieron. recedendo ab eis in ratione, sequendo verò rationem assignatam etiam supra comprobatam, puta quòd venerunt è terra non multum semota & separata, bene colligit Suarez hanc veritatem ex Euangelio, nam reges inquirentes de rege nato dicebant [vidimus enim stellam] id est statim quod stellam vidimus natũ cognouimus, sed stella (vna dempta opinione ex precedentibus) apparuit eodem die quo natus est Dominus, igitur tredecim diebus post Natiuitatem venerũt.

Tom. Ad motiuum Epiphanij respondere restat. S. Th. 3. p. q. 36. art. 6. ad 2. respondet quòd nato Domino non statim Herodes pueros occidit, quia accusatus à filiis suis apud Cæsarem Romam venit. Secũdò dicit quòd aliquorum periculorum terroribus agitatus destitit ab interfectione

Aug. puerorum, hanc insinuat Augustinus, libro 2. de consensu Euangelistarum; vbi plures causas dilationis adducit. Tertiò docet ex Aug. serm. innocentium, quòd timebat nè puer cui sidera famulãtur, speciem suam paulò supra s. infra ætatem transformaret, potuit igitur per multos dies Magos spectare, videns se illusum à Magis, potuît postea de occisione Puerorum; & de tempore stellæ maturè rem considerare secundum quandam humanam prudentiam: postea verò nè iudicio suo Christus mortem effugeret à bimatu, & infra omnes pueros occidisse vt certum & indubium sibi esset Christum occidisse.

CAPVT VII.

De loco vbi adorauerunt.

QVÆSTIO est de loco particulari, nam de cõmuni certum est adorasse illum in Bethlehem quia dicitur de Herode, [& mittens eos in Bethlehem dixit, ite & interrogate de puero] & sequitur postea [vsque dum veniens staret supra vbi erat puer: & intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius,) quæstio igitur de loco speciali an in diuersorio vbi natus est, an verò in alia domo. Varietas opinionum non sumitur ex prædictis. Epiphan. enim qui dixit venisse post Biennium à Natiuitate Dominiconsequenter loquens inquit. Non inuenisse eum in antiquo diuersorio, sed in quadam alia domo: alij verò dicentes venisse post tredecim dies, siue miraculosè, siue quia biennio antea stella apparuit, aut quia in Dromedarijs naturaliter, seu partim naturaliter, partim miraculosè venerint consequenter dicunt adorasse & inuenisse illum in eodem loco; vbi natus est. Quia Beatissima virgo non discessit à loco partus vsque ad Purificationem: ita docet Chrisost. Hom. 6. in Matth. vbi inquit. Quod in Præsepi & tugurio est adoratus idem habet Hom. 1. ex varijs in Matth. Greg. Nissenus oratione de sancta Christi Natiuitate inquit. Regẽ in spelunca latentem non ignorauerunt; Cyprianus de Stella & Magis, in loco humili, & suppellectili vili Rex regum & Dominus Dominantium inuenitur, cognoscitur, adoratur: hæc sententia est communis, quã certiorem appellat Nicephorus lib. 1. historiæ cap. 13. omnia ista optimè adducit Suarez 3. part. tomo 2. quæst. 36, disput. 13. sect. 3.

Epipha. *Chrisost.* *Gregor.* *Cyprian.*

Ad Epiphanium dicendum, quòd id quod Lucas diuersorium dixit, Matth. domum appellauit: consentit Euthimius in Matth. dicens. Tugurium hîc domum appellat quod locus diuersorium dixit, domus enim erat quod vtcunque inhabitaretur.

Euthim.

Ex hoc cap. potest concionator populum commonere, vt Christum in maiestate timeat, quem in humili-

Augusti. tate reges potentes & timuerunt; & adorauerunt, iuxta quod ser. 2. Epiphaniæ inquit, vt qui in aperto cœlo signis sidereis monstrabatur, in angusto diuersorio quæsitus inueniretur, adoraretur à Magis, timeretur à malis. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cuna terrebat infantis? Leo serm. 2. Quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cœlis. Hîc adimpletũ est illud quod *Leo.* Moysi, Exod. 33. dictum est. Cumque transibit gloria mea ponam te in foramine petræ, & posteriora mea videbis, hoc diuersorium erat ædificatum super quandam petram, ideo bene Gregor. appellat speluncam, quę ex concauitate petræ caussatur. Illic ostendit Deus posteriora, ideſt Incarnationem filij sui, de quo serm. 3. Natiuitatis.

CAPVT VIII.

De numero donorum quæ obtulerunt.

Anselmus. DE hac re videndus est Abulensis super caput 2. Mat. quæst. 18. vbi docet, quòd quilibet eorum tria munera obtulit, idem docet Anselmus, pro hac opinione facit, quòd quilibet eorum credebat quæ per dona significabantur, ergo conuenienter ponitur quòd quilibet eorũ omnia tria munera obtulerit. Hie- *Hieron. Ambros.* ronymus libro 1. super 2. c. Mathei, Ambrosi. l. 2. in Lucã dicunt, obtulisse tria munera, sed an singuli tria munera obtulerint clarè non docẽt. Aug. ser. 1. Epiphanię, *Augusti. Beda.* Beda in collectaneis non longè à principio dicũt quod singuli singula munera obtulerunt, ita quod Melchior obtulit Aurum, secundus Gaspar Thus, tertius Baltasar, Myrram; sed prima sententia probabilior videtur.

CAPVT IX.

De significatione donorum.

RAtio literalis ob quam Magi hæc munera domino obtulerunt, est quia hæc erant dona pretiosa

quibus terra illa vnde venerunt abundabat; Quantum ad mysticas quæ deseruiunt concionatori, in primis supponendum est ipsos cognouisse mysticas significationes donorum, ita Leo Papa ser. 4. Epiphanię dicens. *Leo.* Dedit aspicientibus intellectum quibus præstitit signum; Fulgentius ser. Epiphanię, attende quid obtulerunt, & agnosce quid crediderunt. *Fulgen.* Rup. lib. 2. in Matt. *Rup.* inquit, ex intentione non à casu hęc munera asportasse. Ecclesia in hymno. Lumen requirunt lumine, Deum fatentur munere, in speciali & non solùm in communi, inquit Hilarius Canone 1. in Matth. in Auro regem, in *Hilar.* Thure Deum, in myrrha hominē significari. Idem docet Chrisolog. ser. 257. dicens venerunt vt Aurum regi, incensum Deo, morituro myrrham afferrent. Augu. *Chrisо.* serm. 1. Epiphaniæ inquit. Quid aliud expressерunt in illis muneribus, nisi fidem nostram: in eo enim quòd tria offeruntur Trinitas intelligitur: in eo verò quod tres sunt & singuli singula offerunt, in Trinitate vnitas *August.* declaratur, per aurum rex ostenditur, Deus in Thure dignoscitur, per myrrham (quæ condiendis est apta corporibus) sepultura hominis Crucifigendi prædicatur. *Cyprian.* Cyprianus expressius myrrhę significationem exposuit dicens. In Auro regem, in Thure Sacerdotem (alij pro Sacerdote Deum posuerūt) in Myrrha incorruptibilem, quam uis passibilem profitentur. Ponderādum est verbum illud (incorruptibilem,) quod cæteri siluerunt ac si dixisset. Profitentur mortem & resurrectionem simul. Colligitur veritas ex Euangelio, nam dicūt, (vbi est qui natus est rex Iudęorum?) ergo Deus, regem apertè eum appellant, igitur cognouerūt regem, Deum, ac hominem mortalem, ex hac cognitione mysticas ei species obtulerunt.

CAPVT X.

De modo apparitionis Stellæ.

SEcundùm communiorem sententiam, quam sequitur Chrisosto. isti reges descendebant ex Balaam. *Chrisost.*

l. ex natione Balaam, qui loquendo de signo & signato, Numer. 40. dixit, (orietur Stella ex Iacob,) ab illo tempore, vt ex Chrisost. super Matt. Ho. 2. oper. imperfect. refert. Abulens. q. 6. & 19. super eundem Matt. 12. secretorum inspectores studiosiores elegerunt, qui singulis annis post mensem ascendebant super montem victorialem, & tribus diebus, ibi commorantes se laudabant, vt Stellam quam Balaam prædixerat Dominus ostendere dignaretur. Si quis ex duodecim vita decedebat, filius eius, aut aliquis alius loco eius substituebatur. Cibus Magorum Persarũ, secundùm Hieronymum tomo 9. in regula Monachorum, erat farina & oleum, quod de istis quoque credi potest. Cum igitur venit plenitudo temporis, super montẽ in quo conueniebant, Stella quædam apparuit habens formam pulcherrimi pueri, habentis super se similitudinem Crucis, & audierunt vocem dicentem. Itę in terrã Iuda, ibi inuenietis Regem natum quem quæritis, cumque vidissent inconsuetam Stellam, intellexerunt hanc esse indicem illius Stellæ & Regis, quem venturum ex Iacob Balaam Prophetauerat. Insuper vt S. Tho. 3. p. q. 36. art. 5. ad 4. refert ex Chrisost. Hom. 2. in Matth. in opere imperfecto, gens quædam in extremo Orientis, iuxta Oceanum scripturam quandam habebat ex nomine Seth. de apparitione huius stellæ & muneribus of ferendis, Leo Papa ser. 4. Epiphaniæ docet, non cognouisse hoc per vocem Angeli, sed per internam inspirationem dicens. Præter illam speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis eorum corda perdocuit. Conuenit cum communi modo habendi fidem, doctore enim exterius docente, Deo interius illuminante credimus: cum enim non detur species diuinæ essentię in nobis, Doctor docens causat in nobis terminos, & eius doctrina est loco speciei, lumẽ internum applicat nos ad credendum, & Prophetia Balaam cum apparitione stellę fuit loco magistri, cum quo stat sem-

S. Tho. Chrisost.

[per

per necessitas interioris luminis, quod elegãter docuit idem Leo Papa ser. 2. de Epiphania dicens. Dedit ergo aspiciẽtibus intellectum, qui præstitit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri: vnde quamuis Deus, per Angelum aliquidem doceat: adhuc ista interior illuminatio requiritur; incusatur sępè populus Israël, eo quòd cum viderit signa, cæcus & incredulus ad idola se conuertit; colligitur apertè veritas, nam Matt. 2. dicitur. Et responso accepto in somnis nè redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam; igitur interius illustrabantur à Deo, ideo ista debent considerari attentè. Primò fides, seu lumen internum quod facit credere & cognoscere quòd per Stellam, & insolitũ signum significabatur: ad expectandum autem signũ profuit Prophetia Balaam; ad cognoscẽdum verò Stellæ naturam, & quod non erat naturalis sed insolita, significans aliquid magnum, puta quòd per Balaam fuerat prophetatum, vti potuerunt sua propria scientia, quæ ad cognoscenda præambula ad fidem 1. ad faciendum cognoscere simul cum fide, potuit adiuuare, ideo nullo modo dissident, sancti inter se, imò consonant & concordant maximè; Sic intelligitur Leo Papa, ser. 4. Epiphaniæ vbi inquit. Quamuis autem diuinæ dignationis esset hoc munus, vt cognoscibilis gentibus fieret Natiuitas Saluatoris ad intelligendum, tamen per miraculum signi, potuerunt Magi etiam de antiquis Balaam prænuntiationibus commoueri. Cui nos addere possumus, quòd ad intelligendum esse signum insolitũ & cogitandum illud quod Balaam prænuntiarat, potuerunt commoueri ex propria scientia, & hunc sensum, cũ concordia Leonis Papæ possunt habere verba Hieronymi in cap. 47. Isaiæ dicentis. Magi de Oriente venerunt Domini Stellam se vidisse dicentes: ex artis scięntia 1. ex vaticinio Balaam Prophetæ sui: Non patiuntur hunc sensum verba Petri de Aliaco quæstione 30. in Genesim dicentis, Natiuitatem Christi potuisse à Ma-

Leo.

Hieron.

Aliacus.

gis per Astrologiæ scientiam & stellarum constellationem cognosci; Nam aliud longè diuersum est, cognoscere Stellam tanquam signum alicuius rei magnæ futuræ, quod ex primo verbo disiunctiuè Hieronymi sequitur: aliud verò nempe quòd in particulari disiũctè cognouerint scientia sua ipsum signatum, Nisi piè explices Aliacum dicendo loqui supposita reuelatione, quæ habetur Num. 24. vnde licèt benè Aliacum impugnet Suarez, quia sua sententia fundatur in hæretico fundamento, nempè generationes hominũ fatali quadam necessitate ex stellarum constellatione prouenire male inquit, quod huius sententiæ videatur esse Hieronymus supra citatus, quia multum distat inter vnum & aliud.

Suarez 3. p. tom. 2. sec. 6.

CAPVT XI.

De stella quæ Magis apparuit.

HÆc Stella non fuit aliqua ex cælestibus, sed noua quædam stella ad Christi Natiuitatem significandam à Deo creata, differens in multis, ab alijs cælestibus stellis. Primùm docet Chrisost. hom. 6. in Matt. Damascenus l. 2. Orthodoxę fidei c. 7. Leo ser. 3. Epiph. nouum Sydus illud appellabat S. Tho. 3. p. q. 36. art. 7. ad primum. In quibus differret ab alijs stellis, refert ex Chrisostomo & Damasc. vbi supra Abulens. super cap. 2. Matth quæst. 11. Primò in hoc quòd non erat fixa in Cælo, secundò in hoc quòd non mouebatur ab Oriente in Occidentem, sed nunc, ab ortu ad occasum, nunc à Septentrione ad Austrum, prout necessariũ erat ad ostẽdendum Christum: ideo terræ propinqua erat, ex quo sequuntur innumeræ aliæ differentiæ, nempe quòd non esset eiusdem magnitudinis cum alijs stellis, & quòd etiam luceret per diem: ex quo Chrisost. Hom. 6. in Matt. ait. Plus quàm solem eluxisse, nam cęteræ stellæ, ideo per diem non apparẽt, quia solis splen-

Chrisost. Damas. Leo.

Abulens.

dore eorum lux obscuratur, sed ista per diē apparebat, igitur vtrunque infertur simul, & quòd non mendicauerit lumen à Sole, & quòd eius lux non fuerit obscurata à Sole. Fauet Ignatius Epistola 14. ad Ephes. & Leo Papa serm. 1. & 3. Epiphaniæ dicentes, cæteris syderibus fuisse pulchriorem: sed hoc forsam dictum est per exagerationem: sufficiebat enim quòd esset pulcherrima stella. Fuit aliquod corpus ex materia & forma compositum, non sicut columba quę apparuit in Baptismo, quæ solum fuit quædam species columbæ. Cum autem dictum sit, quòd non erat stella cœlestis, nec fuerit vnū ex elementis: sequitur quòd fuerit corpus mixtum lucidum compositum ex elementis. Origenes contra Celsum inquit, hanc stellam fuisse au similitudinem cometæ, in quo significat fuisse ex materia aerea. hanc sententiam sequitur, S. Thom. 3. part. quæst. 36. artic. 7. ad primùm, & Abulensis vbi supra; hæc Stella Angelorum ministerio ab extrinseco, non ab intrinseco propria anima seu virtute mouebatur per aerē quasi motu progressiuo & extento, & istos reges semper comitabatur, vt antiquitus columna nubis & lucis populum Israel: ita docet Chrisostom. Hom. 6. in Matth. quem sequitur Theophilactus & Euthimius, quod innuit Ecclesia in himno dicens. Ibant Magi quam viderant stellam sequentes præuiam, lumen requirunt lumine, Deum fatentur munere: ex diuina tamen dispensatione factum est, vt aliquando occultaretur, de quo S. Thom. 3. part. q. 36. art. 8. Primò, vt quærentes à Iudæis vbi Christus nasceretur; Iudæi inexcusabiles fierent secundùm Hieronymum, & hæc ratio est vltima apud S. Thom. loco allegato, iuxta quod Chrisostom. Hom. 11. in cap. primum in Ioann. inquit, Magos factos fuisse à Christo magistros Iudæorum, & Homil. 16. ex varijs in Matth. Aduentu tuo Magos ab Oriente vocasti, & Euangelistas eos ad sua remisisti, vnde constat fuis-

Ignat. *Orig.* *Theophil. Euthim.* *S. Thom.* *Abul.* *Chrisost.*

se magistros gentium, & Iudæorum. Secundò vt Iu-
Leo. dæorum testimonio confirmarentur, ita Leo Papa ser-
mo. 4. Epiphan. Tertiò vt Magi suam exercerent con-
stantiã, & fortitudinem. Quartò, vt appareret nil pos-
se hominem contra Deum molliri, sed scirent, quòd o-
blatus est quia ipse voluit: cum noluit non potuit in-
ueniri: inuentus non potuit detineri aut occidi nisi
cum voluit.

Quintò vt iuxta vaticinium Isaiæ de Siõ primo exi-
ret lex & verbum Domini de Hierusalem, ideo Iudæi
primò dicere ac exponere locum vbi Christus nasce-
retur debuerunt: ipsi enim habebant firmiorem prophe-
ticum sermonem. Sextò, Innocentium cædem hãc He-
rodis turbationem permisit Deus, vt potentia, ac fa-
ma Christi, tanto facinore diuulgata, promulgaretur, ex
quo sequitur quòd ab illis testimonium, sicut ab alijs
martyribus, accepit; & sicut infans Ioannes in vtero
Christo in vtero deseruiuit gestibus ac tripudijs: sic isti,
Leo. extra vterum Christo existenti deseruierunt. 2. Elegan-
ter (vti solet) docet Leo Papa serm. 2. Epiphaniæ di-
cens. Sæuitia Herodis volens primordia suspecti sibi
regis extinguere, huic dispensationi nesciens seruiebat,
vt dum atroci intentus facinori ignotum sibi puerũ in-
discreta infantium cæde persequitur, annunciatum cæ-
litus Dominatoris ortum insignior vbique fama lo-
queretur.

Ex quo colligere potest concionator, quòd quemad-
modum sancti filij Dei, Deo assimilantur; sic filij per-
ditionis assimilantur diabolo patri suo: & quemadmo-
dum patientia Iob, tentatione fuit deuulgata: Dauid
mansuetudo, Saulis persecutione promulgata: sic Chri-
sti Natiuitas Herodis sæuitia in pueros. Maximũ com-
modum Iob prouenit, maximũ quoque Dauid, sic ma-
ximum etiam pueris pro Christo occisis, qui corona
martyrum perfruuntur.

IN FESTO EPIPHANIÆ, CONCIO I.

Ecce Magi, Matth. 2.

DE sapientia quæ inter gentes non inuenitur sermonem fecerat Baruch,& dilectum dei populum ad hanc inuitans sapientiam inquit. [O Israel quàm magna est Domus Dei,& ingens locus possessionis eius,] ideſt,ô populedilecte ex dilecto Iacob, qui Israel dictus est,originem trahens, ac denominationem accipiens, si cœlesti lumine de super illuminatus, à Deo edoctus , scientia scires ac mente reuolueres,quòd in templo hoc magno,ac sumptuosissimo, quod Salomon ędificauit,significata est amplissima,ac magnificentissima Dei Ecclesia ex Iudæis, & gentibus congreganda:tunc quidem ad perfectã venisses sapientiam,quia lex ista,sicut & cuncta Moysi demonstrata sine Christo insipida est : In aduentu regum , in ingressu Magorum , in oblatione munerum,noua nobis reuelatur sapientia,ac traditur scientia, dum videmus quam magna sit domus Dei,ac ingens locus possessionis eius. Magnificentissimum templum illud, quod sapientissimus ædificauit Salomon,ex multis varijsque,quę maximè illud decorabant , ac maximam eius pulchritudinẽ causabant constructum erat:constructum quidem erat lapidibus ex lapidicinis Iudęæ , de super lignis montis Lybani iuxta Phenicem terram gentilium , operiebatur Auro ex Ophir , & partibus Orientalibus non solùm deauratum: sed laminis ac bracteis aureis à parte interiori opertum erat:ex compositione autem horum & illorum,maxima eius erat pulchritudo quæ in congruentia partium,cum quadam coloris suauitate consistit,per quod significatum est , quòd hæc Ecclesia quæ domus Dei est, non solum ex Iudæis , sed ex gentibus

Simile.

Pulchritudo quid.

bus erat congreganda, Nam Dei maiestatem, & Chri-
Rom.3. sti filij sui authoritatem non decebat vnius gentis Ec-
clesiam habere, ouium vnius nationis esse pastorē, [Iu-
dæorum Deus tantùm nonne, & gentium,] id est sicut
non solùm Iudęorum est Deus ac Dominus, sed etiam
gentium, sic etiam non solùm debuit ex Iudæis, sed &
ex gentibus suam cōgregare Ecclesiam. In domo enim
regis sunt Hispani, Itali atque Germani, adeo vt vix
domum regiam inuenias, in qua vnius tantùm natio-
nis serui sint atque ministri, sed ex multis ac varijs na-
tionibus. Cum igitur Christus vnigenitus filius Dei, es-
set omnium hominum conditor, vniuersarum rerum
creator ac Dominus: tanquam hæres vniuersorum, at-
que in cœlis terrísque tenens principatum, ab his qui
propè, ab his qui lōgè, à pastoribus & regibus debuit
adorari, vt adimpleretur propheticum illud. Et moue-
Aggæ.2. bo omnes gentes; & veniet desideratus cunctis gētibus,
& implebo Domum istam gloria: magna erit gloria
Domus istius nouissimè plus quàm primæ dicit Do-
minus exercituum, idest hęc Ecclesia quam Dominus Ie-
sus propria sui præsentia visitauit, ac proprio sanguine
fundauit: Ecclesia anti qua illa, maior erit numero, ma-
ior merito, maior gratia, quia maior est Dominus ser-
uo, creator creatura, Christus Moyse, & quod nostræ
vtilitatis est, In loco isto dabo pacē dicit Dominus. Iuxta
quod Propheta Regiæ dignitatis prædixerat. [Orie-
Psal.71. tur in diebus eius iustitia & abundantia pacis,] erit pax
inter Deum & hominem, inter homines & angelos, qui
antea ex præcepto Domini hominibus infesti erant,
erit pax inter Iudęos & gentes; ô verè princeps pa-
cis, pater futuri sæculi, ideo bene desideratus gentibus.
Cuncti bonum desiderant, cūcti igitur pacem ac vnio-
nem desiderent quia, [Ecce quàm bonum, ac quàm io-
Psalm.132. cundum habitare fratres in vnum,] Præcedenti Psal.
locutus fuerat Propheta de ædificatione Domus Do-
mini, quæ omissa materiali illa Domo Salomonis Ec-

cleſia eſt, quam Chriſtus ædificaturus venit, conſiderando bonum pacis vnionis ac fraternitatis inquit, [Ecce quàm bonùm, & quàm iocundum habitare fratres in vnum] vbi Hieron. ſunt quædam bona ſed non iocunda, vt iniurias pati. niuria patientiæ obiectum, *Hieron.* quod naturaliter diſplicet, licèt ex dono ſit gratum (ibant Apoſtoli gaudentes) aliqua ſunt iocunda; ſed nõ ſunt bona, aut delectabilia rationi aduerſa, ſed habitare fratres in vnum, & eſt bonum & iocũdum. Vbi duo vel tres in nomine me cõgregati, ibi ſum in medio eorum. Vbi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quam petierint fiet illis à patre meo qui in cælis eſt. Bona igitur concordia eſt, ad ea quę à Domino petimus impetranda. Quod præcognoſcens Ioel dicebat. [vocate cætum, congregate populũ, ſanctificate Eccleſiam,] nam ſic congregati in vnum clamantes & plorantes miſericordiam conſequemini: Thomas cõgregatus cum diſcipulis, meruit veniam ſuę incredulitatis conſequi, digitum vulneri lateris Domini inferre, ac interiori gaudio perfrui: igitur ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Præuidens hanc Eccleſiæ vnionem Dauid dicebat, [aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate] antiqua Eccleſia illa quaſi vidua, non veſtibus iocunditatis ſed mæroris induta; non quaſi regina, ſed quaſi famula ſacco operta incedebat vt ſerua, non vt Domina: ſed quę erat vt ſerua, Domina facta eſt: quæ erat famula adoleſcentula, & parua vbera non habens à dextris regis conſtituta (ſicut Berſabea à dextris Salomonis) regina facta eſt, quę pauper opibus eſt ditata, quæ inops, iam eſt abundans, quę vilis pretioſa. Quę deſpecta in pretio habita, quæ erat humilis manet exaltata, quæ iacebat in puluere in throno eſt conſtituta, Quæ ſola erat quaſi derelicta pædagogo tradita, angelis, gentibus, quòd plus eſt, præſentia ſponſi ſui in preſepio iacentis valde eſt honorata, & ad ſu-

Concordia commendatur.

premum honoris fastigium subuecta, sicut sponsa dilecta à dextris sponsi sui constituta, supra sponsum suũ innixa, graui incessu incedit, semper procedit, procedit & regnat, regnat in consumationem sęculorum à sponso suo nunquam derelicta. Si sordidis antea erat vestibus induta, vestibus illis exuta, astitit à dextris regis in vestitutu deaurato, *de brocado y cagnutillo mas linda que queſierades ver*, vestitus non erat aurum purum, quod nullius vestimentum esse potest, sed cum alterius esset materiæ vestitus ille, desuper aureis filis erat contextus, quo vario ornamento versicolorísque vestitus Ecclesia præfulgens vndique nitet circundata varietate: Si antiqua Ecclesia illa, (Synagogæ nomen obtinens) Prophetas, Ecclesia nouissima, antiquam primam illam excedens, Apostolos habet, Prophetas, Euangelistas cęterósque ministros quos Paulus commemorat dicens, Quosdam dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, &c. Vt igitur omni ex parte varietate circundata esset, gentium populus deerat, sed ne talis pulchritudo ac varietas deesset inquit Euangelista, Ecce Magi.

Ephes. 4.

Exageratione magna inquit Euangelista, [Ecce Magi,] sic alibi, [Ecce mulier in Ciuitate peccatrix.] Ecce mulier Cananęa; sic [Ecce Magi] lætitia magna quòd meretrices conuertuntur, & gentes à longinquo veniũt adorare puerum; Erunt Reges nutritij tui, & adorabũt te, [*tu infancia ſera honrada con reyes que te vendran a padrinar y ſacar de pagnales*, gaudio gaudens Euangelista inquit, Ecce Magi. Regi quidem venationis causa nemus ingredienti, gratum quidem est ac iocundum primum occurrẽtem ceruum occidere, nam felicis successus indicium est: sic Euangelista infantiæ Christi historiam texens, gentium conuersionem iocundus attexens inquit.

Luc 7. Mat. 15. Isa. 149.

Simile.

Ecce Magi, ecce in hieme, quod mirabile est, nouę erumpunt flores, ecce oleaster iã insertus est in bonam

Oliuam, eccè iam cęci vident, claudi ambulant, vt adorent Dominum, eccè sapientes, & verè sapientes, qui non sapiunt secundùm carnem, sed secũdùm spiritum, eccè qui propriam Domum, patriam & regnum relinquentes, Regem ac omnium Dominum (sicut alter Abraham, qui ex præcepto Domini nesciens quo iret egressus de terra sua venit in terram quam Dominus erat illi demonstraturus) in terram alienarum gentium adorare venerunt, Eccè Domini quasi serui, potentes quasi infirmi, in aliena domo peregrináque Ciuitate, qui proprium possidebant ac habitabant Regnum, qui antea in throno, in stabulum deuenerunt, vt regi sæculorum immortali & inuisibili, in carne visibili, in Præsepio iacentem obedientiam præstarent; Eccè nouæ primitiæ, noui fructus terræ aridæ, quæ iam fit in stagnum, floret solitudo, germinat terra deserta & infructifera. Qui sibi in veteri testamento (inquit Fulgentius) primitias offerri mandauit, idem Deus homo natus, gentium primitias suo cultui dedicauit: Eccè nouum omnino nouum quòd rex cœlorum sit in stabulo, eccè nouum sub cœlo, nouum in terris non visum, auribus non auditum, quòd nouum regem, cum muneribus veniunt adorare antiqui reges: venit Sabbea non adorare, sed videre sapientiam Salomonis, [Eccè plusquàm Salomon hic,] quem reges præcipuè veniunt adorare & venerari, ac vnicum totius mundi Dominum habere. Tẽtauit Sabbea Salomonem in ænigmatibus, profitentur isti sapientiam veri Salomonis significatiuis signis. *Fulgent.*

Eccè Magi ab Oriente, omnipotentis virtutis est malum in bonum commutare, è Saulo Paulum facere, meretrices, ac peccatrices in Euangelistas conuertere. Ab Oriente fratricidium detestandum sumpsit exordium, in Oriente impius Caim innocentissimum occidit Abel, ex montibus Orientis, vt dilectum Dei populum malediceret Balaam egreditur, atque contra habitatorem Cœli, terræ habitatores turrim ædificant, vt cacu- *Genes. 4. Num. 23.*

men eius pertingat ad cœlum; ab Oriente iniquitas, Ecce nunc ab Oriente noui exploratores egressi vt terram promissionis germinantis Saluatorem, explorarent. Quod ab Oriente tantùm egressum sit bonum Euangelista commendans inquit, [Eccè Magi ab Oriente,] admiratus Isaias inquit. [Quis suscitauit ab Oriente iu-
Isai. 41. stum] sequitur, [Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? ego Dominus, primus & nouissimus ego sum, viderunt insulæ & timuerunt,] Dominus primus & nouissimus, nouissimum hoc fecit miraculum, quòd à finibus terræ Reges venerint, veri Salomonis sapientiam videre, atque in humilitate maiestatem adorare, quod tanquam mirabile, & nouum commendans Euangelista inquit.

Eccè Magi, Magi sunt non à meridie sed ab Oriente, à meridie sunt Magi Pharaonis illusores atque incantatores: isti ab Oriente sunt veri adoratores, qui in spiritu adorant patrem, quando in corpore munera offerunt filio. Domini sunt, non terreni regis serui, sed serui regis æterni, non sunt insipientes, qui putantes esse sapientes stulti facti sunt. Illi arte sua magica, nè Dei populus suum sacrificijs adoraret Dominum aliquando impedimentum fuerunt: isti à longinquo Dominum adorare venerunt: ab Aquilone omne panditur malum, ab Oriente omne incipit bonum, quod consummatur in
Ex Malachia 1. Occidente; nam ab ortu Solis vsque ad occasum magnum est nomen eius in gentibus. Cum ęgrotasset Eze-
4. Reg. 20. Isa. 38. 2. Para. 38. Stho. Heb. chias, dedit ei Dominus signum & reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat; missi sunt legati à Rege Babylonis (2. Paralip. 32.) vt interrogarent de portento: est autem portentum secundùm S. Thom. lectione 6. super ad Heb. primùm, signum quoddam nouum mirabile in cœlo vel aëre potētissimum, omnibus ad videndum protensum, & subdit. Quod maximum portentum fuit, vt Deus esset homo. Iuxta quod dicemus quòd magnum portētum fuit stella quę in aëre ap-

parebat, sed maximum fuit portentum, quòd stella quæ fuerat orta ex Iacob, in præsepio iacebat, tunc sol non ascendit sed primò descendit.

Eccè Magi, eccè gentium legati (quos antea diximus exploratores) interrogantes & dicentes, [Vbi est qui natus est Rex Iudæorum] appellant Regem, quem vident subditum, prædicant Dominum quem vident seruum, & quem vident inter telas aranearum, promulgant conditorem ac Dominum stellarum dicentes. [Cuius stellam vidimus in Oriente:] non solum regnat in Occidente, Aquilone & Meridie, sed in Oriente. Non solùm regnat super cœlestia, sed super cœlestia. Angelis imperat, cœli ad nutum ei obediunt: non inuenitur tanta fides in Israël quia cæcus suę visitationis non cognouit.

Eccè Magi qui Deum adorant, Iudæos docent, Gentiles ad fidem prouocant; Angelis qui gaudẽt super vno peccatore pœnitentiam agente, noui gaudij materia extiterunt. Eccè qui gloria Christi fuerunt & tanquam noui Cœli clari, narrauerunt gloriam Dei, nam eorum aduentu Sacerdotum congregatur concilium, ac scripturarum scrutatione præcedente locus vbi Christus nascitur promulgatur. Cum rex ascendit nauim, & venit ad portum è terra longinqua, statim accurrunt & occurrunt optimates populi, regni Duces, Marchiones ac Comites vt magno cum honore eum excipiant, sic cum primò Rex cœli apparet in terris, accurrunt, & veniunt Reges adorare, & venerari illum. Cum onusta ad portum nauis venit mercibus referta occurrunt mercatores merces empturi: onusta nauis cœlestem afferens mercem Beatissima Virgo fuit, quæ postquam filium suum primogenitum peperit, primò accurrunt pastores, deinde Reges vt illum adorent, & hoc est quod inquit Euangelista. *Simile.* *Simile.*

Eccè Magi, eccè boni negotiatores quærentes bonam margaritam, eccè qui quærentes bonam margaritam,

margaritam preciosam bona sua secum asportauerunt (reliqua omnia reliquerunt) vt acquirerent illam. O boni negotiatores, quibus margarita pretiosa quæ vtero virginis sine vlla integritatis suæ offensa prodiuit, apparuit: hanc margaritam (fratres) quæramus dum tempus conceditur vt inuenire possimus: vtinam de singulis nostrum dicatur. Eccè anima antea auersa, nunc conuersa; antea impia, nunc iusta; antea stulta, nunc sapiens, ac intelligens facta; antea sicut Saulus, nũc Paulus; Eccè anima subitò honestata; Eccè vir sapiens repentè mutatus in virum alterum (primo Reg. 10.) Eccè qui antea corde obduratus, mente obcæcatus, tactus dolore cordis intrinsecus; mẽte illustratus, corde illuminatus, cœlesti lumine irradiatus, femur percutit, gemit, dolet, plangit peccata; Eccè auarus apertis thesauris suis, quæ occulta clausaque habebat, eleemosynas copiosas pauperibus erogat; Eccè lingua muta ac maledicta quę laudat Deum, ac glorificat Redemptorem. Eccè anima quę serua peccati, à peccato libera tanquam Regina astitit à dextris Regis circundata varietate, ac omni genere virtutum, *Linda y her mosa que no ay mas que verni desear*, hanc pulchritudinem fratres affectate, & summo illo studio, quo mulier corporalem quærit pulchritudinem, hanc spiritualem comparate.

Inertis iam insonemus desidiæ suæ pœnas, quia studio Regum quærentium Christum non prouocantur. Ad Iudæos quoque & imitatores eius qui libros legis legũt & datorem legis offendunt, conuertamus sermonem, quia alios viam salutis docent: ipsi verò ambulant vias difficiles, quæ ducunt in perditionem. Assimilantur isti Arcæ Noë fabricatoribus, qui ex præcepto Noë Arcam ad aliorum salutem construentes, ipsi mirabiliter perierunt sub vndis, sic Iudęi & Doctores qui alios docentes sunt causa eorum salutis: ipsi verò obcæcati peccato minimi vocantur in Regno Cœlorum. Chrisolog. ser. 156. inquit. Quòd cum Reges intrantes Hierusalem dixe-

runt. (Vbi est qui natus est) non interrogant, sed insultant, quando scientes interrogant nescientes non ignorant, sed negligentes arguunt, increpant desides, malos produnt, contumaces verberant. Id est bene sciebāt vbi Christus natus esset, sed ad increpandum & commouendum Iudęos, interrogauerunt; sic Dominus Iesus, habitu peregrino discipulis Emaus euntibus, cum se coniunxisset longius se abire fingit, à Philippóque & Andrea, interrogauit. Siue igitur cognouerint, siue locum Natiuitatis ignorauerint, interrogare permisit vt Iudęos docerent Christum natum, & increparent quod eis fuerit ignotus.

Prosequamur discursum dicentes. Quod huius ędificij lapis primus, basis ac Ecclesię fundamentū est Christus Dominus, de quo 1. Corinth. 3. Fundamētum aliud nemo potest ponere pręter id quod positum est, & quia Christus Dominus, est Alpha & Omega, principium, & finis, etiam est Angularis lapis qui reprobatus ab ędificantibus factus est in caput anguli. Gaudens ac exultans Propheta regię dignitatis videns firmum, ac stabile Ecclesię fundamentum dixit: (Fundamenta eius in montibus,) est fundata in Christo, est fundata in Apostolis & Prophetis. [Adducam seruum meum in Orientem, quia eccè lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi,] per lapidem vnum intelligitur Christus, in quo sunt septem oculi, id est, septem dona Spiritus sancti, ac omne bonum quod in ipso fundatur, iuxta quod dicemus Hispanè. *Esta es la yglesia fundada en pegna si iua*, viuum ac perpetuum habens fundamentum, ideo hęc vna, inter alias causas est, quare magna erit gloria domus istius nouissimè plus quàm primę, quia ista non est fundata super lapidem calce linitum, nec mortua habet sacrificia, sed fundatur super Christum, qui Sacerdos est semper viuens ad interpellandum pro nobis. Templi Salomonis ędificatores inuenerunt quendam lapidem, quem nulli parti ædificij

Prosecutio discur. 1. *Cor.* 3.

Psal. 86.

Zachar. 3.

quadrare, & adaptare potuerunt, cum ad summitatem ædificij peruentum esset, lapidem illum ad ædificij consummationem, & duorum parietum coniunctionem, aptum illum inuenerunt, *fue la clave que cerro el edificio*, Christus Dominus fuit lapis angularis qui fecit vtraque vnum, medium parietem macerię soluēs, Ephes. 2. Maceria paries est ex lapidibus sine calce, arena, luto, cemēto, aut glutino aliquo constans, sed ex lapidibus congregatis; istis superimpositis illis; huiusmodi parietibus vineæ & domus pauperum diuidi solent. Ad significandum Paulus quod lex antiqua non erat in perpetuum duratura, appellando illam maceriam dixit. (Medium parietem maceriæ soluens fecit vtraque vnum,) id est, cessare fecit ceremonias & sacramenta, per quæ distinguebatur populus Iudæorum à populo gentium, & vtrunque populum ad vnam traxit Ecclesiam, ideo Christus est pax qui fecit vtraque vnum. In ventre Rebeccæ duo capita populorum bella gerunt fraternitate oblita, Christus pax est ac copula duorum populorum Iudæorum & Gentilium. Isti sunt duo parietes (inquit *Fulgent.* Fulgentius) qui ex diuerso venerunt, & in lapidem qui factus est in caput anguli in vnitate fidei conuenerunt. Duo populi simul in Syon coierunt, Iudæorum vnus, Gentilium alter, duo principes Hærodes & Pilatus, qui antea inimici erant, ipla Christi præsentia amici facti sunt, futuræ vnitatis Iudæorum, & Gentilium, diuinum fuit pronosticum, (Homines & iumenta saluabis Do- *Psal. 38.* mine,) id est ex abundātia misericordiæ tuæ, non solùm saluabis eos qui lumine tuo illuminati, sicut homines vtentes ratione viuunt, sed saluabis Gentiles Barbaros colentes ligna, adorantes opera manuum suarum, qui sicut iumenta, absque vsu rationis viuunt, qui si in natura à bestijs, in vita à bestijs non distinguntur, *Biuen como bestias y saluajes.*

O magnificentia! decus & honor huius Ecclesiæ, & domus Dei, quæ cunctos recipit; omnes admit-

tit, nullum ad se venientem excludit. (Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei,) quare glorioſa ? Quia gloria clara eſt cum laude notitia, & quia hæc Eccleſia cunctos recipit, & Chriſtus pax noſtra fecit vtraque vnum : vbique gentium, à ſolis ortu vſque ad Occaſum diffuſa eſt, ac dilatata, igitur bene Aggeus Propheta. (Maior eſt gloria iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ,) Vt dubium non eſſet hunc eſſe ſenſum ſubdit Propheta Regiæ dignitatis, (Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me,) id eſt inde hęc Eccleſia erit glorioſa, quia faciam, meretrices ſicut Raab, *Apoc.21.* Barbaros crudeles ſicut Babylonios me ſcire, ac cognoſcere. Contemplatus Ioannes Ciuitatem ſanctam Hieruſalem, vidit quòd ab Oriente erant portæ tres, ab Auſtro portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab Occaſu portæ tres, id eſt Ciuitas à Deo dilecta fundata & ædificata; inde honorabilis, magnifica, atque glorioſa erat, quæ ab omni parte, omni genti & nationi, liberum præbebat aditum, *no ay puerta cerrada en la yglesia de Dios, y a qual quiera hora de la noche os obriram.* Iuxta quod inquit Iſaias. Aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges eorum adducantur : gens enim, & regnum quod non ſeruierit tibi peribit, hoc eſt, *A todas horas estaran las puertas de par en par*, extra hanc Ecclesiam non eſt ſalus, ſed infirmitas : non eſt vita, ſed mors, non via plana, ſed difficilis quæ ducit ad interitum : ideo tanquam communis officina vnguentaria, ad omnium vulnerum medellam in qua contra omnia vitiorum genera exiſtit medicina, *vn ospital general de ciegos, tullidos, y mancos*, Semper debet eſſe aperta, nunquam clauſa. Rege Ciuitatem ingrediente, *Simile.* Ciuitatis portæ apertæ ſunt, ſæpè nouæ fiunt, vt hominum millia qui illum ſequuntur ingredi poſſint: Hoc ſignificauit Zacharias cum dixit. Abſque muro habi- *Zacha.2.* tabitur Hieruſalem præ multitudine hominum, & iu-

Iſa.60.

mẽtorum in medio eius. Iam ingreditur hęc hominum multitudo, qui velut iumenta antea erant. Materialiter, & ad literam loquendo, cum his Regibus ingrediuntur iumenta, & Dromedarij, Madiam & Epha. Cum antiquus populus commorabatur in deserto, vnicum habebat tabernaculum fœderis: ad terram promissionis cum peruenisset vnicum loco tabernaculi habebat templũ. Nunc vbique Ecclesię; vbique templa, omnibus liber patet aditus. Si ab Oriente non essent portę tres, nunquam tribus regibus pateret ingressus. Si nocte portę Domini clauderentur, quomodo nocte ad Dominum venisset Nicodemus? O gloria Domus, ac Domini, qui cunctos ad se venientes recipit. O gloria Domus, ac Domini, qui omne quod venit ad se non reijcit. O fœlix concordia, ac commendabilis pax, quæ plures, ac diuersos homines, natione, conditione, ac statu simul, inhabitare facit. Iuuenes, virgines, & senes cum iunioribus simul sunt. Iudæi, & Græci distinctio non est. Quantum ad conditionem apertè inquit Propheta regiæ dignitatis. (De stercore erigit pauperem, vt sedeat cum principibus,) igitur homines diuersæ nationis, seu status, ac diuersæ ætatis simul inhabitant. Caim & Iacob eiusdem sunt conditionis, eiusdem nationis, ac status, denique cuncta indiuisa sunt, nempe mater & pater, solùm concordiæ deerat bonum. E diuerso in domo Domini, diuersi sunt homines in cunctis discreti, ac diuisi; solùm est concordia animorum, & multitudini credentium est cor vnum, anima vna, vna fides, vnum baptisma. Extra arcam Noë animalia diuisa erãt, in arca vnionem, ac pacem habebant. Gaudeat peccator quia inuitatur ad veniam. Animetur gentilis quia vocatur ad vitam. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt
Eccl. 25. probata coram hominibus; concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes, *Que infierno y galera biuir sin paz. digalo vn mal casado que para tener paz le es forçoso salirse de casa*, Ismaël, quia diuersæ

ætatis

ætatis pacem cum Isaac non habebat, Aman cùm in dignitate se vidisset constitutum pacem habere non poterat cum Mardocheo, quia illum non adorabat. [Tumultuabitur puer contra senem & ignobilis contra nobilem,] fœlices Reges qui concordiam ac pacem seruando Dominum inuenire meruerunt: si diuisi quærerent, necesse esset, quod si vnus inuenisset, alius ab eo diuisus, aberrasset. Fœlices Reges vos similabo viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, ædificauerunt super Christum qui regnat in æternum: suo se capiti vnire voluerũt. Quemadmodum enim corpus sine capite deforme est ac vita carens, quia nullum inuenies corpus decapitatum viuere (nisi forsam lacertam in duas diuisam partes viuere dixeris) ita nemo sine Christo, qui Ecclesiæ est caput, caput omnis principatus, viuere potest: venerunt igitur vt suo vnirentur capiti. Adimpletúmque est propheticum illud. Congregabuntur filij Iuda & filij Israël pariter & ponent sibimet caput vnum. Vbi secundùm Hieronymum, Cyprianum & Aug. est sermo de congregatione vtriusque populi Iudęorum & Gentilium, inde fit firmum ac manifestum, quòd in hoc sensu adducit hunc locum Paul. & Petrus. Si igitur procidẽtes adorauerunt eum, caput suum pedibus Christi suppossuerũt, & ipsum Christum tanquam diadema decoris, diademata propria deponentes, capiti suo imposuerunt, *Quedaron verdaderos Reyes con tal corona coronados.* O verè Reges quibus gloria & corona Christus fuit. Imitati sunt 24. seniores, qui procidebant ante agnum, mittentes coronas suas atque dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, Hoc muneribus profitentur, & quæ de manu Christi acceperunt, apertis thesauris suis reddiderunt illi. Beati ac fœlices illi se iudicant qui Summi Pontificis pedem osculari meruerunt: fœliciſſimi isti Reges, qui procidentes adorauerunt Christum. Osculum signum est subie-

Simile. *Rom. 9.* *1. Pet. 2.* *Apoc. 4.* *Simile.*

ctionis & adorationis. Iob 31. si vidi solem & osculatus sum eum, Psal. 2. vbi dicitur : Apprehendite disciplinã, Fœlix Portensis vertit, Osculamini filium, Hieronymus contra Iouinianum, Adorate filium, fœlices Reges qui osculantes pedes Domini adorauerunt filium. Tunc certè apprehenderunt & tenuerunt cœlestem disciplinam: Seruire Deo regnare est. Despiciamus coronam, maiestatem huius mundi, vt veram coronam gloriæ assequamur, si sustinebimus & conregnabimus. Herodes nolens hunc puerum regem habere, Turbatus est Herodes, &c. *Hizose cabeca, lleuando mal que Christo fuesse rei,* & omnis Hierosolymacum illo. *Iudios leuantaron y siguieron esta cabeca,* cui adhęserunt. Cum venisset Abner ad Dauid in Hebron, vt Israëliticum populum, à populo Iuda diuisum, ad Dauid regnantem super Iudam reduceret, turbatus est Ioab dux Dauid, qui tandem occidit Abner: sic Hęrodes in se turbatur & regibus insidias parat dicens. Renuntiate mihi vt ego veniens adorem eum, O calliditas ficta! ô crudelitas, ac nequitia fraudulenta! Occidere quærit & suo se capiti vnire velle fingit. Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & grando magna. Cum Beatissima virgo filium suum peperit primogenitum cœleste lumẽ refulsit, vocesque Angelorum auditę sunt dicentium (Gloria in excelsis Deo.) Pastores quoque glorificabant Dominũ. Reges etiã dicebant. Vbi est qui natus est, cuius stellam vidimus, sed facta tonitrua. Nam turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo. Prophetaregię dignitatis, Psalm. 111. inquit [Exortum est in tenebris lumen rectis,] Postea, dispersit dedit pauperibus, & subdit. (Peccator videbit & irascetur.) Vnusquisque horum Regum, cum exortum fuit illis lumen in tenebris, dispergit; & Christo pauperi munera offert, & adofferendum venit; sed peccator Herodes videt, irascitur, & ex ira turbatur, *Dentro de si se podria y deshazia.* Non

1. *Thimot.* 2. *B.*

3. *Reg.* 3.

Apoc. 1.

æquo animo ferebat, vt alius Rex diceretur. Sed reges, qui ædificauerant supra firmam petram, firmi, nil timentes steterunt. Nil timuit mulier quæ extollens vocem suam dixit, (Beatus venter, qui te portauit,) Nil isti Reges timuerunt, ideo suum prosecuti sunt iter. *1. Reg. 10.* Cum Ionathas diligebat, atque coram Saule patre suo, Dauid excusabat, Saül turbatus, illum lancea transfigere volebat; sed Ionathas, continuus atque perpetuus in dilectione Dauid, semper stetit. Perseuerantia omnis bonis est consummatio. Docemur quidem, à bono incepto non desistere quacunque suborta tempestate; Magnam non paruam, cæcus ille quem Dominus Iesus sanauit, contradictionem est passus; ne daret gloriam Deo; sed firmus, ac in confessione perpetuus perseuerans, ore credens ad iustitiam, confessionem faciens ad salutem, dicebat. (Ille homo qui dicitur Iesus,) Sic isti Reges firmi ac stabiles suum prosecuti sunt iter. Tales ac tam fortes esse debebant primi illi legati, ac populi gentium exploratores. Deterrebatur antiquitus dilectus Dei populus audita fortitudine generis de genere giganteo, sed non deterrebantur exploratores, quos ad terram explorandam Moyses miserat. Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua sit vobis princeps militiæ, dixit Mathathias. Isti Reges fuerunt veluti duces qui populo gentium ducatum præstiterunt. Talis tunc quondam Moyses. Talis tunc quondam Elias extitit. Talis quoque Ioannes qui Dominum præcessit, *Tal auia de ser la muestra del pagno.* Tales esse debemus in confessione fidei, Etiam si tyrannus mortem minetur, Christum debemus confiteri atque constantes in eius confessione corã hominibus perseuerare; vt nos Christus confiteatur coram Patre, qui pro confessione fidei visionem nobis concedat in Patria. Amen.

Perseuerãtia.

Ioan.

Num.

1. Mach. 1.

IN EODEM FESTO,

DE EODEM THEMATE.

CONCIO II.

PRimo illi homini de terra terreno, quem de limo terræ omnipotentis condidit manus, omnium rerum quæ in terra sunt dominium contulit dicens, [Dominamini piscibus maris.] Secundo verò Adæ de cœlo cœlesti, cœlestium & terrestrium atque infernorum dominium dedit Deus, ideo cum introduxisset vnigenitum in orbem terræ, ad Angelos dixit. Adorent eum omnes angeli eius, qui proni adorauerunt, atque ipsorum ministerio, pastores ad adorandum venerunt; sed cum Deus non solùm Iudæorum, sed & gentium esset Dominus; reliquum erat vt vnigenitum filiũ eius gentes agnoscerent vt Deum, timuissent vt Dominum, adorassent vt regem, & vt supremo principi ac monarchę munera obstulissent; in capite libri Psalmorum erat scriptum de Christo, vt faceret voluntatem patris (Psal. 1. in lege Domini voluntas eius) cúmque Psalm. 2. Pater ad filium dixisset. [Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,] Filius adimplens voluntatem Patris, morti se obtulit dicens Patri, [Eccè venio,] & credendum est etiam, ex nimio erga humanum genus amore dixisse. Pater da mihi gentes in hæreditatem, nam etiam hoc Pater à se postulari voluit, exauditus igitur pro sua reuerentia quàm primum potuit, tres Reges, quos ex gentibus ęternus Pater illi dedit, illum adorare venerũt, hoc est quod inquit Euangelista.

Eccè Magi, Eccè Reges, qui supremo omnium regi deferunt, ac obedientiam præstant: eccè primitiæ gentium, qui non spicas, sed seipsos in odorē suauissimum offerunt Domino, eccè quos pater dat filio in hæredi-

tatem, eccè quos filius meruit pro sua obedientia, quos vt suauissimas mandragoras præsentat matri, vt pulmẽtum ac cibum iocundum, ęterno ac antiquo dierum offert Patri; Eccè qui astruũt fidem, & erigunt in spem, quod gentes ad Dominum sint conuertendæ. Ecce qui Christum regnaturum vsque ad extremum terræ suo aduentu mirabili mirabiliter prænuntiant. Prædixerat Isaias quòd futurus erat Christus lux gentium, Eccè gentes quæ nascente Christo, sui luminis splendore sunt illuminatæ interius, stella exterius præbente ducatum. *Historiæ Ruben & Iacob.*

O fœlix obedientia, tali ac tanta remuneratione digna. Qui pro alio iacturam facit, remuneratione ac recompensatione est dignus, qui alterius exequitur voluntatem, mercedem ac præmium meretur, qui pro alio se humiliat, ab eo debet exaltari: Christus Iesus non ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex voluntate Patris, mundum pauper ingreditur, & reges diuites apertis thesauris suis, copiosa illi munera offerunt sine regio apparatu, solus mundum ingreditur, & magno cum apparatu, Præsepe humile in quo reclinauit eum mater sua, hincinde circundant, vt seruus mundum ingreditur, & vt Dominum, non quicunque de plebe, sed Domini, ac Reges prouinciarum adorant. Ingreditur nudus, & Reges purpurati, qui Byssо & purpura induebantur, illum adorant. Ioseph dum patris exequitur mãdatum ex malitia fratrum in veterem cisternam proijcitur, inde ereptus Ismaëlitis transeuntibus venditur, vbique periculis, ac calumnijs subortis, in carcere includitur: fœlix obedientia inde illum extraxit, ac fontem sapientiæ reuelauit, vt reuelaret abscondita, quæ absconditus in cubili suo Barbarus Rex per somnum viderat, denique vniuersæ terræ Ægypti rex constituitur, omnibúsque principibus præfertur. Deus Abraham, & Iacob, & patrum ipsius accrescere illum fecit Christum Iesum; qui ab instanti Conceptionis obediens factus *Obedientia commẽdatur.*

est; æternus Pater, à tempore Natiuitatis extra vterum, aduentu Magorum clarificat. Ad magnum illum Patriarcham patrem multarum gentium dixit Deus. (Per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli:) Medio nunc stellæ lumine, Christi fideles, quos filius sibi per Baptismum regenerat, multiplicantur, ac in æternam vitam ab æterno Patris filio regenerantur; ideo iure optimo Patrem futuri sæculi Isaias compellat. Ad mulierem fornicariam, quæ, sicuti cæteræ fornicariæ, sterilis erat, Oseas accessit: sed quia ex obedientia accessit, statim concepit, ac peperit filium. Dauid ex obedientia ad suos mittitur fratres, & superato Philisteo, Israël de manifesto periculo, ac ignominioso opprobrio liberat. Moyses obedientibus benedictionem proponit, inobedientibus pœnam comminatur dicens. En propono in conspectu vestro benedictionem & maledictionem: benedictionem si obedieritis, maledictionem si non obedieritis, & pro obedientia promittit possessionem à flumine magno Eufrate vsque ad mare occidentale. Pro obedientia dantur Christo gētes in hæreditatem, Hanc obedientiam imitamini fratres si verè Domini esse cupitis: inobedientia, Adam seruum fecit ac mercenarium, in sudore vultus sui vescentem pane suo.

Genes. 22.

Isa. 9.

Entia, inquit Arist. nolunt malè ordinari, sed benè, nam in confuso ordine perfectum est nihil, ideo cum in exordio mundi, cuncta essent confusa, Deus cuius perfecta sunt opera; lucem diuisit à tenebris, & firmamētum in medio aquarum, vt diuideret aquas ab aquis, fecit: cum igitur pluralitas principatuum, quæ confusionem parit & pacem habere nescit, mala sit; quod pugna in ventre Rebeccæ luce clarius ostendit; nam cum duo ibi essent capita populorum, perpetuum dissidium atque lis erat. Deus cuius spiritus est spiritus dilectionis,

& pacis, hos duos populos, Iudæorum & gentium ad vnitatem, ac concordiam reducere volens, nè Iudæorum populus viarum scientiarum Domini ignarus, aduersum populum gentium, tanquam viæ scientiarum Domini ignarum superbiret, hodierna die ad se traxit sibique subiecit: Cum enim Deus Pater per Christum mundum condidisset, fecisset & sæcula, non solùm debuit constituere Regem super Syon montem sanctum eius, sed super omnes gentes: ideo Psalmo præallegato dicitur: Postula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam, id est quod tibi ratione filiationis, & promptissimè debetur obedientiæ. In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Iuxta hoc legimus, quòd cum Adonias regnare vellet, Nè ignominiosè, sed glorioſè incederet, fecit sibi currus & equites, & seruos qui eum præcederent: Volens pater, vnicum suum honorare filium, ac in exordio Natiuitatis, sicut in die Baptismi voce de Cœlo delapsa, clarificare; dedit ei gentes in regnum, in hæreditatem, quod non obscurè sed clarè, consequenter ad prædicta, per Isaiam ad antiquum populum prædixerat Pater dicens. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandos tribus Iacob, & feces Israël conuertendas: dedi te in lucem gentium vt sit salus mea vsque ad extremum terræ. Prædixerat in eodem capite pater filio, [seruus meus es tu, Israël quia in te gloriabor,] vbi nomine Israël intelligitur Christus, quia ex Israël, qui & Iacob dictus est descendit. Dicitur seruus eo quòd in assumpta natura non venit ministrari, sed ministrare, Rom. 3. vocat eum Paulus ministrum Circuncisionis, quia prædicauit Iudæis circuncisis. Pædicando autem nomen patris erat gloria patris, quia clarificabat nomen patris iuxta illud, Ioann. 17. Pater clarificaui nomen tuum, patent igitur termini authoritatis Isaię. Patri dicenti, (in te gloriabor) respondit filius. (Ego dixi in vanum laboraui sine causa,

Psal. 2. *Prou. 14.* *3. Reg. 1.* *Isa. 49.* *Ioan. 17.*

& vanè fortitudinem meam consumpsi, id est. O pater, continuus & perpetuus fui in prædicatione & nominis tui annuntiatione, labor exceſſit fructum (Caueat concionator dicere, *la Paßion de Chriſto la predicacion de Chriſto fue en balde*, sic autem loquitur Christus secundùm Hieronymum, vt ostendat libertatem arbitrij, sed quia sine pœnitẽtia sunt dona Dei, qui fidelis est in operibus
Simile. suis instat dicens. [Parum est vt sis mihi seruus] fingamus regem filio suo multa promittere, & quòd filius valde desiderans possessionem, patri blandè respon-
3. Reg. 1. deat nil se accipere, Hispanè, *si no veo nada ya queria ver algo para que es tanto esperar*, Si tunc pater eleuata voce repetendo promissionem diceret. Sine dubio adimpleto promissum, esset omnino simile, quod historicæ Bersabeæ contigisse legimus: cum enim de filij sui regno esset dubia & tristis, Dauid qui regnaturum filium eius Salomonem promisserat, promissionem firmans dixit, [viuit Dominus, Salomon filius tuus regnabit pro me, imponite Salomonem filium meum super mulã meam & ducite eum in Gion & vngat eum ibi Sadoc sacerdos,] sic pater parum est vt sis mihi seruus, id est, pro maiestate mea, & dignitate tua, indignum erat ad vnam te mittere gentem, ad vnum te mittere populum, sicut antiquitus misi Moysen cæteróſque prophetas, dedi te in salutem & lumen, & ad omnem terram, ad omnes insulas, ad totum mundum, ad vbique terrarum, & constitui te super gentes & regna principem ac regem veréque Monarcham, quia totius mundi tu solus rex, ac summus Pontifex, ideo inquit Euangelista. Eccè Magi.

Hiero. li. 1. in c. 9. Matt. explicans illa verba, vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matt. nomine, & ait illi sequere me, inquit. Ex hoc loco arguit Porphirius & Iulianus Aug. imperitiam historici mentientis, id est, stultitiam eorum qui statim secuti sunt Saluatorem: contra hanc calumniam inquit Euangelista, (Eccè Magi.) Eccè periti ac sapientes adorantes Christum. Nunquam

sic eum adorassent nisi magnum aliquid in eo vidissent. O verè Rex gentium, totiúsque mundi Imperator, quem, ex gentibus non adorant infimi; honorãt pauperes, venerantur insipientes, aut vicini, & qui propinqui erant quęrunt: Sed quærunt qui erant à longè, adorant fortes, venerantur sapientes, honorant diuites vt obstruatur os loquentium iniqua. O miseri Iudęi, vos qui eratis propè, facti estis longè, & qui erant longè facti sunt propè, vos qui propè hunc regem non quęsistis, postquam apparuit vobis non recepistis sed dixistis [nolumus hũc regnare super nos.] Prouocastis eum in eo qui non erat Deus, ex nunc iam prouocat vos in eo qui non est populus. Cyril. lib. 2. super Genesim in illa verba, (cumque Iacob surrexisset profectus est in terrã Orientis,) commemorans historiam Iacob, qui suum supplantauit fratrem inquit, Populus qui natus est per fidem in Christo, dignitatem illam primogeniti adeptus est, ac primum Israelem supplantando propulit, nam qui caput erat: hoc est primogenitus, cauda factus est, in dorso enim positi sunt & post gentes incedent; hinc populus Christianorum, Iacob, ideſt supplantator rectè appellatus est. O fæliciſſimi Reges in quibus in veritate inuenitur, quod antiquitus in Iacob in figura præcessit; vos estis verè filij Abrahæ, non secundùm carnem, sed secundũ spiritum; vos hæreditas Domini, vos regnum eius, vos qui omnis virtutis *estis exemplar* illustre. Quę virtus in his regibus nõ fulget? Quid officij, & boni operis non apparet? apparet fides cum labore, cum labore constantia, cum constantia fortitudo & confessio: Prudentia cum simplicitate, quia sine calliditate quęrunt. (Vbi est qui natus est,) contra calliditatem Herodis venenosi serpentis, prudentia serpẽtum, vnde per aliam viam reuersi sunt in regionem suã. In maiestate regia apparuit humilitas, nam procidentes adorauerunt; in humilitate, & maiestate visa est liberalitas; nam apertis thesauris nolentes vacui in conspectu

Cyril.

Figura.

Nouissimi primi, primi nouissimi.

Domini apparere, obtulerũt munera sua. Fides & spes videndi puerum habuit visionem, hanc fidem, hanc charitatem diligite fratres, nè alieni accipiant coronam vestram.

Principatus eius super humerum eius.

Tertull. 3. aduersus Marcionẽ.

Describens Isaias Christi imperium ac regnum inquit, [Principatus eius super humerum eius] vbi omnes sancti, per principatum super humerum, Crucem intelligunt, quod prę cæteris manifestus declarat Tertullianus dicens. Quis regum insigne potestatis suæ humero præfert, aut non in capite Diadema, aut non manu sceptrum? sed solùm nouus Rex nouorum Euorum Christus Iesus, nouę gloriæ potestatem humero extulit; id est, cæteri Reges Diademate in capite coronantur, manu sceptrum habent, & hæc sunt insignia quibus rex esse dignoscatur. Sed insigne Christi, fuit Crux, fuit enim velut sceptrum, corona spinea velut Diadema, pro seruis peccati factus est seruus sustinens pænam pro peccato, *bien le trabajo y bien sudo y buen trauajo li costo.* Ex nunc in Præsepio cæpit Crucem sustinere. O nouus Rex nouumque regnandi genus! officium potius pastoris, quàm regis præ se ferr: modus iste regnandi hac humilitate reges à longinquo ad se trahit. Fertur quòd Darius Magno Alexando magnetem misit, grano synapis quod humilitatis est Symbolum, super impositio. Significans quod Reges, ac principes humanitate, & humilitate omnes ad se trahunt, iuxta quod Christus. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum; Iacob procidens ad pedes Esau, furorem eius mitigauit, & maior illo factus est. Ve regno cuius Rex est puer in pœnam peccati populi, dixit Dominus per Isaiam. Dabo pueros principes eorum. O felix, ac faustum Regnum! cuius Rex, si ætate est puer, scientia est sapiens vir ad regimen aptus plus quàm Salomon, natura est Deus, qui regnum potest regere, & conseruare, ab hostibúsque defendere: sub metaphora pastoris hanc

Humilitas commendatur.

Isai.

nos docuit veritatem Christus Dominus dicens: Nemo potest rapere oues de manu mea, Cætera regna infirmos principes cum haberent, stare non potuerũt. Primum imperium quod in Babilone, quam ædificat Nembroth & perficit Semyramis sumpsit exordium, post 2240. annos in Sardanapalo finitur. Succedunt Medi, quorum primus Arbaces vltimus stetit Astiages. Medorum regnum, per Cyrum Persam finem habuit. Persas, Græcus Alexander, qui sicut fulgur ab Occidẽte egressus, in Oriẽte apparuit, & cito disparuit, debellauit; Ferreum regnum, ipsum est Romanorum, lapis (ideſt Christus) sine manibus & potentia belli, de Spiritu sancto conceptus, comminuit, fundans regnum & Ecclesiam, quæ in perpetuum est duratura: lege Dan. cap. 2. Vt temporale internum, caducum & breue, infirmum, & perpetuum regnum commutarent, æternum Regem adorare venerunt. Quid humanum, ô homo quæris fauorem? Quid quæris in curijs Regum, quando ipsi proprium regnum relinquentes quęrunt stabulum humilẽque pręsepe? Cum Saul proprium regnum saluare non posset ad Pithonisam se contulit, Samuelem inuocauit, ab inferis resuscitari petiuit. Potius reges in religiosorum se deberent conferre cœnobia, quã Ecclesiastici in curias reg. qui temporalia & caduca solum possunt conferre, & hoc non semper sed ad tempus, non omnibus sed nonnullis. *Ioann.*

Benè Propheta, maledictus homo qui confidit in homine, Antiquum populum, qui aliquando in Syriis cõtra Assyrios, aliquando in Ægyptijs contra Assyrios confidebat & vice versa, incusat Dominus per Isaiam dicens. Quid confidis super baculum arundineum cõfractum? Significans quòd omnis humana potentia, est velut baculum arundineum confractum, quod nullum potest sustinere, & sustentare. Qui confidunt in Domino sicut mons Syon nõ commouebitur qui habitat in Hierusalem. Quære Regem ęternum, qui omnes &

in perpetuum potest saluare. Bonorum tuorum non indiget, sed in necessitate te protegit, (Principatus eius super humerum) .i. hos quibus regnat, à terra & puluere in quo iacebant subleuauit, ac proprijs humeris ad cœlos deportauit. Nemo posset vallem hanc lacrymarum lutosam, & cænosam pertransire, nisi ipse super imponeret.

Officium regis, & pastoris.

1. Reg.

Discant Reges, & qui munus officiúmque prætorum, ac iudicum exercent, non debere subditos suos præceptis grauare, aut tributis onerare; imò potius subleuare, atque humeris imponere. Regem Deus; filijs Israel importunis precibus petentibus, daturus, illum eligit, qui ab humero & sursum, cunctis alijs præminebat; significans onus regij muneris ac pastoris esse, subditos proprijs humeris subleuare. Transeamus ad sacerdotes & consideremus, quòd summus illę sacerdos nomina filiorum Israel lapidibus scripta super humeros deportabat. Secũdò adnotatione dignum, quòd solus Dauid (cunctis fratribus suis relictis) qui vt suum custodiret gregem, Leones occidebat; qui pro honore & populi defensione, morti se exponens, gigantẽ Philisteũ superauit, in Regẽ à Deo fuit electus, Ps. 46. vbi dicitur, (Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt,) transferre potest, [Quoniã principes qui sunt clypei terræ vehementer erecti sunt,] & Hieron. vertit, [Dij scuta terræ vehementer eleuati sunt,] Vt agnoscerent dari reipublicæ, in eius defensionem; Agamemnon agnoscens ad quod nam munus esset creatus, in scuto leonem depingere fecit. Prophanis & dubijs historijs dimissis, in sacris & certis cõsideremus, quòd cum ex vna parte Deus fortissimos elegisset in duces & Reges, & ex alia parte oleo vngi præcepisset; apertè significauit, reges ac pastores, ad extraneos & lupos venientes vt rapiant, debere esse tertibiles: Ad subditos verò humiles, ac mansuetos: ad inimicos, & extraneos sint leones, in subditos sint mansueti sicut agnus. Ad Pharaonem, Moyses leo

Exod.

Psal. 46.

erat: Ad populum verò mitissimus, sicut agnus: nunquam in populum iratum legimus, nisi cum vitulũ fecit; & hoc ex maximo zelo & amore in Deũ fecit. Tũc n. vt minister Dei offensores occidit: sic Isai. Christum exoptabat cum dicebat. Emitte agnum Domine dominatorem terrę, de petra deserti ad montem filię Sion; Id est mitte mansuetum ad subditos, dominatorem ac potentem ad inimicos: è contra Saul impius, in mitissimũ Dauidem furibundus, & iracundus erat: à facie verò Philistinorum (ad quos deberet esse leo) trepidabat; Dauid ad Philisteos leo, ad Semei qui illum maledicebat, ad Saulem qui illum persequebatur, & quẽ in spelunca occidere posset, agnus mansuetus. O fęlix potestas, ô faustum regnum Christi, qui potentiam suam cũctósque labores non in suam sed in regni vtilitatem ordinauit. Non quærens temporalia, sed conferens spiritualia, & sempiterna. Cum quatuor reges, qui captiuum ducebant Loth, populúmque regis Sodomorum: magnus ille Patriarcha Abraham expugnasset, prędámque quam tulerant, eripuisset. Barbarus rex Sodomorum dixit ad Abraham, [Da mihi animas, cętera tolle tibi,] Notandum, quòd non substantiam aut suppellectilem sed animas, instanter petiuit; Dominus meus Iesus, cuius regnum non erat de hoc mundo, non temporalia bona, sed animas quęrębat; ideo, [principatus eius super humerum eius,] ve eis qui in dignitate constituti, quæ sua sunt quęrunt, non quę Iesu Christi. Verè rex iste est colendus, & amandus: Hunc fęlicissimi isti reges quęsierunt, atque in humile diuersorium vt quærerent se conferunt. Adorant corporibus, honorant muneribus, venerantur officijs. Adorant in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, in homine Deum. Quod vident homo est, quod adorant Deus est. Homo ille Deus est; vna indiuisa adoratione, Deum hominem adorant. Quid aliud expresserunt in illis muneribus nisi fidem nostram? In eo enim quod tria offe-

Ex Aug.

Aug. ser. 1. Epiph. fides Reg. commend.

runtur Trinitas intelligitur; in eo verò quod tres sunt & singuli singula offerunt, in Trinitate vnitas declaratur. Per aurum Rex ostenditur, &c. vt capit. 9. Horum Regum magnificanda, & commendanda est fides. Nam non crediderunt cum viderunt Christum in monte Thabor corruscantem: non cum audierunt in Baptismo, Patris vocem resonantem atque dicentem. [Hic est filius meus dilectus:] Non timuerunt cum viderunt montem fumantem, & Dominum in nube descendentem. Non adorauerunt, dexteram & siniſtram petentes, sicut filij Zebedei; sed eum viderunt in stabulo humilem, in Præsepio iacentem. O fides, ac constantia, commendatione & imitatione digna! Tristis nimis in captiuitate positus antiquus Dei populus, laudes Domino decãtare non poterat cum dicebat. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? decantauerunt isti parirer atque interrogauerunt simul dicentes.

Psal. 136.

Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?

Rex prædicatur in Natiuitatis exordio, dum iacet in stabulo, Rex dum pendet in Cruce. Nam superscriptio inscripta dicebat. [Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.] Pueri quoque Hebræorum vt Regem ac Dominum illum suscipiunt cum Ramis Palmarum, cũ Hierusalem ingreditur. Lapides clamant, Barbariae gentiles annuntiant. Ex ore infantium & lactantium Dominus perficiet laudem; si homines ingrati, Iudæi increduli tacuerint; Isaias describens conditionẽ principum huius sęculi inquit. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Cum tales principes essent, vniuersusque describeretur orbis, atque sub tributo esset, nascitur Dominus Iesus Christus, & nouus Rex, nouo regnandi modo mundo proponitur: vt si non amore saltem alios à principum prouocatus iniurijs ad Dominum conuersus rediret. [Vexatio tantùm dabit intellectum, Isai. 28. & Threnorum

Isai. 28. Thren. 1.

2. de excelso misit 19. [nem.] in ossibus meis, & erudiuit me: *con la tribulacion me abrio los ojos*, Verterunt à me tergum, & non faciem, & tempore afflictionis suæ dicunt, [surge & libera nos,] Ioseph fratres in carcere constituiti, cum à Ioseph reprehenduntur resipiscentes dixerunt, Meritò hęc patimur. Iacob de domo Laban non discedit, vsque dum eum oculis rectis non aspiciebat. Descendente Moyse de monte vitulum cõminuit vt absentia ficti ac falsi Dei, Deum verum agnoscerent atque venerarentur. Væ eis qui, nec angustia resipiscunt, nec tribulatione illuminantur, vexatione non accipiunt intellectum, nec afflictione cõuertuntur ad Dominum. In seruitute non quærunt Dominum, in infirmitate medicum, in captiuitate Redemptorem, tempore belli non quęrunt ducem, & cum ignorant non quærunt præceptorem. Hanc populi duritiem accusat Dominus per Hieremiam dicens. Peccatum Iuda scriptum est in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum; ideſt, multis calamitatibus afflictus, ad Dominum nunquam est reuersus, sed semper manet obduratus. Si seruus virga percussus non corripitur: nimirum quod Dominus, *Aue* ei dicat *que le despida y diga buscad amo que yo buscare quien me sierua*, iam incipiunt mysteria, iam incipit illa comminatio, auferetur à vobis regnum Dei. *Hiere. 17.* *Simile.*

Turbatus est Herodes.

Conscientia, vt dicitur in prouerbio, mille testes, iuxta quod Paulus. Gentes quę legem non habẽt naturaliter ea quę legis sunt faciunt, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus testimonium reddente illis conscientia sua. Peccatum in conscientia, turbationis causa est, *el ladron de sus pies se cae* Balthasar cum templi vasa prophanasset, atque manum sententiam scribentem vidisset, turbatus est valde. Turbatio peccatum consequitur, atque velut propria eius est passio; iuxta quod Iosue 6. dicitur. Cauete nè de his quæ præcepta *Roman. 2.* *Daniel.* *Iosue. 6.*

sunt quidpiam contingatis, & sitis peccati rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Turbatio est velut quædam imago inferni, vbi nullus est ordo sed sempiternus horror inhabitat, è contra iusti in latitudine ambulant, nec timent, nec turbantur; quia mandata Dei quærunt, & charitas quæ benigna ac patiens est, foras mittit timorem *no admitte sobresaltos de coraçon*, O vitium è cordibus iudicum relegandum, & in iudicibus detestandum. Saul ira accensus, furore turbatus, non solùm Dauidem, sed proprium volebat occidere. Aaron propter mortem duorum filiorum turbatus, non potuit incensum Domino offerre. Ira & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem dicebat Seraphicus Pater noster Franciscus. Ne temporalium bonorum cura Sacerdotes turbarentur, voluit Dominus nè haberent temporalem hęreditatem, sicut aliæ tribus. Antequam discipulis Christus Dominus dixisset. [Vos estis sal terræ,] prędixerat, Beati pacifici, beati qui persecutionem patiuntur: Constat autem patientiam, omnem excludere iram, turbationem, alias non est patientia. De Christo qui futurus erat iustus iudex dixit Isaias. Non erit tristis, nec turbulentus.

1. Reg. 20. Leo. 9.

Matth. 5.

Omnis Hierosolyma cum illo.

O vitium adulationis detestandum! Omnes maioribus & principibus, siue iustè, siue iniustè morē gerunt, turbatur atque in malo illum sequitur. Cum Semei dauid malediceret, stetit Abisai filius Saruię dicens, [vadam, & ambulabo caput eius] licentia iste petita, non obtenta abstinuit à crimine: sed cum nullam in Christo Domino indignationem Petrus vidisset, euaginato gladio, Malchi serui Pontificis amputauit auriculam, Luc. 9. Cum Christum in Samaria habitatores terrę nō recepissent, discipuli ad ipsum dixerunt. Vis vt descendat ignis de Cœlo? Graue malum in malo aliquem sequi: grauius verò ad malum aliquem prouocare, &

2. Reg.

inci-

incitare. Relinquamus mundũ, & cuncta mala quæ in illo sunt, sequamur iustos quos stella illuminat, & inueniemus Dominum stellarum, Qui hîc gratiam postea gloriam nobis conferat in patria.

DE EODEM FESTO,

CONCIO III.

De Stella.

SAPIENTIA abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Vita polytica (omisso apparatu bellico contra inimicos necessario) legibus indiget sapientiæ, vt respublica pace fruens perpetuò conseruetur. Ad animalem vitam pro commutandis necessarij sunt thesauri quorum vtilitas in vsu consistit. Quod à conspectu hominum absconditur, in vsum hominum non veniet, nec vtile esse poterit: Cum Pater misericordiarum, Deus totius consolationis, non pro salute Apostolorum, aut Iudæorum tantùm, sed totius mundi filium suum vnigenitum, in multis fratribus primogenitum, factum ex mulicre, factum sub lege in mundum misisset; nè sapientia incarnata esset abscondita, & tantus thesaurus in quo absc̃oditi sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ Dei, esset inuisus: videns in hoc nullam consistere vtilitatem, Gentibus quibus non erant tradita eloquia Dei, medio noue stellæ lumine hodierna die se manifestare dignatus est. Propter quod præsentis diei solemnitas, iure optimo, nomen Epiphaniæ, idem pollens quod apparitio, manifestatio & reuelatio, accepit. Huius mysterij substantiam & circunstantiam magnificans Paulus vas electionis, 1. Timoth. 3. inquit Magnum est pietatis sacramen- *Eccles. 20.*

tum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus. Sacramentum idem est quod sacrum secretum in corde latens, dicitur pietatis sacramentum, quia est reparatiuum mundi & opus amoris patris in filios. Magnum est quia magnus Dominus laudabilis nimis, caro factus in carne se manifestauit: Quemadmodum enim mentale verbum per vocale manifestatur, sic verbum patris manifestum est in carne, iustificatum est in spiritu. [Apparuit Angelis,] ideſt immediatè se illis manifestauit, Pastoribus per Angelos, Gentibus, per stellam, & Apostolorum prędicationem. Qui nobis nasci voluit, à nobis noluit ignorari inquit Chrisolog. ideo magi de gentibus primi electi sunt ad salutem, vt per eos omnibus gentibus salutis ianua panderetur, vt manifesta Dei pietas noceretur, nè aliquis desperaret posse sibi salutem donari, qui iam conspiceret magis esse donatam, inquit Chrisost. igitur conuersione, & illuminatione Magorum, cunctis gentibus consequendæ salutis spem præbet, ac superborum Iudęorum, quibus cōmissa erant eloquia Dei, supercilium domat, & eorum sapientiam, qui pietatis sacramentum non cognouerūt irritam, ac nullam facit. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum & aures ei sunt. Cum quis importunè stulta nobis loquitur: Hispanè dicimus *echadme de ay esse nescio no le vea yo mas delante de mi*, sic Dominus, educ foras populum cæcum &c. De Idolis dicitur, Psalm. 113. oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient, similes illis fiant, qui faciunt ea. Ecce Isaias demonstrat, iam falsis Dijs similem factum populum dilectum *son vnas bestias, statuas y saluajes*, sequitur infra [glorificabit me bestia agri] Dracones & strutiones, ideſt cum homines essent, bestijs sunt assimilati, *se han echo bestias*, Ego vocabo ad me bestias; ideſt homines sicut bestias viuentes, qui me glorificent, ac laudent, *de saluajes hare*

Chrisolog. ser. 160.

Chrisost.

Isa. 43.

Psalm.

hombres con entendimiento. Hodierna dies dilectionis magna nobis adest, causa lætitiæ, quia populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, Qui non consecuti misericordiam, misericordiam consecuti, & non tantùm iam in Iudæa notus Deus, sed in Israel magnum est nomen eius stella gentibus apparente. Ibi aderat Dominus, cum per illâ illos mouebat, indead illos loquebatur ac cor eorum comouebat, Rectè nocte ingrediente Ciuitatem cuncti habitatores Ciuitatis lucernas accendunt, & ex magnifico apparatu, ingressus regis dignoscitur. Nouum igitur videndo lumen, nouoque lumine eos illuminante, nouum Regem aduenisse crediderunt, atque ad illum requirendum statim discesserunt. Quid aliud erat stella illa inquit, Augustin. nisi magnifica lingua cœli quę enarraret gloriam Dei, quæ inusitatum virginis partum, inuisitato fulgore clamaret? O fratres cum nouo homine, nouissima hora nato, & felicissimo sęculo edito: nouus angelorum cătus auditur, noua stella, nouo situ, nouo cursu, noua materia, nouo motu, nouo lumine circumfulgẽs videtur, Noua gens in Hierusalem comparuit, & ad præsepe vsque peruenit. Reliquum est vt noua sit vita, veteri homine mortali exuto. Reformamini in nouitate sensus vestri. *tratad de otra vida y de pensar en vuestra saluacion*, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, idest: Qui sapit secundùm carnem non potest experiri, & sapere quę sunt secundùm spiritum. Augustin. cum bonitatem Dei degustasset, & iam se renouatum videret, Deo gratias agens dicebat. Cæcus eram, cæcitatem amabam, ad tenebras per tenebras ambulabam, gratia tibi lux mea, quoniam illuminasti me, & cognoui te. Gratias agentes qui eripuit nos de potestate tenebrarum harum, & transtulit nos in regnum dilectionis suę, idest, dilecti filij sui. O mutatio dexteræ Dei excelsi: Quis inimicum suum ad Regnum filij sui adoptauit: Abraham proprium filium Ismaelem è domo eiecit:

Simile.

August.

Rom. 12.

Deus noster ad exitus viarũ seruos, & Apostolos quos elegit misit, vt non domesticos in Domum suam intrare compelleret, & non filios in filios adoptaret. Cum quis ad magnam dignitatem ascẽdit, Hispanè dicimus, *o que buen salto* sic Paulus, transtulit nos, ideſt cum essemus inimici, & non adoptati ad hæreditatem sed digni gehenna. Exagerat quòd transtulit nos in regnum dilectionis filij sui. Dolendum quòd surdi sumus advocem eius, cæci ad lumen eius, frigidi ad præsentiam eius, qui ignis consumens est, Chriso. inquit. Quòd fides Magorum, Iudæorum condemnatio est: quia cum essent generis Balaam successores, Christi fidei fuere hæredes; Magi vni Prophetæ suo crediderunt, Iudæi tot Prophetis credere noluerunt. Illi cõfitentur alienũ, isti proprium non agnoscunt. Maximè dilectissimi hæc res Iudæos accusat, sed quo pacto nos nõ incuset omnino nescio. Illi vmbras, nos veritatem; illi legem, nos gratiam; illi legem cum terrore, nos cum amore; illi vt serui, nos vt filij vocati sumus. Illi per prophetas, nos per filium sumus vocati, habemus propè quod illi lõgè: Quod illi sperauerũt, nos possidemus. Vę nobis Iudæis peioribus. Multi publicani & meretrices præcedent vos in Regno Dei. Multi ab Oriente, & Occidẽte venient, & recumbent cum Abraham & Iacob. Hoc in nobis adimpletum est: sed, vt inquit Paulus, Qui stat videat nè cadat, comminánsque ruinam inquit, (alioquin tu, qui cum esses oleaster insertus es in boná oliuam, excideris,) legendus est locus ad intelligendam metaphoram, si tu enim cadis alius subintrabit: iuxta quod in legenda 40. martyrum legitur, quòd pro vno qui cecidit, clauicularius subintrauit, & martyrium passus coronam martyrij accepit, quem alius erat accepturus. Apocal. 3. Tene quod habes, nè alius accipiat coronam tuam. Qui tenet teneat donec de medio fiat, ideſt donec moriatur. Dolens nimis dicebat Isaias. Regionem vestram alieni deuorant, *a vista de ojos comen*

Chrisost.

Matth. 21.

Matth. 2.

Rom. 11.

Apoc. 3.

Thessal. 2.

los fructos de vuestros arboles, secundùm spiritualem intelligentiam dicemus, Quòd sicut antiquitus Abel Caym, Iacob Esau, Ioseph fratribus suis fuit præpositus: sic populus gentium fuit præpositus populo Iudæorum. Nunc quoque ignobilis nobili, Rusticus ciui, simplex literato, Laicus Sacerdoti, & Monacho præfertur. Felices Reges, quos non superbi Regis furor deterrebat, non hyemis asperitas ab itinere arcebat, nec itineris labor retrahebat, magnum locorum interuallum, ardorem, & desiderium videndi Christum non extinguebat. Expensarum magnitudo non eos retardabat, ideo iram Regis non timentes, asperitatem hyemis non formidantes, sumptibus non parcentes, visa stella, nulla interposita mora, è proprio Regno discedentes in alienum deuenerunt. Tantus in his erat deuotionis ardor, ac charitatis feruor, quòd omnem difficultatem facile superabat. Deus qui exterius stellę splendore suspensos eos tenebat, intus mouebat, ac illuminabat, vt quęrerent hunc diuinum thesaurum, qui non absconditus in sinu patris, aut vmbris velatus, sacrificijs adumbratus, sed iam reuelatus erat. Desiderabant thesaurum qui iam non inuisus, sed oculis perspectus, & manibus matris contrectatus erat. Hunc fratres quæramus thesaurum, sine omni pigritia. Si quæsieris sapientiam, quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Ideſt si ea cura, ac animi cupiditate, qua homines auari & auri cupidi, qui pro pecunia possidenda, labori non parcentes effodiũt terram, quæsieris sapientiam diuinam, sine dubio inuenies illam. Vade ad formicam ô piger, & æmulare vias eius. Formicarum cura, ac solicitudo in colligendis granis omnibus nota est. Væ nobis, qui formicarum facti sumus discipuli. Vsquequo piger dormis, quando consurges è somno tuo? in hora surgendi non tetrices, *no ay que estar pereZeando.* Paululum dormies, paululum

Prou. 2.

Prou. 6.

Eccles.

dormitabis. Verba refert pigri qui recusans è somno surgere inquit. Dimitte me dormire paululum, postea surgam. Hora est iam nos de somno, & quæramus thesaurum quem Reges quæsierunt, & inuenerunt. Cuius Stellam vidimus.

Scientia Dei quæ attingit à fine vsque ad finem, & suauiter disponit omnia; hos Magos, qui Stellarum scientia pollebant per Stellam suauiter traxit. Trahit sua vnumquemque voluptas, isti in consideratione, & contemplatione stellarum voluptatem capiebant: ideo per stellam illos traxit. Moysi quia pastor gregis in Rubo, cum oues pasceret apparuit. Balaam Mago, qui arte vtés magica, monstruosas animalium imagines videbat: monstruoso, & inaudito modo, media Asinę voce locutus est. Zachariæ sacerdoti, in templo apparuit: Samaritanæ in puteo, Petro piscatori quando mittebat retia sua, promittens facere illum piscatorem hominum. Discipulis ¦ qui tristes ibant in Emaus quasi tristis habitu peregrini apparuit. Prudens medicus saluti infirmi consulens, quę vnicuique iocunda sunt loquitur suauiter, similiter ministri regis, & cuncti qui publicis negocijs peragendis sunt expositi, vnunquemque de his quæ sibi sunt nota, grata ac iocunda, interrogant, ne silentio suffundantur pudore: sic regibus qui stellarum scientia pollebant, per stellam se illis Dominus reuelauit, vt suauiter ad dominũ traherẽtur.

Simile.

Paul.

In quo docemur suauiter alijs præcipere debere iusta; Paul. iuxta qui dicebat: Obsecro vos fratres: Nõ sic facientes redarguit Dominus per Ezechielem, c. 34. Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, Dominus cum suauitate vnumquẽque trahit, vt dictum est. Chrisolog. hos reges ariolos esse indicans, rationem non contemnendam insinuat, quare per stellam illos vocauerit dicens. Per stellam illos ducit, vt ipsa materia erroris, fieret salutis occasio, idest cum homines, à creatura mundi, & conspectu cœlorum qui enarrant gloriam

Ratio notãda Chrysolog. serm. 157.

Dei, suum cõditorem cognoscere, atque laudare deberent, obscuratum habentes cor. Non Deum sed ministra mundi luminaria, conditore relicto, adorauerunt. Hoc appellat Chrysolog. erroris materiam, Hoc malum conuertens Deus in bonũ, voluit, vt per stellæ ministerium illum agnoscerent, vt materia erroris fieret salutis occasio, Quod sub conceptu communi dicitur. Ex malis deducit Deus bona, idest mala cõuertit in bonum. Ad quod iuuat omnis cõparatio quam facit Paulus inter Christũ & Adam: Sicut enim vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationẽ vitæ, &c. Similiter sicut per fœminam repente omne malum introiuit in mundum, ita communiter dicimus quòd per Beatissimam Virginem omne bonum quod est Christus adepti sumus. Ioseph, somniũ quod fratribus aperuit fuit materia seruitutis, Somnium etiam quod Pharaoni aperuit, fuit causa libertatis, & dignitatis, & causa, seu occasio salutis fratrum suorum, Genes. 45. Nolite pauere, nec vobis durum esse videatur quòd vẽdidistis me in his regionibus: Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. Paulus (inquit Chrisolog.) per zelum legis impugnabat legem, & in Deum dei amore ex ignorantia peccabat: Deus hunc zelum per veram sapientiam in bonum conuertit. Alia quoque causa assignari potest, Nam Christus est homo de Cœlo cœlestis, vt inquit Paul. ergo signum de Cœlo debuit illum demonstrare. Vltimò vt creaturas irrationales honoraret.

Rom. 5. *Genes. 37.* *Genes. 41.* *3. Reg. Chriso. Hiere. 2.*

Vbi est qui natus est.

Qui natus est, Deus est, Dei vnigenitus est. Quem Cœlum & Cęli Cœlorum capere non possunt, excelsior Cęlo est, & in altissimis habitat, Cœlum, & terram implet, immensus est: sed secunda post primam ex patre, Natiuitate, nunc natus est ex matre. Qui cum Patre in cœlis est, cum Matre vbi est? illum in loco quæri-

mus cum matre, quem vbique scimus esse cum Patre: in cœlis regnat, in terra habitat. O fœlix nuntius! Terra cœlum facta est, cum cœli Dominus habitauit in nobis, *quando se auezindo entre nosotros.*

Prou. 28. Turbatus est Herodes.

Psal. 50. Carnalis homo quæ carnis sunt sapit. Si non dixisset, Qui natus est Rex Iudęorũ obcęcatus non percepisset cætera: Cum alium regem audiuit priuandum regno putauit. Fugit impius nemine persequente, impietas quę cor possidet fortitudinem aufert. Peccatum meum contra me est semper, *mas guerrame haze que el Philisteo Goliath* illum vici, & conculcaui, gladio eius amputaui caput eius. Peccatum meum è contra supra me est. *A cuestas le traigo sin le despedir de mi punto.* Timere facit, Adam timet, & à facie Domini blandè illi loquentis abscondere facit. Quis illum timere fecit? Quis illi

Gen. 3. indicauit quod nudus esset, nisi quia comedit de ligno, de quo præceperat Dominus nè comederet? Cũ Adonias Salomonem electum in Regem vidisset, in templum fugit: cum Ioseph fratres præfectum in Ægypto vidissent timuerũt valde. Antiqua iniquitas nouæ formidinis ac pauoris causa erat; Cum sit enim timida nequitia dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit sęua perturbata conscientia. Herodis turba-

Sap. 7. tionẽ incusat pia mater Ecclesia in hymno dicens. Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? non eripit mortalia, qui Regna dat cœlestia. O vitium regnandi detestabile! O auaritia bonorum temporalium cupida! Congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. Non congregauit vt de animæ salute interrogaret, sed vt locum notaret atque cognosceret ad perdendum puerum; sic Saul Dauidem quærebat, & fratres Ioseph gauisi sunt videntes illum à longe.

Matth. 4. At illi dixerunt in Bethlehem Iudæ, sic enim scriptum est per Prophetam, & tu Bethlehem terra Iuda.

O miseri Sacerdotes, qui alios docent viam veritatis, à qua ipsi aberrant, Gregor. super illa verba, Cant. 4. Fauus distillãs labia tua sponsa, Mel & Lac sub lingua tua, inquit. Quòd doctores, & prædicatores facientes quod docent, habent mel sub lingua, quia idipsum quod docent degustant. Qui verò non faciunt quæ docent, habent mel in lingua, *No les entra adentro.* Assimilantur isti leoni quem Samson occidit: postquam enim mortuus fuerat, in cadauere eius examen Apum, ac fauus mellis inuentus est. Isti cum mortui sint in ore eorum inuenitur fauus mellis, suauissima doctrina, quam alij non ipsi degustant, fauus mellis erat in ore leonis, leo cum mortuus esset fauum non comedebat, sed Samson, & Pater, & Mater eius. Iudæi, quos peruersi Prædicatores imitãtur, erant sicut Leones rugientes aduersus Christum. Peruersi Prædicatores rugiunt aduersus populi peccata, quæ detestantur, & in eorum detestationem pœnam proponunt, & gloriam promittunt. Producunt & proferunt optima loca vtriusque testamẽti, ipsi verò (proh dolor!) cum prædicent non furandum, furantur, dum tamen eorum prædicatione alij conuertuntur, fauum mellis, & dulcedinis sacræ scripturæ habent, quem audientes comedunt & degustant: ipsi verò miseri mortui in peccato non degustant, *No les entra de los dientes à dentro.* *Greg.* *Iud. 14.*

Vbi est qui natus est?

Si vt litera sonat, ignorauerunt, magnum in hoc latet mysterium: latet quidem quod particularis reuelatio, reuelatione vniuersali Ecclesiæ facta minor est, & reuelatio vniuersalis particularibus præferenda est (reuelationes prophetarum inter vniuersales debent computari) hac ratione, sine antiquis prophetarum reuelationibus, per nouam reuelationem, Reges locum Natiuitatis Christi non cognouerunt. Sed dum horam & tempus Iudæi sine noua reuelatione non sciunt, significatur apertè, quòd regnum Dei, & scientia scripturarum

tradenda erat Gentilibus, & quòd Iudæi per Gentiles erant edocendi, Hietro Moysem qui ore ad os cum Domino loquebatur, antiquitus docuit. Notauit Chrisost. tom. 5. Hom. de Spiritusancto. Iudæi qui locum Natiuitatis cognoscebant, diem Natiuitatis ignorabãt. Regem, qui diem Natiuitatis apparitione stellæ nouerunt, locum Natiuitatis ignorant. Diuisiones gratiarum sunt, idem verò Deus. Si gloriari voluerit Iudæus, quia locum Natiuitatis nouit, dicet gentilis diem ignorasse. Si insultauerit gentilis contra Iudæum, quia diem Natiuitatis nouit, Iudæus dicet, locum ignorasse. Nullus igitur glorietur nisi in Domino, qui diuidit singulis prout vult Hietro Moysem, in die mortis Domini, lapides homines docent, in die Resurrectionis fœminæ viris, Dominum resurrexisse annuntiant. Discant mulierculæ, quæ nimio desiderio speciales reuelationes desiderant, interrogare à peritis in sacris literis, an illæ suæ reuelationes, iuxta ea quæ Dominus in scripturis reuelauit sint. Ricard. de sancto Victore huiusmodi reuelationes abhorret omnino. Nos cũ Paulo dicamus, quòd Angelus Sathanæ se transfert sæpè in Angelum lucis, iuxta quod monendæ sunt, nè leui cito corde credant, nec graui corde Domino obsistant, sed à viris doctis interrogent, à Domino humiliter petant, vt veritatem aperiat, nè à Sathana decipiantur.

Si stella aliquando illos deseruit, vt sunt qui dicant: dicemus quòd cessauit, quia aderat iam firmior propheticus sermo. Fides ex dono Dei, vsque ad cœlestem Hierusalem nos ducit, ibi nos deserit. Non erit tibi amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem. O fœliciſſima vita omnis miseriæ expers! vbi non solùm terrestribus, sed cœlestibus, quæ terram respiciunt non indigebimus, ibi cuncta huius sæculi commutantur in melius. Cum peruenerunt ad locum vbi Christus erat, ministerio expleto, stella disparuit, sicut antiquitus columna

ignis, quę antecedebat filios Israël, post quam ad terram promissionis peruenerunt. [Intrantes Domum,] Antiqua lex illa, strictissimo prohibebat præcepto sancta sanctorum ingredi: Hoc enim solùm summo Sacerdoti, & hoc semel in anno ingredi licebat. Libera iam facultate, omnibus patet aditus (*alçose el entredicho*) Portæ reserantur. (Inuenerunt puerum.) Inuenerunt quem anima eorum quærebat, inuenerunt florem de Radice Iesse, Isa. 11. Inuenerunt suauissimum panem propositionis, Exod. 25. Viderunt stellam Orientem ex Iacob, gauisi sunt gaudio magno, sicut gauisa est Rebecca videndo Isaac, Rachel videndo Iacob, plus quàm Pharao videndo Israel, cæterosq; fratres Ioseph. Quid tale glorioſum videntes in puero, gauisi sunt. Nunquid viderũt palatium marmoribus splendidum: Nunquid matrem eius Diademate coronatam, aut in lecto aureo recumbentem, Nunquid Puerum auro, & purpura inuolutum? Sed quid? Pandochium [meson] tenebrosum, & sordidum, magis animalibus quàm hominibus aptum, in quo nemo contentus erat secedere, nisi itineris necessitate coactus, Matrem eius vix tunicam vnã habentem ad tegumentum nuditatis, quã habere poterat vxor Carpentarij. Si Regem terrenum quærentes sic inuenissent magis confundendi fuerunt quam gauisuri, quia tanti laboris itineris causam suscepissent: At quia celestem Regem quærebant, & si nihil Regale videbant, solius stellæ testimonio contenti gaudebant. Idest lumine interiori, credebant diuitem, quem videbant pauperem, credebant regem, quem videbant seruum: quia non regem terrenum nitidis fulgentem vestibus quærebant. Hodie Magus, quem fulgentem quęrebat in stellis, in cunabulis reperit vagientem. Quid ibi videat profundo stupore peruoluit: In terra cœlum: in cœlo terram, in Deo hominem, in homine Deũ credit. *Trasluzia seles quæ era Dios.* certè aliquid Sydereum occultum in ipso viderunt. De Apostolis, qui

Gene.
Chrisost. Hom. 1. super Matt.

Chrisolog. ser. 100.

secuti sunt Christum illos vocantem, inquit Hieron. libro 1. comment. in Matthæum. Certè fulgor ipse & Maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes poterat trahere aspectu,

Hieron. *No se puede Dios encubrir*, Sub humilitate apparebat maiestas, sub infirmitate potentia, sub mortalitatis vmbra, diuinitatis relucebat claritas: Nec mirum, quando ex consortio sermonis Domini facies Moysi erat cornuta, nam sicut ex fronte animalium gemina procedunt cor-

Exod. 34. nua, sic ex facie Moysi duo Radij luminis procedebant,

Cor. 3. quæ vultum eius grauem, iocundum ac venerabilem reddebant, vt à filijs Israël maxima in veneratione haberetur. Hunc splendorem posuit Deus in facie Dauid, cum illum persequebatur Absalon, filius eius cum cæteris, iuxta quod ad literam de Dauid intelligitur illud, Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, id est dedisti, vt ex me quoddam lumen, ac fulgor processerit simile claritati vultus tui, Dedisti lætitiam in corde meo, *alegrome, porque me haxiste respectar y reuerenciar*, sic in vultu Christi aliquis splendor fulgebat. Hieron. super illa verba Matth. 21. Eijciebat omnes vendentes & ementes, inquit. Quod lumen quoddam igneum, & Sydereum micabat ex oculis eius, *tralucʒiese no se puede encubrir*, sicut lapides lucidi; qui nocte etiam relucent.

Iob. 36. In manibus abscondit lucem, & præcepit ei vt rursus adueniat. Lux in manibus abscondi non potest quin splendor eius appareat. Diuinitatis lumen sub vmbra humanitatis erat sicut lux abscondita in manu, abscondita in vitro: ideo non poterat occultari, quin aliquid diuinum & Sydereum appareret: ratione cuius Magi il-

1. Reg. lum potuerunt adorare. Verè Deus noster lux est, tenebræ in eo non sunt vllæ, ideo nec sub infirmitate carnis abscondi potest. Solicitudine nimia Laban insequendo Iacob, Deos suos quos Rachel absconditos super stramenta cameli habebat, requirebat, quos inuenire non potuit, quia erant Dij mortui, Dij tenebrosi non emit-

tentes ex se lucem: Deus noster est lux; ideo ex se mittit splendorem qui illum manifestat, 1. Regum. Cum Saül esset electus in Regem, & filij Israël consulerent Dominum vbi nam esset: Respondit Dominus, [Eccè absconditus est domi,] vbi alia translatio habet, [absconditus est inter vasa,] stella indicat, quòd natus est Rex, Reges consulunt Sacerdotes Domini, vbi Christus nascitur, cum dictum esset illis, in Bethlehem Iudæ, inuentus est à Regibus qui illum inuenientes gauisi sunt gaudio magno valde; adimpletúmque est propheticum illud. [Quæsierunt me dixi, Eccè ego] Eccè ego ad gentem, *Isai. 65.* quæ nesciebat me, & quę inuocabat nomen meum; Paulus Rom. 10. iuxta 70. inquit. Inuentus sum à non *Rom. 10.* quęrentibus me, palàm apparui his qui me non interrogabant, Si Deus lux est, & non videtur; nihil aliud in causa esse potest, nisi quia peccatum, quod velut murus est, diuidit inter nos & Deum. Abijcite opera tenebrarum quæ diuinam impediunt cognitionem. Quid est odium in fratrem, nisi quædam tenebrę, quę bonum faciunt apparere malum? & sic facile est discurrere per singula vitia exprobrando quod Deus qui lux est non cognoscitur, Fœlices Reges, qui optimè Deum cognouerunt, licèt carne esset vestitus. Oblatio ipsa, inquit Cypria. Incarnati verbi exponit mysteria: & breui subtilique indicio, vtriusque naturæ humanę diuinęque exponit vnitatem. Quod vnicuique sit proprium singulatim distinguens, in Auro Regem, in Thure Sacerdotem, in Myrrha incorruptibilem, quamuis passibilem profitetur. Ideo Fulgentius insultans contra hæreticos, inquit. Confunditur Arrianus, qui soli patri sacrificium deberi contendit. In oblatione myrrhæ, confunditur Manichæus, qui Christum verè mortuum non credit. In auro vtérque simul cõfunditur, quia & Manichęus, de semine Dauid secundùm carnem natum, non credit Regem, & Arrius de vnigenito, naturalem nititur assignare seruitutem. Exhortentur populum ad fidem my-

Cyprian. ser. de stella & Magis.

sterij Incarnationis diuini verbi, Concionatores, exhortentur ad libertatem, Nam si fide & mystica significatione Donorum confundunt Manichæum & Arrium, ipsa munerum oblatione, confundunt credentem auarum, diuitiarum amatorem. Sunt qui credant, & qui interioris deuotionis dulcedine perfruantur, sed non iocundè miserētur, & cōmodant, ac bona sua in pauperes distribuunt, imò potius, auarè temporalia bona retinent. Isti Reges, primò credunt posteà adorant, ad adorationem, & latriam magnificentiam apposuerunt. Abraham tres vidit, vnum adorauit, Ad hæc bucellam panis apposuit, impius Saul credidit, ac obediens iuit
Genes. 18. ad prælium, sed ad obedientiā, quæ quoddam est genus adorationis, non addidit liberalitatem, imò ex auaritia non in omnibus obediuit : inobedientia autem quasi peccatum Ariolandi est, & idololatriæ. Quia hilarem
1. Reg. 15. datorem diligit Deus hilari vultu munera dona Deo nostro offeramus: Non offeramus vilia sicut Saul, Quia maledictus dolosus, quia habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia Rex magnus Ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile ingentibus. Offer Aurum purum quod semper rutilat, & non marcescit, hoc est charitatem. Offer incensum, ideſt fidem, & orationem inde procedētem. Offer myrrham, ideſt sensuum mortificationem, mortificando membra, reprimendo appetitum, sic lugendo cum lugentibus, ibimus flentes mittentes semina, quæ metemus lætantes, sicut lætantur messores in messe, & venatores capta præda, ac victores cum diuidunt spolia. Si lugere debemus cum lugētibus, gaudeamus ex nunc quoque cum Regibus gaudentibus. Quia
Veni, vidi, vici. venerunt, viderunt, ac per aliam viam reuersi, Herodis calliditatem vicerunt. Ideo vnusquisque eorum dicere potuit veni, vidi, vici: vnusquisque etiam illorum dicere poterat cum seruo Abrahæ: laudate Dominū Benedictus Dominus Deus Domini mei Abraham, qui non

abstulit misericordiam, & veritatem suam à Domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Verè exterius per stellam, verius interius per Christum sunt illuminati. Vtinam Dominus ducat nos in domum orationis, vt transferat in domum Patris, vbi mansiones multæ sunt, quas mihi & vobis, &c. *Genes. 24.*

IN FESTO RESVRRECTIONIS. Præludium.

RESurrectio, mortis est reparatio, & quasi corporis cadentis rectio. Mors est separatio animæ à corpore, Corpus spiritu viuificante priuatum in terram cadit, & in puluerem suum reuertitur, Resurrectio est corporis erectio, cũ iterato anima corpori reunitur. Quod præterquã de se patet, optimè habetur, Ezechiel. 27. vbi postquam ostẽsa sunt Prophetæ ossa arida, inquit sacer textus: Ingressus est in ea spiritus, & vixerũt *steteruntque super pedes suos*, Iuxta quod dicet cõcionator, Resurrectio est viuificatio, seu status, & erectio corporis iacentis, ita Damas. 4. de fide c. 28. vbi inquit. Resurrectio nihil aliud est, quã secunda eius, quod cecidit surrectio. Hæc veritas fuit creditu difficilis. Ita Tertullianus libro de Resurrectione carnis vbi inquit. Durius creditur quã vna Diuinitas: apparuit hoc Actuũ 17. vbi Paulus Athenienſibus prædicãs, attentè audiebatur, sed cum de Resurrectione locutus fuisset! [Quidã quidem irridebant, quidã dicebant, Nouorum dęmoniorũ est annũciator,] Ratio huius difficultatis esse potest, qui in Resurrectione includitur immortalitas animæ, quam nunquam Arist. nec philosophi perfectè cognouerunt. Secũdò, quia hæc veritas est supra illud principiũ (quod apud ipsos erat velut dignitas) à priuatione ad habitũ non est regressio. Insuper schola Epicuri, post mortem nil esse dicebat, quia anima cum corpore interibat, & peribat. Veritas habetur 1. Cor. 15. Si in hac vita *1. Cor.*

tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus, 1. Petr. 1. regenerauit nos in spem viuam per Resurrectionem Iesu Christi: Iob 19. in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem visurus sum, ego & ipse, & non alius. Id-est non alius pro me, sed egomet qui eram in carne, ideo denotatur omnimoda idoneitas nunc viuentis, & postea resurgentis. Nam vt Gregor. lib. 14. Moral. ca. 27. inquit. Non rectè resurrectio dici potest, vbi non resurgit quod cecidit. Isai. 16. Exurgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, Psalm. 2. Postquam prædixit Christi Passionem dicens. [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?] In persona Saluatoris subiungit Propheta, Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te, Quem locum exponit Paulus, Act. 13. de Resurrectione Christi, quia vt ex dictis constat, cum Resurrectio sit præexistentis corporis ad vitam reuocatio & erectio, quędam generatio est, Psal. 3. Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi quoniam Dominus susćepit me. Ita super istum Psalm. Iustinus Dialogo contra Thriphonem. Euseb. lib. 13. prępara-tionis Euangel. ca. 7. Psalm. 25. Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, Psal. 29. concidisti saccum meum, circundedisti me lętitia. Psal. 56. Exurge gloria mea, exurge Psalterium & cythara, exurgam diluculo. Oseę 6. viuificabit nos, post duos dies, in tertia suscitabit nos, Oseæ 13. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, Mich. 7. Non lęteris inimica mea super me, quia cecidi consurgam. Sophonię, expecta me, dicit Dominus, in die Resurrectionis męę in futurum. Quia iudicium meum vt congregem gętes, vt colligam regna, ita Augustinus 8. de Ciuitate Dei, cap. 33. Eusebius lib. 2. demonstrationis Euangelicę, cap. 17. vbi ex hoc loco probant Christum surrexisse, postea gentes

1. Pet.
Greg.
Isai.
Psal.
Psalm.
August.
Inst.
Euseb.
Oseæ.
Mich.
Sophoniæ.

vocasse.

vocasse. Figuræ sunt obscuriores, quia signa sunt, non voces, quæ in significando tenent principatum; Augu. & communiter omnes sancti docent; soporem Adam, ex cuius costa, cum dormiret, formata est Eua, fuisse figuram Christi pendentis in Cruce, ex cuius latere formata est sponsa Ecclesia: Quemadmodum igitur primus Adam soporatus est à somno, ita secundus. Congruunt verba, Psalm. 2. [Ego dormiui somnum cœpi,] Quemadmodum Adam accepit in vxorem Euam, sic Christus (iuxta Sophon. loco citato) post Resurrectionem vocauit gentes, & accepit in sponsam Ecclesiam ex omnibus gentibus. Ioseph post duos annos, tertio ineunte, eductus est de carcere, conuenit figura cum Prophetia Oseæ, [Viuificabis nos, post duos dies, in die tertia suscitabit nos.] Sunt aliæ plures figuræ, vt illa de Samson, Iud. 10. Qui dormiuit vsque ad mediam noctem, in Gaza Ciuitate Philistinorum, & in die consurgens cum custodirent & obseruassent illum ad occidendum, liber exiuit apprehendens, & secum ferens portas Ciuitatis. Insuper non solùm figuris, & oraculis, sed factis & exemplis ostendit Deus Resurrectionis veritatem. Nam Elias vnum, Eliseus alterum suscitauit puerum. Testimonium enim Prophetiæ, & testimonium miraculorum, maximè ostendunt credibilitatem alicuius veritatis, ideo his duobus testimonijs vtitur sacra Scriptura. Annuntiatio Prophetica est validum testimonium. Nam solùm Deus potest scire futura, iuxta illud Isaiæ. Annuntiate nobis futura & dicemus, quia dij estis vos. Potentia quoque miraculorum, quia supra naturam solùm habet authoritatem Autor naturæ, ideo miraculum diuinæ potentiæ est testimonium, de quo latius super q. 2. prologi Scoti. Hac ratione Paulus solicitè. 1. Cor. 15. Nè Resurrectio noua adinuentio videretur (vt illi dicebant,) Act. 13. commemorabat annuntiationem Propheticam dicens. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm scripturas, & quia resurrexit

Figuræ resurrect.

3. Reg. 17.
4. Reg. 4.

tertia die secundùm scripturas: in symbolo, & resurrexit tertia die secundùm scripturas.

Christum surrexisse tertia die, intelligitur secundum figuram Synecdochem, sumendo partem pro toto: fuit enim mortuus die Veneris, & hæc computatur prima dies, fuit Sabbatho, & aliqua parte diei Dominicæ & sic fuit tribus diebus; sicut Ionas in ventre cæti. Secundò dici potest, quòd Deuteronomij 9.3. Reg.19. Matth. 4. ad significandum diem naturalem Scriptura cum die coniungit noctem dicens Moysem, Eliam & Iesum, ieiunasse quadraginta diebus & quadraginta noctibus; igitur cum Scriptura, cum die, non coniungit noctem, non intelligit diem naturalem, 24. horarum; sed partem diei, igitur hoc modo intelligendo diem bene fuit Christus in sepulchro tribus diebus absque aliqua figura, quia nomine diei in Scriptura, non intelligitur dies, 24. horarum. Confirmari potest, quod hîc supponimus, ex Genes. 1. vbi dicitur, [Appellauit lucem diem, tenebras noctem, factum est vespere, & mane dies vnus,] ergo Scriptura ad diem noctem apponit, & nomine diei, non apponendo noctem, non intelligitur dies, 24. horarum.

Aug. Possibilitatem Resurrectionis probat August. ser. 10. Resurrectionis dicens. Si potens est Deus facere quod non fuit, ergo potest reparare, quod fuit. Non dubitet *Greg.* charitas, & si non apprehendit infirmitas, Greg. hom. 26. in Euangel. Longè minus est Deo reparare quod fuit, ideo quamuis, quod de facto sit futura Resurrectio, & de modo quo futura sit, sic art. fidei, quòd nulla ratione possit probari: tamen quòd possibile sit, posse Deum animam separatam corpori reunire, ratione naturali adducta, potest probari. Quia vt inquit Gregor. Homi. 20. in Ezech. c. 28. Minus est valde, aliquid ex aliquo facere, quàm omnia ex nihilo fecisse.

Ratio congruentiæ ad Resurrectionem mortuorum, sumitur ex perfectione operum Dei, ex iustitia quoque

eius. Nam sicut Deus perfectus est, ita & opera eius, ergo perfectissimum animal quale est homo, constans ex anima perpetua, debuit habere corpus, quod maneret cum illa, ideo hac ratione creatus est homo dono immortalitatis. Quia hoc congruum erat iuxta suam naturam. Ex dictis sumitur secunda ratio. Homo per peccatum amisit donum immortalitatis, igitur cum Christus subierit mortem pro ruina hominum, vtrunque simul sequitur, & quòd homo non debeat à morte præseruari, quia nec Christo hoc ptiuilegium fuit concessum; quòd iustus resurgat vt recipiat præmium Resurrectionis corporis, sicut recepit Christus. Aliàs non sufficienter præmiarentur merita Christi, & quod mali per oppositum surgant ad pœnam, iuxta quod Tertullianus libro de Resurrectione carnis, 14. inquit. Hæc erit tota causa, imò necessitas Resurrectionis congruentissima, scilicet, Deo, destinatio Iudicij, Gregor. oratione 3. de Resurrectione. Si non est Resurrectio non est iudicium.

IN DIE RESVRRECTIONIS,

CONCIO VNICA.

CElebrata in Cruce solenni victoria, delens quod aduersus nos erat Chirographum decreti, affigens illud Cruci; ad inferos Christus descendens, expolians principatus, sanctos Patres qui fide venturi salutem fuerant consecuti; non tamen possessionem regni adepti, inde eripiunt, non aliena, sed diuina, ac propria virtute, quæ sub mortalis carnis infirmitate, occultabatur. Quemadmodum accipiter velocissimo incitatissimóq; lapsu, ad terram se deijciens prædam è terra rapit, sic Dominus Iesus ad inferos descendens, de sinu Abrahæ sanctos eripuit Patres; Anima, quæ in Cruce à Christo emissa

Simile.

è corpore discesserat, Verbo diuino semper vnita, ad sepulchrum, vbi templum corporis sui, quod Iudæorum impietas soluerat, erat, vt illud reædificaret, veniés, tertia die à tempore mortis suæ, iterum sibi vniuit, vitam, quę vapor est ad modicum durans in perpetuum illi communicans. Strictissimo præcepto antiqua lex illa præcipiebat, exules, & profugos ante mortem Pon-
Num.30. tificis in vrbes suas non reuerti, & subiungitur pro causa. Nec aliter expiari potest, nisi prius sanguine, qui alterius sanguinem fuderit. Antiqui illi Patriarchæ, qui ante Christi mortem decesserunt, in Ciuitatem suam
Tert. Hierusalem reuerti, & illam quæ sursum est ingredi, nequaquam poterant, ante Christi summi Pontificis mortem quia sine eius sanguine, sanguine hircorum, & vitulorum nemo poterat æternam ingredi requiem. Quia nulli decreuit Deus Pater, ianuam cœli aperire, ante quam Christus resurgeret à mortuis, vt Christus primitię dormientium, esset in omnibus primatum tenens
Col.1. Coloss.1. Si surreximus cum Christo, & à terrenis curis eximus caput, magnum illum Patriarcham Abraham, captiuum Loth liberum reducentem consideremus. Consideremus Iacob tristem pauperem baculo innixum, è conspectu matris discedentem, longa verò peregrinatione peracta, post fidam sedulámque seruitutem, prole fœcundum, substantia diuitem, reuertentem in locum Natiuitatis suæ. Christus ligno Crucis innixus ac pendens tristis vsque ad mortem, per veram mortem è conspectu matris discedens; in limbum Patrum descendit. Vt inde prædam extraheret, ipsósque Patres in-
Genes.35. de eriperet atque in Cœlum subleuaret. Qui antiquitus
Dan.14. Ioseph de carcere, & anteà de cisterna eripuerat; qui
Hieron.37. Danielem de lacu Leonum, & Hieremiam de ergastu-
Macha.3. lo liberauerat, qui similis filio Dei, tres pueros in Babylone ab incendio ignis præseruauerat; qui antiquitus caminum ignis temperauerat. In Natiuitatis exordio Præsepe, post mortem lymbum etiam Patrum non ab-

horruit, Cum Iudæi oppressi in munitione Datheman misissent ad Iudam, vt eos eriperet, dixit Simoni fratri suo. Elige tibi viros, vade liberare fratres tuos in Galilęa; ego, & frater meus Ionatas in Galaaditim. Corpus Christi in sepulchro mansit, vt naturæ veritas probaretur, ne quis falsò phantasticum existimaret cito disparuisse; secundò vt Christi Discipuli illud sepelirent, & tale opus pietatis exercerent, ac postea verè resurrexisse cognoscerent, non corpus, sed linteamina solùm in sepulchro videndo, vt sic testes resurrectionis essent ad populum. Insuper vt pœnam peccati Adę (qui pro suo delicto & crimine, mori & sepeliri meruit) secundùm rigorosam iustitiam solueret. Anima à corpore, non à Diuinitate separata, sed illi semper coniuncta, pro Patrum libertate in lymbum descendit, ô verè Saluator populi Dei, qui vita, & morte, corpore & anima, nostrã quærit salutem. De magno illo duce ac Saluatore populi Dei Aioth dicitur: quod vtraque manu pro dextera vtebatur, Dominus Iesus totus saluti nostræ deditus est, vitam corporis, quæ vapor est ad modicum durans, pro vita animæ nostræ ad tempus in Cruce amisit, cum spiritum emisit. Anima quę immortalitatem possidet & finem nescit, nè in triduo à ministerio salutis nostrę cessaret, in limbum, vt Patres inde educeret, descendit.

Considerare vnusquisque poterit quantũ sit gaudium eius, qui ab exilio reuocatur, & Saluatorem quem summo desiderio desiderabat, contẽplatur, quæ mens comprehendere poterit, qua animi lætitia, ac cordis iocunditate, sancti illi Patriarchæ, qui non cantabant Canticum Domini in terra aliena, dulce tunc canerent Canticum dicentes. [Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus: reserauit claustri seras portásque confregit, *el aguila caudal rompio la red y sus fuertes mallas, y ansi nos salimos de glope sin aner quien nos resistiesse*, Balbutiens non expedita nobis lingua est, ad tanti principis magnificen-

tiam laudandam, & infinitæ suæ bonitatis charitatem commendandam. Tardus inest nobis intellectus ad contemplandum, quale ac quantum fuerit gaudium sanctorum Patrum cum Christum glorioſum viderunt, ſi videns illum in carne mortali Symeon gaudio perfusus, mortem quæ est maximum omnium terribilium exoptans, dicebat. Nunc dimittis seruum tuum Do-
Psal.1. mine. Quid putas sanctos Patres facturos, & dicturos; Tunc quidem satiatus fuit Dauid, sicut ipse prædixerat.
Hieron. [Satiabor cum apparuerit gloria tua,] Vbi inquit Hie-
Isa.40. ronymus. Filius tuus, qui est salus & vita, & omnium sanctorum gloria. Eccè quomodo Christus dicitur,
Isa. 6. Isai. 40. Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est. Isai. 6. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Ergo nomine gloriæ
Rom.3. Christus intelligitur, Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Congruit lectio Hebræa quam sequitur Caietanus super hunc locum, quæ sic habet,] Satiabor in experiendo imaginem tuam,] Christus, Colos.
Colos.1. 1. dicitur. Imago inuisibilis Dei Patris. Tunc est idem sensus. Glorioſus tunc ero. *Quando sin te laragnas en mis ojos viere y desemboluiere tu imagen.* Iuuat ratio, nam gloria formaliter est visio; quæ non apparet, nec reuelatur nobis; sed est id quo formaliter sumus Beati, de qua gloria non loquitur Dauid, sed de obiecto vnde oritur gloria, & satietas appetitus: Christus est gloria Patris; igitur tunc fuit Beatus & satiatus, cum Christum gloriam Patris ad inferos descendentem vidit. Nam tunc non solùm animam, sed diuinitatem suæ personæ vidit. O fœlix dies quando celsitudo de profundis, lux de tenebris, vita de mortuis, & vt obscurè dicam nihil, Christus Dominus, qui mortem vsque ad infernum fuerat persecutus (nota hoc) dimes spolijs comitatu multo redijt ad terram, & hominem vsque ad Paradisum reuocauit, *Como se rendirian y echarian a sus*

pies dandole gracias y conoscendole vasalleje. Cum Thobias iunior vxorem accepit Sarram filiam Raguelis, & Raguel importunè ad eum diceret. Manè hîc, Cum à patre & matre longè esset semotus, & elongatus adhuc non quiescens properando redire dicebat: Ego noui quia Pater meus, & mater mea modo dies computant & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Anima Christi ad inferos descendente ad corpus suum redire properabat, vt mortale corpus immortalitate vestiret, dotibus gloriæ ornaret atque gloriæ suauitatem impartiret. Fortissimus ille Samson postquam Leonem occidit fauum mellis in ore eius inuenit, quem degustauit, qui deinde matri & patri gustandum dedit. Mortuo Christo statim Anima eius omnem à se abstulit tristitiam quæ voluntariè pro materia meriti, & satisfactione nostrorum delictorum fuerat assumpta, tunc quidem sine omni passione tristitiæ gloriæ suauitate fruebatur, Hanc gloriæ suauitatem sanctis Patribus primò gustandam dedit, deinde vt fieri potuit corpori suo communicauit. Cum desiderio redeundi ad matrem teneretur sicut Thobias, & iam suauitatẽ & gaudium suę Resurrectionis matri vellet impertiri, Primò dilectissimæ suæ matri, vt credendum est apparuit. Quę mens concipere, quæ lingua narrare sufficit quale, ac quantum sacratissimæ Virginis in aspectu filij resurgentis fuerit gaudium? Iacob audiens Ioseph viuere, ac regnare, quasi de graui somno euigilans non credebat eis, sed cum vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat reuixit spiritus eius. Regina Sabba videns magnificentiam domus Salomonis non mansit in ea spiritus præ stupore. Reassumpto spiritu dixit. Vicisti famam operibus tuis, sic credendum est, quòd Beatissima virgo diceret ad filium. Impleuisti & perfecisti, quæ de te dixerunt Prophetæ, eorúmque oracula maiestate gloriæ tuæ superasti. Tunc quoque diceret eccè odor filij mei sicut odor agri pleni, *Agora esta renouad puesto*

en su punto y perfecion. Seruiant tibi populi, adorent te tribus terræ, *O si el mundo supiesse conoscer tan grande beneficio.* Quia omnis, qui facit voluntatem Patris Christi Mater, Frater & soror est, Qui in Beatissima Trinitate, media persona est inter Patrem, & Spiritum-sanctum, qui inter homines natus, medius stetit inter duo animalia, atque in Cruce pendens, mediator Dei & hominum, inter duos fuerat latrones constitutus (ommitto particulares reuelationes mulieribus & Petro factas) agminibus Angelorum constipatus, exercitu sanctorum Patrum comitatus, medius inter discipulos, discipulis apparuit, vt quibus fuerat mœroris occasio, esset vera causa gaudij, & lætitiæ. In Natiuitate, Angelis fuit causa gaudij, Nam canebant dicentes, [Gloria in excelsis Deo,] Hominibus fuit causa gaudij: nam pastores ex gaudio visionis Domini, Dominum glorificabant. Magi gauisi sunt gaudio magno valde. Irrationabilibus animalibus suo modo fuit causa gaudij. Nam cognouit bos possessorem suum, asinus Præsepe Domini sui: quem locum, August. contra Iudæos, & paganos, Prosper de promissionibus Dei, p. 3. Chrysost. serm. Natiuitatis de Asino & Boue, qui fuerunt cum Domino in Præsepio intelligunt. Insensibiles creaturę condelectatę sunt, Nam Romæ fons quidam apparuit fluens oleum, ita S. Thom. 3. quæ. 36. art. 3. ad 3. & in Hispania tres soles apparuerunt in vnúmque paulatim coierunt, Hodierna die gaudium fuit Angelis, nam in vestibus albis, glorioſi apparuerunt. Gaudium fuit hominibus, nam gauisi sunt discipuli viso Domino. Irrationabiles creaturę gauisę sunt dicente Amb. Sicut tunc, (intellige in morte,) obscuratus est sol ad obsequium sepulturæ, necesse est modò corruscet in Resurrectionis obsequium: non sibi soli Iosue terram, quam expugnauit, reseruauit, sed in funiculo distributionis filijs Israël distribuit, Dauid cum tulisset prædam à latrunculis, remanentes ad sarcinas portione sua non

Ambros. serm. 52.

defraudauit, sed æqua pars fuit descendentibus ad prælium, & remanentibus ad sarcinas. Dominus Iesus orãtibus portionem gaudij impartitur, *de otra manera le hazen los ruynes capitanes.* Omnes creaturæ hodierna die dant gloriam Deo, Hodie antiqui Patriarchæ, Apostoli in vnum congregati dicunt, [Dignus est agnus qui occisus est, accipere diuinitatem, gloriam & honorem.] Idest post mortem, & redemptionis consumationem. Nihil aliud deest, nisi quod vt dignũ est Christus habeatur vt Deus, adoretur vt Dominus. Alternatiua voce, hominum & Angelorum chori, hodierna die decantant dicentes, Alleluya. Quoniã regnauit Dominus Deus noster omnipotens, Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ Agni. Victo Goliath canebant virgines. Saul precussit mille, Dauid decem millia, Percussit Philisteũ, abstulit opprobrium ex Israel, Percussit Christus dæmonẽ, deleuit chirographum decreti, quod aduersus nos erat, affigẽs illud Cruci, & victa morte surrexit à mortuis. Flebam quoniam nemo dignus est aperire librum, & vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Gaudeamus cuncti dilectissimi, fleat nullus, quoniam leo; idest Christus, descendens de tribu Iuda secundùm carnem, vicit dæmonem, destruxit mortem, aperuit Cœli Ianuam, reserauit inferni claustra. Apocal. 6. Veni & vide, & vidi, & Ecce Equus albus; & qui sedebat super illum habebat arcum, & data ei corona, & exiuit vincẽs, vt vinceret. Qui sedebat super equum rufum, idest humanitatem mortalem sanguine perfusam, surgens ad vitam immortalem, & claritatem gloriæ: Iam sedet super equum album, de sepulchro [Exiuit vincens vt vinceret,] Idest semper procedebat vincendo. Vicerat diabolum, destruxerat mortem, liberauerat captiuos. Restabat vt vinceret perfidiam Iudæorum, & irritas faceret cogitationes eorum, qui sepulchrum custodiebant. Certè de sepulchro exiuit vincens, O fratres

Apocal. 5. & 6.

Apocal. 5. & 6.

præmium gloriæ nobis proponitur, vt fortiter pugnemus. Laboranti, vt merces pro opere, militi corona pro certamine proponitur. Quia non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Sed qui legitimè certauerit sciat, quod est merces operi suo, quia dignus est mercenarius mercede sua, & Deus iustus est reddens vnicuique se-
Apoca. 3. cundùm opera sua. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & vnde venerunt? Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt in sanguine agni, ac si dixisset, antequam venirent ad statum gloriæ, & charitatis, duo præcesserũt nempè quod agnus occisus fuit, ante cuius mortem nõ potuerunt suscipere gloriam, quia prius debuit Christus pati, & intrare in gloriam suam vt dictum est. Secundò quod ipsi imitati sunt agnum, Qui persecutionẽ, & tribulationem fuit passus: Duóque docemur, nempè quod ante præmium debemus laborare, & tribulationes sustinere, & quòd sustinendo labores, & tribulationem, habebimus præmium. Hoc fratres maximè cor mouet alicuius ad labores sustinendos atque animam confirmat.
Iob. In sterquilinio sanctissimus ille vir, patientię Patriarcha sedebat, & cum in summo esset miseriæ, sola Resurrectionis spe consolabatur dicens. Scio quod in nouissimo die de terra surrecturus sum, reposita est hæc spes mea in sinu meo, *Como nomina el cuello y como pictima traygo esto pueſto ſobre mi coraçon*. Nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, finem illorum sine honore. Exterius pericula, exterius fames, exterius tribulatio: in sinu, Resurrectionis spes, quæ animum confirmat. In anima, consolatio, quæ spiritum confortat: In eo autem qui consolatione nos confortat omnia possu-
2. Tob. mus, Sicut beato Iob insultabant reges, ita Tobiæ parẽtes, & cognati irridebant vitam eius dicẽtes, Vbi est spes tua pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos dicens. Nolite ita loqui, quoniam filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quã

Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutat ab eo, comitata fides cum operibus ex charitate procedentibus ius præbet ad gloriam, spem ad præmiũ, quẽadmodum qui habens ius ad magnam possessionẽ prępropera accipere possessionem, ita quoque nos dilectissimi ad accipiendam possessionem festinemus. Si surrexistis cum Christo quę sursum sunt quærite, *Eo audad siempre adelante*, In publicis processionibus semper sunt, qui homines dirigunt, regunt, atque excitant vt procedant ad statutum locum, sic Paulus, Quæ sursum sunt quærite. Resurrectio Domini sit vobis stimulus ad rectè viuendum, & ad properandum accedere ad æternam illam vitam, Væ eis, qui diem Resurrectionis expectant vt sequantur desideria carnis, & iterum reuertantur ad vitia: diem, quę deberet esse stimulus ad virtutem, atque materia laudis constituunt finem rectè viuendi, expectantes diem Resurrectionis, vt liberè reuertantur ad vitia. Iam existimant, quadragesima transacta non amplius teneri ad ieiunium, & carnis macerationem, petulantiamque carnis frenandam, ideo intersunt choreis, ludis, & magna faciunt conuiuia, ad luxuriam. Quibus Apostolicam insonabimus doctrinam, Rom. 6. Rom. 6. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, *Que dende agora hemos de començar a hazer nueua vida.* Vt postea consequamur gloriam quam mihi & vobis, &c.

IN FESTO ASCENSIONIS,

Præludium.

EX Arist. scimus, quòd locus debet proportionari locato, ideo surgens Christus ex mortuis incorruptibilis, Cœlos incorruptibiles ascẽdere, & inhabitare debuit: nam Christum Cœlos ascendere, nihil aliud fuit

nisi possessionem supremæ sedis accipere. Ratio autem quare statim post Resurrectionem non ascenderit, Act. 1. habetur apertè, [Post Passionem suam præbuit seipsum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, loquens de Regno Dei, ac si diceret. Multis argumentis, & apparitionibus illos in fide Resurrectionis confirmauit, qua ratione statim post Resurrectionem noluit Cælum ascendere. Quamuis Marci vltimo dicatur, quòd assumptus est in Cœlum, & actuum primo. Videntibus illis eleuatus est, Lucæ 24. ferebatur in Cœlum, non est intelligendum, quòd alicuius creaturæ ministerio ascenderit in Cœlum, quia nec anima nostra, cum dicitur portari ab Angelis, sicut corpus graue, aut sicut deportatus fuit Abachuc, deportatur, sed ita dicitur, quia Angeli comitantur animas. Sic ergo dicitur eleuatus, quia æternus Pater à quo est omnis virtus Filij, & Spiritus sancti non erat illi homini vnitus; ideo cum ab ipso Verbo ferebatur, quasi ab alio nempe à Patre ferebatur, Secundò quia ab actiua ad passiuam bene valet argumentum, se ferebat, ergo ferebatur. Ad denotandum quòd propria virtute ferebatur in Cœlum, dixit Ioann. 20. ad Magdalenam. Vade ad fratres meos dic eis, ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Videndus est Sanctus Thom. tertia parte quæst. 57. art. 3.

De loco & termino ad quem ascendit S. Th. vbi supra art. 4. ad 2. docet ascendisse super conuexũ cæli, ita vt pedes Iesu sint supra superiorem partem cęli, & corpus extra vniuersum vbi nihil est. Pro hac sententia facit illud Ephes. 4. Ascendit super omnes cælos Hebr. 7. excelsior cælis factus. Fauet Epiphanius serm. de Ascensione dicens. Hodie corpus è terra concretum supra cæli conuexa transtulit, Chrisost. ser. Ascensionis. Qui nec terrestria merebamur, cœleste Regnũ meruimus possidere, & Cœlorũ trãsiuimus fines. Iuxta quod canit Ecclesia, qui ascendens super omnes cœlos. Op-

positum, Alex. 3. p. q. 24. Memb. 6. dicens esse intra Cœlum Empyreum, ita vt supremum capitis Iesu tangat concauum Cæli, sicut caput meum tangit operimentũ capitis mei. Hãc sequitur Durand. in 3. d. 72. q. 8. art. vlt. probat ratione. Nam Christus Dominus, & se videt & à Beatis videtur: visio autem fit per Diaphnum; igitur si esset supra Cœlum Empireum, nec se videret, nec ab aliquo Beato videretur, quia extra Cælum Empyreum non est corpus Diaphanum, quod sit medium visionis.

IN DIE ASCENSIONIS, CONCIO I.

SOLVTO in Cruce pretio, ac reædificato in triduo Templo corporis sui, quod Iudæorũ impietas soluerat. Noluit statim Christus ad Patrem ascendere, & glorificati corporis sui præsentiam inferre cœlestibus, sed infirmitati discipulorum consulens, per quadraginta dierum spatium à discipulis suis frequenter visus, & (omni procul dubitatione expulsa) certissimè cognitus in terra est commoratus: Mors enim Christi multorum corda turbauerat, & non pauci, quibus fuerat lapis offensionis, & petra scandali, ipsa morte qua à Iudæis fuit comprehensus, in illo fuerant scandalum passi, & de supplicio Crucis, de emissione Spiritus sancti, de exanimati corporis sepultura grauatis mœrore mentibus quidam diffidentiæ torpor obrepserat. Ideo vt quibus fuerat in ruinam, esset in Resurrectionem, iuxta grãdęui senis vaticinium, Post passionem suam, præbuit seipsum viuum in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, *Remediaua faltas.* Discipulis, fide Resurrectionis confirmatis, visibiliter corporalitérque ipsis discipulis, & Matre Iesu videntibus, & maiestate, & claritate magna, agminibus & *Ex Leon e.*

exercitibus Angelorum, hincinde ex omni latere cõstipatus, Spiritum sanctum missurus, Cœlum ascendit. Rationi reuera cõsentaneum, & sapientiæ Dei, quæ attingit à fine vsque ad finem, conueniens erat; vt qui illum, cum in horto existerent humiliatum, à Iudæis cõprehensum, Prætorio Pilati subiectum, innumeris opprobrijs affectum, admodicúmque ab ipsis derelictum, viderant: sic omnibus dominantem, peccatum, mortẽ principes, & potestates tenebrarum harum, triumphãtem, splendidissimo sole clarius splendentem, ab Angelis comitatum Cœlum ascendentem viderent. Licẽtia à Pharaone petita, & obtenta, magnus ille Patriarcha Ioseph, quadraginta diebus à morte patris sui iam transactis, corpus Patris sui sepulchro daturus, terram promissionis ascendit, in Ægyptum iterum reuersurus promittens, senéxque grandęuis, antequam moreretur Ioseph cęterisque fratribus per ordinem benedixit; In duobus igitur Patriarchis, vmbram ascendentis, vt Spiritum mitteret, promittentísque iterum redite ad iudicium inuenimus. Ascensionem & benedictionem narrat Lucas dicens. [Eleuatis manibus benedixit eis & factum est dum benediceret illis recessit ab eis & ferebatur in cœlum,] Promissionem secundi Aduentus Angeli promulgauerunt dicentes.] Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in Cælum.

Ambros. Ambrosius sermone Paschæ inquit. Tartarus quos habebat reddit ad superos. Terra quos sepelit mittit ad Cœlum. Cœlum quos suscipit repręsentat ad Dominum. Idest corpora sanctorũ (expolians principatus) Terrestri Hierusalem intulit Christus, atque illos sanctos Patres ad Cœlum subuexit, & cum spiritu suo quẽ in discipulos innumera alia bona, ac dona contulit. Hoc in magno illo Patriarcha Abraham in figura præcessit, cum Loth populúmque Regis Sodomorũ, è manibus inimicorum eripuit, Qui postea, terrestria cœlestibus intulit, Quando è præda decimas Melchisedech

Sacerdoti altissimi fuit benedictus. Non dissimili modo Christus Dominus primò Sanctos Patres è carcere eripuit, secundò Deo Patri offert, denique discipulis benedixit, Dum Spiritum sanctum cæteráque dona dedit; Nam benedicere Dei est benefacere, & dona affluenter elargiri: quæ ergo in aliis inueniuntur dispersa, in vno homine Deo Christo inueniuntur vnita. Quod figuræ, quæ figurato semper est minor, minime obstat. O diuinum, ac salutare commercium terrenum, & humanum corpus, discipulis videntibus, inferre cœlestibus & terrestribus hominibus in hoc sæculo manentibus Spiritum sanctum innumeráque dona conferre. Quis non petit pennas sicut columbæ? quis non appetit dissolui & esse cum Christo, qui tam gloriosè, & magnificè nobiscum agit?

Consideremus dilectissimi quali, ac quãto afficimur dolore cum ab amico dilectissimo discedimus, Tristis nimis Agar de domo Abrahæ discessit: Sicut animam suam Ionathas Dauid diligebat, & anima Ionathæ animæ Dauid erat conglutinata: ideo in discessu osculãtes se alterutrum fleuerunt pariter: Dauid autem amplius. Ephesij cum Paulus ab eis discessisset dolentes maximè procumbentes super collum Pauli eum osculabantur. Quantus dolor Apostolica pectora irruperit, cum Dominum à se tolli & in aerea attolli, non scalis adiutum aut finibus eleuatum viderunt, lingua, quæ mentis tardus, ac balbus interpres est, promere nõ valet. Quãtum quoque gaudium illis fuerit considerãdo eius maiestatem, ac claritatem piarum mentium considerationi relinquentes, sub silẽtio transeamus, nè nostro rudi præoccupati sermone, à deuota meditatione distrahãtur. Tobię lunioris parentes iusti, ac Deum timentes omni veneratione digni, filium suum veniẽtem osculati sunt, & præ gaudio ambo fleuere. Sic Apostoli flebãt de discessu, gaudebãt de ascensu, nõ timebant de lapsu, scientes ad æternum cum Patre ascendere confessum.

Gen. 1. *Reg.* 10. 1. *Reg.* 12. *Act.* 20. *Ex Bern.*

Mixtum igitur erat illis, dolori gaudium.

Cum Christus visibiliter corporalitérque eleuaretur in Cęlum oculos suos in discipulos defigebat; Discipuli non dissimiliter in cælum aspicientes oculos suos in magistrum leuabant. Terra corpus eorum possidebat, ac pedes subsistentabat; aspectus in claritate maiestatis ascendentis detentus erat; quos separabat locus, perfectissimi amoris vinculum coniungebat. Grauitas corporis ascensum & iter impediebat, affectus, & aspectus sequax erat. Hîc corpus adhuc erat, illic mens iam aderat. Terra corpus, aer animum suspensum sub admiratione tenebat. Nil mirum quãdo angeli hominibus natura meliores, intellectu perspicaciores videntes in humilitate maiestatem, in mortalitate immortalitatem, in carne claritatem, in tardo corpore agilitatem, in crasso subtilitatem: in passibili impassibilitatem admirabantur: Pater futuri sæculi, Filios futuri sęculi in hoc sæculo adhuc remanentes, oculis misericordiæ suæ benignissimè prospiciebat ab alto, & tanquã Aquila in pullos, sic oculos suos in illos defigebat. Discipuli tanquam pulli non adulterini oculos in Christum solem iustitię leuabant, quod in spiritu Iob considerans dicebat. Nũquid ad prȩceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponit nidum suum, in petris manet, & in prȩruptis silicibus commoratur, atque in accessis rupibus inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciũt. Ideſt Aquila non humano, sed diuino impetio ac volũtate instinctu quodam naturali ad filiorum suorum custodiam, nè ab hominibus rapiantur, aut bestijs conculcentur, seu deuorentur, sapienter suum modum viuendi disponẽs in altissimis rupibus & petris ponit nidum & filiorum suorum nunquam oblita, necessariam filijs suis escam semper inde contemplatur, & velocissimo rapidissimoque cursu in terram se deijcit atque prędam rapiens ad filios affert: Non secus Christus Dominus ex voluntate & præcepto Dei Patris, locum & nidum

Iob 39.

filijs

filijs suis (vado parare vobis locum) paraturus cælos ascendit, inde filios prospiciebat, inde eorum curam habebat, medióque ministrorum suorum spirituum consolabatur. dicebant enim ; Hic Iesus qui assumptus est à vobis, *ya la serpiente, que repruena y estuuo en cyruolada e nel madero de la cruz hecha aguila caudal- sube al Cieclo*, sequitur [sic veniet hoc est, *jamas os olvidara*, in throno Ioseph erat, in Beniamin oculis defixis, semper prospiciebat, cum Hester corruisset, vt illam subleuaret Assuerus è throno Maiestatis suæ descendit, quia oculos in illam defixos habebat. Tales debent esse Reges, & principes, Patres familias, ac præfecti, Episcopi & prælati, Cum in throno sint, & in altis habitent sicut Aquilæ, in pauperes & humiles prospicere debent, vt suscitent à terra inopem, & de stercore erigant pauperem, & cum viderint iniuriam eis irrogari protegant, ac defendant. Non facientes redarguit Dominus per Ezechielem dicens, [non apposuistis murum pro domo Israël.] Pro discipulis defendendis Christus Dominus tanquam murum se opponebat. Marthã accusantẽ Mariam Dominus docebat, ac increpabat : Mariam verò liberabat, ac defendebat. Abraham, Lot de manibus inimicorum eripuit, Moyses pro populo Pharaoni se opponebat. Quid amplius dicam Domino dicenti. [Dimite me vt irascatur furor meus contra eos] dicebat. Aut dele me de libro vitæ, aut dimitte noxam populo huic *perdonaldos o quitadme el oficio*, Ad maximam dignitatem Hester perueniens populi sui non obliuiscebatur. Consultius facerent, qui ea quæ gregis sunt non curãt, si curæ animorũ renuntiassent. Vę superbo qui in præruptis silicibus commoratur, & in altissimis locis, & dignitatibus ponit nidum suum, *su pretension y pensamiento* inde contemplatur escam *procura el corregimiento y vara para ver a quien robora*. Absalon in altissima Regia dignitate nidum suum ponens, vi, armis

Gen. Hester.

Ezech. 13.

Patris suj regnum vsurpare & rapere moliebatur, impia Iezabel, vineam Booz contemplata, tamquam escá vi rapuit. Aquila grandis tulit medullam. Cedri (inquit Ezechiel) ideſt Nabuchodonoſor tanquam Aquila rapax Ioachim captiuum duxit, & omnem medullã abſtulit, Dauid quoque contemplatus vxorem Vriæ vi abſtulit. 2. Reg. 11. è contra iuſti, neq; terrena aſpiciũt, nec caduca contemplantur: Quia ſicut ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ſic oculi eorum in dominũ ſemper aſpiciunt. Dilecti populi Dux ac legiſlator Moyſes Dei curam, ac continuam erga populum prouidentiam commendans inquit. Sicut Aquila prouocans ad volãdum pullos ſuos, & ſuper illos volitans; ideſt, quemadmodum Aquila pullos ſuos è nido deducere volens paulatim volat paululum è nido diſcedens, ſtatim ad nidum rediẽs: motu reciproco frequenter volitãs, *no haziendo ſino yr y venir reuelando*, vt filios ſuos ad volandum prouocet. Sic Dominus Ieſus quaſi Aquila paulatim volitans, paulatim aſcendebat, atque ad illum ſequendum ſi non corpore, ſaltem affectu filios ſuos prouocauit, & ad digne recipiẽdum Spiritum ſanctum quem in illos erat miſſurus diſponebat. Cuius cor grandis ſpectaculi viſione non inflammatur, ac cõmemoratione accenditur? Mutuo ſe commonebãt paſtores vt tranſirent in Bethlehem, mutuo nos exhortemur amare, ac concupiſcere cum Chriſto in gloria cõſedere. Viri Galilæi quid aſpicitis in Cœlum? hîc Ieſus.

Paul. 31.

Cum diſcipuli, in Chriſtum Cœlum aſcẽdentem, eſſent intenti duo aſtiterunt viri veſtibus albis, & iocunditatis induti. Qui & dixerunt. Viri Galilæi quid aſpicitis in Cœlum? hîc Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis, hîc qui humiliatus, iam exaltatus, hîc leproſus, iam glorioſus, hîc qui erat inter vos, à vobis aſſumptus, iam eſt inter nos, aſcendens ſupra nos, qui eiuſdem naturæ vobiſcum iam glorioſus eſt nobiſcum, Sicut ſerpens reptans pro hominum peccatis ligno Crucis affixus, pen-

dens fuit, iam iuuētus eius sicut Aquila renouata, in altum ab huius mundi miserijs liber, volat. Absorbta est mors in victoria, & mortalitas in immortalitatem est commutata. 1. Cor. 15.

Videte præmium laboris, coronam militiæ, terminum viæ, hîc Iesus qui ossa corrosa non compacta, neruis compinget, & de puluere suscitabit. Sic se fratres Dominus Iesus glorioſum ostēdit vt videntes quid sumus, quid futuri sumus agnoscamus. Mortales sumus atq; terrestres, immortales erimus atque cœlestes. Callidissimus serpens spe melioris boni parentes nostros ad peccādum induxit, Christus, gloria Resurrectionis, maiestate Ascensionis, erigit discipulos in spem perueniendi ad similem gloriam, *esta nos haziendo cocos con el doblon de dos caras*, dum gloriam animæ & corporis ostendit. Nimis solicita quærebat antiquitus sponsa ab sponso. [vbi cubas in meridie.] Qui in meridie recubuit in Cruce coangustum habens stratum, & reclinatorium non aureum, media tamen charitate constratum, propter illam humilitatem, nunc in meridie supra cœlos exaltatur. Ad similem gloriam, incorruptionem, & exaltationē peruenire fratres poterimus, Si Christum humilem fuerimus imitati. Itaque, fratres, stabiles estote abundanter in omni opere Domini, sciētes quòd labor vester non est inanis in Domino. Dauid Philisteum non timebat, Minæ eius eum non deterrebant, Solicitus de mercede alios interrogabat. Quid esset Rex daturus, Philisteum illum percutienti. Non esse mercedem operi suo eius animū deprimebat, ac cōtristabat. Remouens hoc Paulus ad laborem, & pugnā nos prouocans inquit: Labor vester non est inanis in Domino, *a buen segnor seruis que sabra bien pagaros.* *Præmium.* 1. Cor. 15.

Ita veniet, ideſt, ex nunc iam semper sic stabit, & nunquam hæc corporis claritas ab eo recedet, sicut recessit quam habuit in Monte Tabor: illa enim fuit ad tempus, hæc verò in perpetuum erit. Non marcescet

quia immarcescibilis est; & omnis causa, & finis sustinendi labores, iam cum morte cessauit, ideo hęc gloria in perpetuas æternitates, in perpetuum manebit. Noua quoque nunc demonstratur nobis causa despiciendi terrena, & amandi cęlestia, quæ in perpetuum durant.

Paul. Hac ratione vsus est Christus Matth. 6. (Thesaurizate vobis Thesauros in Cęlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur.) Id est, quod perpetuum est magis amate, Leuit. 25. Anno Iubilei ad possessionem suã vnumquemque redire iubebat lex illa. Post Annum Iubilei cum hæreditas vendebatur, iuxta numerum annorum Iubilei, augebatur precium. Si enim paucis annis ante Iubileũ vẽdebatur, minoris erat pretij, Quia paruo tẽpore fructus erat excepturus. Hæc vita atque cœlestis hæreditas in perpetuum est duratura, inquiramus ergo illã. Sic antiquitus hortabatur Paulus, Non habemus hîc Ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.

[Ita veniet,] Epiphanius sermone Ascensionis inquit, ita veniet, idest corpore nostro vestitus clauorum vestigijs pulchrè insignitus. Quo nimirum Iudæi videant in quem olim pupugerunt. Augustus. Homil. 7. Ascensionis inquit, sic veniet in ipso corpore, in ipsa nube, in ipsa veritate, ex ingeniolo nostro Adamus, quòd visibiliter eãdem via veniet. Rem nouam dixi, Theologico illam comprobabo discursu: determinato loco diffinitiuè, vt dicunt, Discipulis videntibus Christus Dominus ascendit in Cœlum. De modo quo ascendit postquam èconspectu Discipulorum disparuit, Abulensis, Paradoxa. 5. cap. 14. duos modos dicendi refert. Primus docet quòd paulatim ascendit sicut antea: Hoc enim sonat verbum illud, [Videntibus illis.] Secundus modus docet, quòd statim, postquam ab oculis Discipulorum disparuit, instantaneè supremam sedem est assecutus. Primus modus videtur probabilior. Quia iste modus ascendendi non est similis modo quo fit præsens in Eucharistia; igitur quem modum habuit

Aug.

Doctrina noua.

Abul.

principio retinuit in fine. Ex probabilibus probabiliter infero, Quòd in ea parte Cœli est, quæ loco per quem ascendit correspondet, quia paulatim ascendendo habuit terminum motus. Igitur cum ille motus fuerit rectus, credendum est quòd in Cœlo est in illa parte, quæ correspondet loco vnde è terra ascendit. Igitur si quantum ad intrinseca, redibit corpore, & clauorum vestigijs insignitus, vt dixit Epiphanius: Credendum est quòd redibit eadem via. Significauit Angelus in vestibus albis cum dixit, (ita veniet,) Qui sensus non est alienus à sacris literis. Nam 1. Corin. 13. inquit Paulus, (cognocam sicut & cognitus sum,) Id est cognoscam clarè in essentia, & per eãdem essentiam in qua, & per quam cognitus sum, Ad hũc modum. Ita veniet, id est per eandem viam, & per idem spatium. Suadetur veritas, nã Lucę 24. dicitur, quòd eduxit discipulos in Bethaniam in montem Oliueti, vbi benedicens illis ferebatur in Cœlum, Sed vallis Iosaphat, qui est futurus locus iudicij, vt colligitur & haberi videtur, Ioel. 3. est in inferiori parte montis Oliueti, igitur credendum est, quòd sicut redibit ad eundem locum, sic redibit eadem via.

Ad intellectum diximus, ad voluntatem sermonem conuertamus dicentes. Quòd glorioſus in maiestate ascendit, glorioſus quoque atque terribilis ad iudicandum ita veniet: Glorioſus veniet bonis, iniustis, & peccatoribus terribilis, inquit Augustus. Moyses in populum infidelem, & idololatram descendit terribilis; sed cap. 34. in eos qui de commisso peccato pœnitentiam egerũt, & qui in adoratione vituli non fuerunt, glorioſus descendit. Nam cornuta erat facies eius ex consortio Domini, Id est duo Radij luminis, & splendoris in figura pyramidali ad modũ cornuum ex facie eius procedebãt. Quem locum de claritate vultus Moysi intelligit Paul. 2. Corinth. 3. Quæ in diuerso tempore in Moyse apparuerunt, pro eodem tempore in Chri-

Augu. ser Pentecost. *Exod. 34.* *Exod. 32.*

sto inueniuntur. Quia quæ in creaturis sunt dispersa in Deo sunt vnita. Iratus nimis contra Iacob veniebat
2. Cor. 3. Esau, sed quia Iacob iustus erat, vidit illum tanquam Angelum Dei: Constat autem Angelos Dei esse glorioſos, ergo Christus quamuis venit ad iudicium contra peccatores iratus, iustis glorioſus apparebit, & per oppositum, quamuis iustis glorioſus veniat, iniustis terribilis apparebit. Vt iusti iudicis, iustam ac terribilem sententiam fugiamus, Consideremus, quonam pacto caput nostrum ascenderit. Humiliauit semetipsum fa-
Philip. 2. ctus obediens (inquit Paulus) vsq; ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod exaltauit illum; & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. Hæc est via per
Paul. quam Christus spiritualiter ascendit. Docet Paul. Quis est qui ascendit nisi qui descendit, idest priusquam ascendit, descendit; & ratio quare ascendit est, quia descendit. ideo in sensu conuenit cum loco allegato. Propter quod exaltauit illum, & donauit illi nomen. Amplius, cum certum sit plures iustos Cœlos ascẽdisse, sensus est. Nullus ascendit cum Christo, nisi qui per humilitatem descenderit cum illo. Talis enim humilitate, Christo similis, charitate Christo vnitus, cum Christo ascendente ascendit. Discipuli Christi, Christum in Cœlum ascendentem non viderunt, nisi postquam illorum incredulitate exprobata, humiliati sunt. Certo scimus, nullo modo dubitamus, Euãgelica tradit historia, Magos Dominum inuenisse, sed nõdum inuenerũt vsque dum in humile diuersorium, vbi Dominus descenderat descenderunt. Ascendentibus per hanc viam, non terribilis sed glorioſus apparebit volentibus aliam ascendere via terribilis Dominus videbitur. [Ita ve-
Marc. vlt. niet,]idest cum ad iudicium venerit. Ita terribilis, & eadem via, vt diximus veniet, Euangelista dixit Dominus quidem Iesus assumptus est in Cœlum, *subio como Segnor*, Nunc Lucas ita veniet, eadem via veniet. Ezechiel. 46. Cúmque ingressurus est princeps, per vesti-

bulum portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat. Cæteri non eadem via, non eadem porta, per quam ingrediebantur egredi poterant, sed maiestatis principis erat, per vnam & eandem portam ingredi, & egredi. Cæteris portæ multæ sicut & in Cœlo mansiones multæ. Si voluerimus constitui principes, & per eandem ingredi & egredi portam, sequamur Christum ingrediamur per illum qui est ostium, Tunc erimus sicut principes, dicente Saluatore, Ioan. 10. Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, ideſt verè erit sicut Dominus, & sicut princeps, qui cum maiestate & gloria ingredietur æterna Tabernacula, Sin minus hic Dominus Iesus qui assumptus est à nobis. [Ita veniet.] Contra eos qui noluerunt per portam humilitatis cum Christo intrare, [ita veniet,] Terribilis, vt si non voluntariè, saltem coactè humilientur, *el humillarse es lanee forcoso*, de dæmonibus inquit Iacobus. Credunt & contremiscunt. Si non voluntariè, saltem coactè, Sic Dominus in fine iudicij terribilis apparebit vt saltem coactè humilientur & trepidant coram Iudice. Medium tenent qui labore & infirmitate humiliantur, Nam saltem si se ipsos nō humiliant à Deo humiliati humiliter Deo se subiiciunt. De quorum numero videtur Achab de quo Dominus: Nonne vidisti Achab humiliatū? Gemebūdus ac dolēs nimis (eo quod per hanc viam quam Christus ascendit non ascendimus) inquit Bernar. Nil facilius descendere, nil difficilius nobis superbis. Quod ita est. Quia quotidie continuè sunt nobis ascensiones in corde, *siempre andamos dando traca como subir*, Hos, secundo aduentu, de quo est nobis sermo, comminatur Sapiens dicens. Qui ascēdit in Cœlum atque descendit. Locus iste licet cōuenire videatur cum loco Pauli, longè tamen diuersus est, si sacros consulimus doctores, nam sensus est. Solus Iesus nullus alius tanquam Dominus virtutum, & Rex gloriæ Cœlos ascendit, Qui terribilis in maiestate ite-

Ioan. 10.

Bernar.

P. ad

rum descendet, Clarè Dauid: (Ascendit Deus in iubilatione,) ideſt glorioſus, ac iocundus qualè diſcipuli viderunt, & iuſtis ſe præbebit, & ſubiungit de ſecũdo aduentu. (Et Dominus in voce tubæ,) ideſt in ſecũdo aduentu, veniet vt iudex in voce Tubæ. Ita explicat Titelmanus: Quemadmodũ enim veniendo in carne paſſibili, Ioannes in carne paſſibili officium præcurſoris exercuit, & cum aſcendit glorioſus, Angeli veſtibus, ac hymnis gloriæ & iocunditatis, collaudantes filiũ Dei apparuerunt; ita cum venerit vt iudex veniens in ſono Tubę. In eodem igitur verſiculo, glorioſæ Aſcenſionis amore prouocamur ad bonum, & retrahimur à malo timore diſtrictiſſimi iudicis aduentu. Hæ ſunt duæ pennæ quibus volamus ad Cœlum, nam ſi Dei timor in nobis deeſt, implicamur terrenis: Si autem timor Domini in nobis eſt, terrena relinquimus. Aſcendente tũc amore gloriæ, habentes pennas duas ſicut colũba cum Domino aſcendente aſcendimus, & clamamus poſt ipſum dicentes, Trahe nos poſt te, curremus in odorem gloriæ tuæ. *Tu gloria ſabe a mil mie les* igitur ſi humiliandi ſumus coacte, & ſine fructu à iudice infligente pœnam, cõſequens eſt quod humiliemur amore glorificatoris conferentis gloriam. Si aduerſa nos deprimunt, ſpe gloriæ filiorum Dei ſubleuemur & delectemur. Hîc labor poſtea erit requies. Hîc ignominia, poſtea erit gloria: filijs Iſraël in deſerto labor, in terra promiſſionis requies, occultatur nunc, reuelabitur poſtea. Si Paulus dixit, (imitatores mei eſtote.) Dicere quoque poſſumus. Imitatores Chriſti eſtote, vt ſequamini veſtigia eius, *andan por donde anduuo ſubireys por donde ſubio.* Proficiſcamur ô anima dicebat Aug. ad Ciuitatem, in qua ſcripti ſumus & ciues! O malum irriguis lachymis deplorandum. Surſum vocamur ad æterna, & terrena deſideria nos deprimunt, Solicitudines nos detinent. Quæ cum mundo ſunt peritura à conſecutione æternorum nos retardant. Proficiſcamur igitur ad Ci-

uitatem in qua scripti sumus & ciues scientes quod Ciuitatem illam non intrabit aliquid coinquinatum, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni. Vbi caro mea regnat ibi me regnare credo. Vbi sanguis meus dominatur, ibi me glorioſum confido, si peccata me excludunt, naturę communio non repulit, hæc Aug. Properemus igitur fratres requiem illam ingredi, & cum Christo ascendere: Scire tamen debemus quòd cum Christo non ascendit superbia, non auaritia, non luxuria, nullum vitium noſtrum ascendit cum medico noſtro; ideo si post medicum deſideramus ascendere debemus, vitia, & peccata deponere; Si corpus giboſum, aut deforme non est, semper suum sequitur caput, locus caput recipiens, capit & corpus. Si corpus est obliquum atque giboſum, conſequēs non est, quòd si per anguſtum locum caput ingreditur, corpus quoque ingredi, & sequi suum caput poſſit; Vt noſtrum igitur caput sequi poſſimus, nulla in nobis sit obliquitas, sed omnis adsit rectitudo virtutis. Poſtquam Ioannes, Apocal. 21. dicit se vidiſſe sanctam Ciuitatem in qua abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, excludens ab illa coinquinatos inquit. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne. Habeamus igitur fiduciam fratres in introitu Christi, Quem aduocatum habemus apud patrem. Cæteri aduocati clientulos suos iuuant, eorum cauſam, si iuſta sit, agunt, Si conuincuntur de malo, à defenſione eorum deſiſtunt: Aduocatus iſte, etiam si peccauerimus interpellat pro nobis, Quia non solùm, sicut cæteri aduocati, agit cauſam iuſtitiæ, sed miſericordiæ, & ex illa se obtulit iniuſtum, & superabundans pretium peccatorum, Rom. 8. commendās nobis hunc aduocatum, Apoſt. inquit. Christus Ieſus qui mortuus est, imò qui & reſurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, *que hizo oficio de abogado haſta morir*, &

Aug. ſer. 2. Aſcenſion.

Simile.

Apoc. 21.

sicut fuit aduocatus in vita mortali, nunc quoque in immortali. Ioseph intercessione, patri, & fratribus suis optima pars terræ Ægypti data est, nobis quoque propter Christum dabitur terra viuentium, quam mihi, & vobis, &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO II.

HOmo, Qui paulominus ab Angelis minoratus, imaginis Dei particeps factus fuerat suadente diabolo in extremam se deiecit miseriam, iumentis comparatus, similis factus est illis, & non solùm similis, sed longè peior. Significauit Isaias dicens. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognouit. Ideſt, homines brutis animantibus natura meliores, conditione peiores me non cognouerunt sicut bruta animalia præsepe Domini sui cognoscunt. Quod indicans etiam Hiere. inquit. Turtur & Hirundo & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini, grande malum quod natura ratione prædita, imagine Dei insignita, virtute condecorata, ad vitam beatam, quæ nescit finem ordinata, se deordinauerit, & in conditionem bestiarum deuenerit animantibus ipsis brutis deterior facta. In tanti criminis pœnam & flagitiosissimi flagitij punitionem, Qui fœlicitatem contempsit, & paradisum non custodiuit bestijs similis factus, extra paradisum quo bestiæ non appropinquabant, sicut Nabuchodonosor in tot bestias eijcitur; Sed hodierna die natura fragilis, natura contempta omnibus monstrata deterior, in Christo Cœlos ascendente, omnibus excelsior meruit reperiri. Cecidit in primo Adam, erigitur in secũdo: in primo Adam cecidit loco & dignitate; loco quia extra paradisum eijci-

Isa.

Hierem.

tu: dignitate, quia bestijs deterior facta. In secundo Adã, virgine præbente consensum, cum ad esse personale Dei ascendit, dignitate subleuatur. Hodierna autem die super omnes Cœlos ascendens loco subleuatur. Secundum consequens fuit ad primum, eleuata namque ad esse personale Dei ad sublimem locum debuit eleuari. Innuit Leo Papa dicẽs. Illius gloriæ sociaretur in Throno cuius natura copulabatur in filio, ideſt, dato quòd natura copulabatur filio Dei, debuit in altissimo throno collocari. Videndo primum sine secundo, nempe humanam naturam Deo vnitam, Cruce verò humiliatam, & in opprobrium non in honorem exaltatam. Cœli stupuerunt, portæ eius desolatæ sunt. Terra tremuit, Sol dolens splendissimum suum retraxit splendorem. Sed cum hodierna die super omnes Cœlos ascendit, & terrestres homines Cœlis inferuntur, atque cœlestibus terrestria coniungũtur cũcta noua fiunt, & in iocunditatem commutantur. Hodie Christus Dominus Sydereos micantésque luce Cœlos aperuit: hodie subtilissimas aëris partes veluti solidum pauimentum calcauit: hodie corpus è terra concretum cœli conuexa transtulit. Hodie nouum planéque peregrinum spectaculum mundo ostendit. Hodie vniuersæ angelicæ naturæ immensum gaudium attulit. Hodie videtes humanam naturam, supra omnem naturam eleuatam interrogant. Quis est iste qui venit de Edom. Ideſt de terra inimica, Deo exossa. Mirabile quidem quòd homo humilis sic exaltetur, eiectꝰ subleuetur. Hodie homo (inquit Chri.) qui loco tam humili tenebatur, vt descendere non posset vlterius, ad tã excelsam sedem eleuatur, vt altius non posset ascendere, Et nos qui terra videbamur indigni, hodie eleuati sumus ad Cœlum, Qui nec terrestria merebamur, cœleste regnum meruimus possidere, ad cęlorum transiuimus fines, & ipsa sede Regali decoramur. Ampliora adepti (inquit Leo Papa) per ineffabilem Christi gratiam, quam per diabolum amiseramus iusti-

Leo ser. 1. Ascens.

Chrisſ.

tiam, per diaboli amiseramus inuidiam, Apertè Paul. Ephes. 2. [Consedere nos facit ad dexteram Dei Patris,] id est, ipso sedente, Nos qui illius corpus sumus, in ipso
Ambr. sedemus, Ambr. Psal. 118. inducens illud, Isa. 6. Filius datus est nobis, inquit nobis carnem suscepit, imò potius nos in illa carne suscepit, quando filium hominis in Dei sede constituit. O quàm exaltata, & dignificata est nostra humana natura cum caput nostrum Christus supremam ad dexteram patris assecutus est sedem! Certè nostrum nobis hodierna die restitutum est decus. Congratulantes atque gaudentes angeli albis vestiti vestibus homines sanctos alloquentes dicunt. [Viri Galilæi hîc Iesus qui assumptus est à vobis, *no soys todos malos pues esto se halla entre vosotros*, locus redarguendi eos qui temerariè communitatem aliquam damnant cum inter mul-
Ex Can. 2. tos malos iustus inueniatur Noë, inter Sodomitas pessimos, Loth iustus habitat, inter Cananæos Barbaros meretrix Raab pia moratur, inter spinas lilium germinat: ideo sicut lilium inter spinas sic iusti inter iniustos. Ad Hierem. dictum est. In medio Domus exasperantis tu habitas, iniquum igitur esset iudicium qui totam domum illam quam Hieremias habitabat damnaret. Consideremus amplius dilectissimi: quomodo hodierna die natura humana, quæ angelica inferior est, angelicæ naturæ loco præfertur, honore anteponitur, & dum præfertur, angeli non inuident nec liuore tabescunt, sicut illi qui suum dereliquerunt domicilium, non inuidia corrodit: non liuor ferit, nec aliena fœlicitas contristat, quos visio fœlices, charitas ardentes facit, & præsentia hominis Christi iocundos reddit. Seruabat Cherub. Paradisum aditúmque impediebat non ex liuore inuidiæ, sed ex obedientia: ideo cum nunc humana natura ascendit super Cherubim, & eleuatur supra Seraphim, Non inuidet, sed ex charitate gaudet angelica natura. Attestantur vestes albæ quæ iocunditatis sunt signum, & puram sincerámque mentem ostendunt. Diebus so-

lemnibus, vestibus iocunditatis Iudith cæteræque virgines se ornabant, vt manifestum relinquendo, ad componendos mores transeamus dicendo. Quòd propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus in hunc mundum descendit, vnde consequens est quod Domino ascendenti, quia descendit ex charitate, quæ Deum & proximum diligit, nihil magis contrarium, quàm inuidia, quæ dolet commune aliquid cum fratribus habere. Angeli non inuident, sed gaudent. Nam hodie vota diu desiderata receperunt, hodie Archangeli quod multo tempore cupiebant inspicere valuerunt: quod diu affectabant & desiderabant hodie sunt assecuti: hunc diem exoptans Dauid dicebat. Exurge Domine in præcepto quod mandasti, & Synagoga populorum circundabit te, id est, Domine qui sub præcepto humilitatem mandasti dicens, Nisi efficiamini sicut paruulus iste, &c. & hoc præceptum adimplés humiliatus es vsque ad mortem, & hac eadem morte exurgere meruisti, exurge à mortuis nè glorientur inimici, quia Cruci te affixerunt, & nomen tuum obscurum fecerunt: clarificare insuper per Ascensionem; nam sic clarificatus ab omnibus eris dilectus, & in pretio habitus. Synagoga populorum circundabit te, *todo el mundo se ira tras vos haziendo os vn grande, y solegne accompagnamiento viendo este trimpho.* Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis assumptus est in cœlum. *Psalm.* *Matth.10.*

Magnus ille Patriarcha Iacob discessurus ex hoc mundo confortatus sedit in lectulo, & Ioseph & filijs suis benedicere cœpit, venturáque annuntiauit, Dominus Iesus surgens de sepulchro filijs suis benedicens venturáque annuntians dixit, in nomine meo dæmonia eijcient. Appropinquante ergo iam hora, & adueniente tempore, vt de hoc mundo ad patrem, & ab ista Hierusalem quæ deorsum est, ad illam quæ sursum est ascenderet, vt dilectissimis filijs suis, locum præpararet: omnibus illis congregatis mirabiliter tunc ferebatur in *Gen.42.*

Cœlum. Paulatim ferebatur vt verè ascendere intelligere, & percipere valerent. Discesserat Moyses quem
2. *Matt.* 1. antiquus ille populus nimio diligebat amore, ascende-
Deut. 34. runt quidam vt notarent locum, dispensatione diuina factum est vt illum notare non possent, nè populus ad idololatriam procliuis, adorandi illum occasionem sumeret. Quia discipuli futuri erant testes fideles Resurrectionis, & Ascensionis Domini. Videntibus illis eleuatus est, nam testis oculatus firmissimè & vehementissimè testimonium perhibet veritati, Elisæus ad idololatriam non procliuis Eliam qui Ascensionis Domini figuram tenuit Cœlum aëreum ascendentem vidit. Ge-
Nota. minato repetitóque sermone clamabat Elisæus dicens, Pater mi, Pater mi, currus & Auriga: cum Ascensio Domini clarior ac mirabilior esset, mirabile quidem quòd discipuli non clamassent, interrogemus, dilectissimi, & inquiramus causam quare non clamauerint. Tanta erat
Ascensio mirabilis. animi suspensio, quia tam admirabilis erat Domini Ascensio nullo modo clamare potuerunt, sed conticuere omnes intentíque ora tenebant. Eliæ ascensio quia minus mirabilis non totum Elisæi animum rapuit. Cum in Sabbea non mansisset halitus nec spiritus non statim, sed interposita temporis mora verba promere valuit, sic Discipuli mirabilem Christi Ascensionem videntes, nam omnino quidem mirabile quòd homo humilis exaltetur, deiectus subleuetur, quòd virtute propria super aëra & omnes Cœlos ascenderit, & quòd corpus graue terra non detineret, sed liberum abire permiserit,
3. *Reg.* 10. quòd descenderit in fletu, ascenderit in iubilo, quòd nubes illum suscipiendum expectaret, & ad illum suscipiendum iam eminente loco sistens appareret. Cuncta hæc philosophiæ terminos principes ac fines superant. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam Aquilæ in Cœlo; vbi per viam Aquilæ intelligitur Ascensio Domini ascendentis in sublimia. Ferebatur *in* Cœlum, Luc 24.

Non funibus, non capitis capillo sicut Abacuch, non curru, & vehiculo sicut Elias, qui non graue corpus sibi erat, sed glorioſum & cœleſte; ideo ſine moleſtia & curru ferebatur. Si moleſtia aliqua futura eſſe nulla alia niſi à conſpectu matris & diſcipulorum diſcedere, nam delitiæ eius eſſe cum filijs hominum, bene hunc intimum ſignificauit amorem Euangeliſta cum dixit. Ferebatur in Cœlum. Ex amore Matris, & Diſcipulorum ſupremæ ſedis accipere poſſeſſionem differebat, & confeſſum ad dexteram Dei Patris retardabat, hoc enim ſignificat illud verbum. [Ferebatur in Cœlum,] id eſt, paulatim aſcendebat atque è conſpectu Diſcipulorum ſe elongabat. Coarctor è duobus deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius, permanere autem in carne neceſſarium propter vos. Subito, & inſtantaneè poſſet aſcendere, & ſupremam ſedem cito poſſidere, ſed melius propter nos poſſeſſionem vt paulatim aſcendendo firmarentur diſcipuli in fide Reſurrectionis & Aſcenſionis. *Philip.* *Philip.*

Quis exprimere valebit, aut ſignificare poterit, quid diſcipuli in tali diſceſſu ſentirent, quid Beatiſſima virgo tunc in corde ſentiret? Cognoſcentes voluntatem eſſe Dei Patris, vt abiret ad præparandum eis locũ: gaudebant quidem, qui diſceſſu ſuo ex alia parte dolebant. Triſtitia membra frigida reddebat, dilectionis feruor humidam ſubſtantiam per oculos deducebat. Nimbo in Chriſtum affectu dulciſſimæ lachrymæ erumpebant omnium ſimul hæc vna communis vox erat. [Fuge dilecte mi aſſimilare capreæ hinnulóque ceruorum,] Allocutus fuerat ſponſus ſponſam dicens. Fac me audire vocem tuam, ideſt alijs prædicando, ſimplices inſtruendo, feruide orando, palàm, & in publico me laudando, fac vt ego vocem tuam audiam, nam cum alijs nomen meum prædicas ac promulgas, valde iocundum & gratum eſt mihi. Edocta ſponſa quod non poterat prędicare, & ſponſi ſui dilectiſſimi nomẽ liberè, & ſine timore *Cant. 8.*

annuntiare, nisi Spiritus sanctus à Patre, & Filio missus desuper veniret, & quòd nisi Christus abiret Spiritus sanctus non erat venturus, respondet, fuge dilecte mi, id est expleto mysterio, & ministerio Incarnationis quod anxiè nimis à diebus innumeris, ab annis antiquis ardenter nimis desideraui: desiderans nunc præceptum tuum implere, iussis tuis obtemperare humiliter obsecro, suppliciter posco, atque efflagito, vt per admirabilem Ascensionem tuam ad Patrem redeas, vt aduocatus officium exercens Spiritum sanctum inde mittens nomen tuum, vbique absque formidine audeam prædicare. Agnoscens voluntatem Dei Patris esse (cui non debeo contraire) vt abeas libentissimè te abire permitto, [Fuge dilecte mi,] Hispanè, *Si os aueys de yr sea luego no pareys mas aqui*, Sed assimilare Capreæ hinnulóque ceruorum. Quæ animalia cum indomita sint, humanum fugientes consortium, crebrius videntur in montibus, ibi ascendunt, ibi fugiunt, ibi habitant, ibi resonant, atque mugiunt, sed postquam in tutissimum se locum recipiunt, vbi venatoris sagitta, aut latrator canis, non potest appropinquare propter eminentes altissimásque Rupes, vbi malum non accedit, non semel, sed sæpè retro aspiciunt, hac lege, hac conditione quod memor mei, mei nunquam sis oblitus, sed quòd in Cœlo habitans super me semper prospicias, & si dolens secundùm carnem, gaudens secundùm spiritum liber te abire permitto: hoc est quòd inquit fuge dilectè mi, *Estate despidiendo y abracando.*

Tanto cum apparatu Dominus ascendebat, tanto claritatis splendore fulgebat, quòd nonnulli Angeli admirati occludentes portas suas dicebant, Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Mirabantur eum qui de terra inimica, Deo exosa, sic esset Deo dilectus solis splendore clarius nitens ac splendens, mirabantur quòd qui vi raptor fuerat, & ad surripiendum aliena à latere surgebat (hoc latro sonat) esset similis ei

qui

qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, mirabantur quòd is qui plus Angelis simul fulgebat (sicut Sol cunctis, simul cunctis Astris) latronibus, meretricibus comitatus ascenderet. Maioribus secundùm Dionysium 4. de Cœlesti hierarchia, Dominus respondit dicens. Ego qui loquor iustitiam, qui potens sum ad saluandum, id est nulla causa admirationis adest, quare mecum ascendant latrones, meretrices, ac peccatores, quia sum qui loquor iustitiam, id est, ego sum in quo est iustitia redundans in cæteros. Hãc expositionem comprobo, sic Christus dixit, ex abundantia cordis os loquitur, quia lingua est interpres cordis, igitur dicendo, Ego qui loquor iustitiam, idem fuit, ac si diceret, Ego sum, in quo est superabundans iustitia, in me est gratia capitis, in me est salus ac redemptio peccatorum, nam ad hoc me Pater misit in mundum, ideo non est cur miremini me peccatoribus ascendere comitatum, nam ego sum qui semper loquor iustitiam, docendo, operando, malis mala, bonis bona reddendo. Hi sunt qui ab impietate, & malitia sua ad me sunt conuersi, ideo mecum qui loquor iustitiam ascendunt. Zachar. 3. Iesus sacerdos magnus erat indutus vestibus sordidis, sed Angelus Domini dixit ad eos, qui stabant coram se. Auferte vestimenta sordida ab eo. Cúmque esset exutus, dixit Angelus ad eum, eccè abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs, & dixit, ponite cidarim mundam super caput eius. Sic cum latrones, & meretrices essent, induti vestibus sordidis, & plenis peccatis, Dominus induit vestibus candidis, & fulgentibus. *Y ansi no ay de que admirarse ni burlar de rotos y mal vestidos*, & cum Sathan stetisset à dextris Iesu sacerdotis, Dominus dixit ad Sathã. Nunquid non iste torris est erutus, *Pedialo y demandaualo el demonio como a tiaon del infierno*, dicitur autem, [Iste est torris erutus.] Id est iam incipiebat comburi sed erutus, & liberatus est. Cum Angeli quasi hominibus aduersi latronum, & meretricum voluissent

Zacha. 3.

impedire ascensum prohibentur atque edocentur à Christo dicente. Ego qui loquor iustitiam. Qui potens sum ad saluandum: ad saluandum hominem ab infero, ad saluādum hominem à peccato, sicut eripitur torris ab igne, *Quedando accepillado queda nueuo.* Aut referatur ad dæmones qui quantum est de se obsisterent Christo educenti iustificatos ab inferis. Verè nunc eluceſcit illud, Micheæ 2. Ascendit enim pandens iter ante eos, diuidet & transibunt portam, & egredientur per eam, & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum, id est descendet ad inferos educendo inde sanctos Patres, quos loco longè diuerso diuidet ab alijs damnatis, Facta hac diuisione adducet ad portam inferni, vt illos foras deducat, nè quis dæmonum obsistere, & portas excludere audeat, & Rex eorum Christus vsque terrestrem, & cœlestem Hierusalem ibit ante eos, vt nec Angeli mirentur, quare homines Cœlum ascendant, ô cœlestes Spiritus plenè edocti, iustorum mirificum ascensum nè miremini, sed cantate Domino, Psal. dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Pro ascendit ponitur in Hebræo, *Iero keb*, id est equitanti, & pro occasu Chaldæus posuit, [Spolium maiestatis suæ,] Iuxta quem sensum Hebræi exponunt, Ei qui ascendit, aut equitat super cœlis, sicut enim ascensor ducit equum quoquo vult, ita Deus benedictus versat totquotque orbes. In Hebræo pro [occasu] posuit [Araboth,] Nunc significans vesperam, nunc dulce, iocūdum atque amenum: sensus igitur est, quòd Christus ascendit ad solium Maiestatis contra humilitatem, ad solium fœlicitatis contra miseriam: ad locum iocundum & amœnum relinquens locum tristitiæ. Gaudete igitur, & cantate, quia ascendit. *Dezid que va el Rey que hagan lugar*, Rege ingrediente de nouo aliquam Ciuitatem, populi conueniunt, & innumera hominum & mulierum multitudo concurrit, Tunc præcedunt mi-

Mich. 2. ad finem.

Ex Nicol.

Hunc ver. de Angelis explicat Nicolaus.

Ex Aug.

Aug. bino.

Simile.

lites ac ministri qui iter ei faciant. Hoc tangit Psalmista: ô cœlestes Spiritus dicite, quòd hæc est præda quam tulit de Tartaro. Superatis Amalechitis cum Dauid victor reuerteretur de prælio, & ingentem prædam ante se velut triumphum agens duceret, Milites qui cum eo ad pugnam processerant faustis vocibus acclamantes dicebant. Hæc est præda, sic ô Angeli proclamate, & dicite, hæc est præda ascendentis super occasum, [Sedet à dextris.] 1. Reg. 30.

Duæ sunt in Christo naturæ. Secundùm humanam naturam sedere ad dexteram, est esse in summo honore, in summa fœlicitate. Ratione diuinæ naturæ sedere ad dexteram Dei Patris, est habere eandem omnino naturam cum Patre. Paul. Hebr. 12. in dextera sedis Dei sedet, id est habet eandem naturam cum Deo patre. Cum duo in eadem sede sedent, est considerare distinctionem in persona, non in sede, seu sedili, Quia hoc commune est, sic Paulus concedit aliquid commune Patri, & Filio, [sed Dei sedet.] Significat distinctionem personarum dicendo. [sedet ad dexteram Dei patris.] Ne putares quòd sedere ad dexteram, est excellentia in filio consignificans inæqualitatem Patris, Psalm. 109. inquit Propheta regiæ dignitatis, Dominus à dextris tuis confregit in diæ iræ suæ Reges, igitur filius ad dexteram est Dei Patris, & Pater à dextris est filij, ex vtroque loco colligitur illud, Ioann. 14. Ego in Patre, & Pater in me est, Ambros. in hymno totus in verbo pater, & totus in patre filius. Sed quomodo secundùm diuinam naturam ascendit; Dico quòd eo modo quo Deus descendit, sic ascendit. Descendit per Incarnationem, vt exposui in Præludio Incarnationis, sic ascendente homine Christo ratione vnionis, ascendit Dei filius & sedet à dextris Dei in summo honore. Anima corpus mouet, & corpus motum non derelinquit. Si anima esset vbique sicut Deus, moto corpore sursum, diceremus, quòd anima ascendebat, & tamen non moueretur, quia *Heb.* *Ioan. 14.*

iam ibi esset. Filius Dei non mouebatur, sed quia ille
Genes. homo erat filius Dei, & ascendebat, dici potest quòd ascendit, & sedit à dextris sedis Dei. Verè nunc manipulus Ioseph super cunctos manipulos fratrum suorum creuit: Super iubilantium virginum chorum. Super liliatam confessorum rutilantium turmam. Super candidatorum martyrum triumphantium exercitum. Supra splendidissimum angelorum cœtum. Supra sereniſſimam Virginem quę fuit velut rosa inter spinas. Verè nunc mater adorat filium Dominum Iesum ascen-
Isa. 53. dentem in Cœlum. Verè nunc adimpletum est propheticum illud. Erit germen Domini in magnificentia. O flos campi! lilium conuallium! Quomodo ascendisti vbi malum non appropriat: à Deo exiuit, verè nunc ad eum vadit. Flumina è Mari exeunt, ad Mare redeunt vnde exierunt. Columba redit ad Arcam vnde exiuit, nigerrimus coruus ingrata creatura non reuertitur vnde exiuit. Verè iste est Ioseph ad Vicariã Regis dignitatẽ eleuatus, qui patris, & fratrum suorum memor multa bona mittit: à sede magnitudinis suæ spiritum sanctum misit, omniáque eius dona misericorditer, liberalitérque concessit.

Vbi ascendit caput nostrum ibi erigamus mentem nostram, ibi adsit desiderium nostrum, vbi Rachel, ibi Iacob desiderium: vbi Beniamin, ibi amor, & cogitatio Iacob: vbi Dauid, ibi anima. Ionathæ erat conglutinata animæ Dauid, nil ergo iam nos delectet in infimis qui Patrem habemus in Cœlis: fugiamus solicitudinem, quæ suffocat sementem patris familias. Reuoluamus mente, attentè consideremus quanto cum gaudio, ac ingenti lętitia pater filium, Dominus seruum aurũ gemmásque afferentem excipiat, sinúq; complectatur. Pecunia postposita, Thobiæ iunioris parentes, dilectissimum filium suum exoptabãt, & quotidie ipsum reuertentem expectabant, hinc tanquam per quandã ascendere poteris ad contemplandum, quam gratum, ac io-

iocundum fuerit, Deo Patri videre filium suum ducentem captiuam captiuitatem, tam gratum fuit, quod amplè magnificè Spiritus sancti dona hominibus distribuit: nam Apostoli manuum impositione Spiritum sanctum hominibus dabant, *que dava Dios el Spiritu santo por manos de los Apostoles el communicar el Spiritu santo era por su mano.* Quorum remiseritis peccata, 2. Thim. 1. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum, vbi non solùm est sermo de gratia gratis data, nempe de prædicatione, & munere Episcopali, sed de gratia habituali, ita Dionysius Carthusianus, nam Act. 8. Apostoli imponebant manus super Baptizatos, & accipiebant Spiritum sanctum, ergo gratiam. Hæc dona filius à patre accepit, vt hominibus daret, nam ad Ephes. 4. inquit Paulus, ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, quæ verba desumpta sunt ex Psalm. 67. vbi dicitur, ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, *que paga el padre à Christo en darle que les de*, nec Christi Domini merita condignam haberent mercedem, nisi propter ipsum Dominus hominibus dona conferret. In Paupere Christus eleemosinam accipit, quia quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, dona quæ pater dat hominibus, dat filio; videte fratres tot sudores pro vobis emissos, labores quos pro vobis sustinuit, mortem quam subijt, facite vt in vobis habeant præmium, præcipuum est gloriam accipere cum Christo quam mihi, & vobis, &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO III.

GEmebundus Paulus humani generis dolens ruinam inquit. Per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors, & iterum. Si enim in vnius *Rom. 5.*

delicto mors regnauit per vnum, &c. quibus verbis apertè docet quòd peccatum morti ius dedit regnandi. Nam qui facit peccatum seruus est peccati. Imperium ac regnum peccati manifestat, Rom. 7. dicens. Si autem quod nullo illud facio, iam non ego operor illud, sed
Ioan. 8. quod inhabitat in me peccatum, Mors per peccatum regnat, quia statim quòd homo peccatum cõmisit, reus fuit mortis, & à mortis seruitute nullus fuit liber. Dæmones quoque, & principes tenebrarum harum regnabant, Nam quibus mors dominabatur, dæmon vinctos tenebat, quia nec iusti statim ad Cœlos euolabant. Venit autem Iesus, vt per mortem destrueret eũ qui habe-
Heb. 2. bat mortis imperium, id est diabolũ, Heb. 2. hoc est venit ad destruendam mortem quæ regnabat, ad destruẽdum diabolum qui exequebatur mortis imperium, *era su virey y presidente que mandaua y presidia*, Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato dãnauit peccatũ, De fortissimo illo Duce Machabeo dicitur. Quòd cum vidisset fortitudinem exercitus Bachidis esse in dextro cornu, fortiter illud aggressus fortitudinem inimicorum contriuit. Diabolus, vt ex Paulo allegatum est, habebat mortis imperiũ, mors per peccatum regnabat, vidẽs Deus Pater, Pater misericordiarũ diabolum, & mortem regnare per peccatũ, filium suum qui est vita, misit in similitudinem carnis peccati,
1. Matth. 9 *embiolo muy disimulado en semejança de peccador con carne mortal*, vt destruat peccatum non vi, sed iustitia satisfaciendo pro peccato: ideo sicut iudex iusta sententia dãnat aliquem, sic damnatum & destructũ fuit peccatum
Gen. 27. per carnem mortalem Christi, nam dum pro nobis passus est meruit nobis gratiam contra peccatum, gloriam & resurrectionem contra mortem. Iacob vestibus Esau
2. Reg. 23 vsus, Patris benedictionem est assecutus. Banayas propria Ægyptij hasta ipsum Ægyptium interfecit, quod antea Dauid fecerat in Goliath. Sic Dominus Iesus carne mortali in similitudinem carnis peccati destruit

peccatum, vt amplius destrueret ad infernum vsque de- 1. Reg. 17.
scendit, & vinctos, quos imperio mortis ibi dæmon quasi clauicularius, & carceris custos detinebat, inde eduxit. Hispanè ad significandam iram, & desiderium vindictæ contra aliquem dicimus, *e lo de perseguir hasta morir hasta el infierno*, Christi victoriam considerans Paulus, qui antea fuerat gemebundus, exultans dicebat, Coloss. 2. Cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palàm, triumphans illos in semetipso. In monte cum à dæmone Christus fuit tentatus ex parte illum vicit, Sed in Cruce omnino dæmonem superauit, *En campal batalla totalmente le destruyo y desbaruto*, Qui aliquem expoliat sæpè timet palam spo- *Simile.*
lia deportare ne à superuenienti fortiori ipse quoque spolietur: quod in Abraham, & illis Regibus legimus, ideo cautè quis agit cum occultè prædam custodit. Christus nil timens traduxit confidenter palàm, *a ojos vistas sin recelo que alguno se la quita se non se le daua nada por todos ellos*, Augustin. de Agone Christiano sequendo *Aug.*
literam Græcam legit, Principatus & potestates exemplauit, vbi Caietanus super hunc locum, & alij expositores dicũt quod alludit Paul. ad modum triumphantium, qui trophea sua circumferebant ostentantes populo monumenta adeptæ victoriæ, *hazian, ostentacion de su poder y valor an si Christo.* Verè nunc adimpletum est illud Genes. Ipsa conteret caput tuum. Post damnatum peccatum, post destructam mortem, deuictum inimicum, post reparatam vitam glorioſissima Resurrectione sua, post acceptam coronam, & gloriam martyrij, quid deerat nisi vt in gloria, & maiestate Cœlum ascendens, primum, ac præcipuum ad dexteram Dei patris haberet concessum? Iam peccatum iudicio publico, ac manifesto spectaculo damnatum

erat, mors per peccatum non regnabat, quia in vitam iam commutata erat; Dæmon imperium mortis nō habebat, imò illud iam in vita amiserat, copiosa apud eum redemptio erat, nil deerat. Consequens fuit vt iustis locum accepturus ascenderet ad erigendum nos in spem quòd de hac vita transferendi sumus ad aliam, sic in mundi exordio, Adam loco creationis ad Paradisi locum (extra Paradisum fuit creatus) fuit translatus: sic antiquus populus ab Ægypto in terram promissionis
Eccl. 1. ascendit, sic Enoch Dominus tulit: atq; Eliam in igneo curru subuexit. Oritur sol, & occidit, & ad locū suum reuertitur, ibique renascens girat per Meridiem. Cunctis post habitis, quæ balbutientes linguæ sunt, Cœlum intuitus Dauid exclamauit, & dixit. Cœli enarrant gloriam Dei, non secus prudentissimus Salomon filius eius despectis cunctis quæ quotidie generantur & corrumpuntur, quæ nunquam in eodem statu permanent, quæ quotidie transmutantur, obumbrationem vicissitudinémque patiuntur Solem miratus dixit. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur. Oritur sicut sponsus de thalamo rubicundus, *Sus rayos son sus puntas y polaime de rez incasado*, Terram duxit vxorem ipsamque fœcundat, multiplicat filios. Nam sol & homo generant hominem, &c. & si sicut cætera mutantur transeundo de loco, ad locum, nam in Occidente oritur, gyrat per meridiem, flectitur ad Aquilonem, lustrat vniuersa in circuitu: occidit etiam, sed hoc miratus sum, quòd ad locum suum reuertitur, quòd reuiuiscit, quòd continuus est, atque perpetuus in motu suo, quòd regulariter mouetur, quòd sequenti die iterum oritur. In Aurora, in clara, ac magnifica gloria, denique in meredie est in summo Cœli, vniuersum illuminans mundum. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Ioan. 1. Erat lux vera. Tanquam sponsus processit Christus de thalamo suo, de sinu Patris, Noctem vertit in diem, Angelorum luce, stellæ apparitio-

ne, Silẽtium noctis in cantum dulcissimum commutauit Angelorum. Hæc sunt quæ in connubijs inueniuntur, Sed occidit per mortem, Tunc mutatus est color optimus eius. Vidimus eũ, & non erat ei aspectus. Tũc sol factus est niger tanquam silicinus, Apocalyp. 9. Sed conciſſo hoc sacco nostræ mortalitatis, circundatus est lætitia, (Psalm. 29.) in die Resurrectionis. Tunc (vt inquit, Paulus) Pater genuit illum, Tunc surrexit sicut sol die sequenti, in aurora secundum Hieronymum, Iob 3. Denique hodierna die, tanquam in meridie ascendit summum Cœli: imò supra terminos Cœlorum: Sicut enim consurgit Aurora quia Sol per hemisphærium inferius, mouetur superius, Sole hæc inferiora irradiante, Sic ascendit illud corpus sanctissimum Discipulis videntibus, clarissima luce Diuinitatis, velamine beato irridiatum: Verè tunc in locum suum fuit reuersus, sicut Sol verus totum illuminans mundum. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super Occasum Dominus nomen illi. O Apostoli, & Euangelistæ estote testes Resurrectionis & Ascensionis Christi in vniuerso mundo, annuntiate quod vidistis eum ascendentẽ super occasum, ideſt super mortem (Per occasum enim mortẽ intelligunt multi, qui sic explicant prædictum locum Psal.) [iter facite ei] Planam ei in cordibus hominum viam præparando cõpressis peccati rumoribus, ex Hieronymo. Fortissimi duces, potẽtissimi Reges, dũ ingruit bellum, vrget prælium incerta est fortuna, dubia spes victoriæ: Non solum per Duces, sed per semetipsos hostes aggrediuuntur, indignum existimantes è castris abesse. Adepta victoria (quod maiestati suæ conueniens est) in suum se colligunt locum militibus dona, ac præmia collaturi. Sic fecit Dauid 1. Reg. 30. cũ pugnauit contra Amalech: sic Dominus Iesus postquam tanquam sponsus processit de thalamo suo, postquam vt gigas exultauit ad currendam viam, Superatis ini-

Apocal. 6. *Psal. 29.* *Act. 13.*

Psal. *Greg. 19.* *moral. c. 3.* *Hieron.* *Magister sent.* *Glosa in* *cognita.* *Explicatio* *Hieron.*

1. Reg.

micis, liberatis captiuis, acceptis spolijs, ascendens in altum (Ephes. 4.) captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Ferebatur in cœlum.] Exultauit vt gigas ad currendam viam. i. summa celeritate ad nos venit. Sed cum è nobis discessit, ferebatur paulatim, lento gradu discedebat, pedetentim, vt dicũt ascẽdebat, quia delitię eius esse cũm filius hominum, è quorum conspectu secedebat. Cum Dauid & Ionathas diuiderentur, flebant ambo. Cum Christo mors, aut fletus non dominaretur saltem paulatim ferebatur in Cœlum. Manifestè magnum est pietatis Sacramentum, &c. Longiori explicatione ommissa cum Bernardo dicamus, magnum est Sacramentum Incarnationis, cuius clausula & terminus fuit Ascensio gloriosa, clara, magnifica, & admirabilis, *Fue fin y quito cuenta con pago*, fuit consumatio reliquarum festiuitatum, & fœlix clausula totius itinerarij filij Dei. Epiphanius docens hoc festum inter Dominica festa tenere fastigium inquit, Vt enim caput totam corporis constitutionem ornat, ita hodierna solennitas diuinæ œconomiæ pulchritudinem quasi colophonem illi imponens mirificè illustrat, ac si dixisset, cæteræ festiuitates Saluatoris sunt velut principiũ, velut viæ, ista est velut finis & terminus, hoc enim significat Colophon. Rationem excellentiæ assignat Greg. Emissenus, nam in die Natiuitatis Dominus verè hominem se esse confessus est, in Ascensione verò se esse Deum testatus est, in illo die descendit redempturus nos: in hoc ascendit glorificaturus. Hunc diem magnificans Epiphanius, inquit, [Hodie propter Iesum in Cœlum assumptum peccatum veluti fumus disparuit, hodie diabolus corpus nostrum in Cœlum subleuatum cernens calamitatem suam deplorat, quid faciã infœlix, omnes quos sæculo vinctos detinebã mihi intercepit, méque desertum omníque ex parte exaltatum in terra deturbauit, & Mariæ filius conculcauit,] Hæc

Bernard.

Epiph. seu Ascensio.

Greg.

Epiphanius. Consequens igitur est fratres quòd si generis humani inimicus dolet, & inuidus inuidia tabescit, quòd nos gaudeamus: nam vnde sibi causa doloris adest, inde causa gaudij nobis inest. Quando somnio suo Ioseph gaudebat, inuidi fratres sui dolentes inuidebant. Acceptauit Dominus sacrificium Abel, dum vt credendum est, ipse gaudebat. Dolens nimis Caym inuidebat mortémque machinabatur. De inuidia, & dolore impiorum in iustos, Psalm. 111. inquit Dauid, Peccator videbit, & irascetur, videte, quòd irascitur impius cum iustus misericors dispersit, & dedit pauperibus, è contra nos cum impij dolent gaudeamus: lætabitur iustus cũ viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Ægyptios cum deuorauit mare laudem Domino decantabat populus dicens, Cantemus Domino gloriosè. Cum fabricatores Idoli Leuitæ occidunt, gaudens, ac Deo gratias agens Moyses, dicebat. Consecrastis manus vestras hodie, *Bien las aueys empleado en seruicio de Dios*, Cum Sodomitæ comburerentur, à longe illos aspiciens gaudebat Loth. Denique Prouerb. 1. inquit Dominus, Ego quoq; in interitu vestro ridebo, cum Prouerb. 24. dicitur, cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & Iob 31. si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, quasi nullo modo gaudebam; intelligitur ex ira, odio, & indignatione, sed ratione iustitiæ, quia vt diximus in principio Dominus triumphauit de inimicis, possumus, & debemus gaudere, Gaudeamus quia eleuatus Sol, & stetit in habitaculo suo, *onde a de estar para siempre*, Non fuit ad modicum eleuatus sicut eleuantur impij, Iob. 40. nec sicut Elias per turbinem, nec sicut Paulus qui nesciebat an corpore, vel extra corpus, sed videntibus illis. Eleuatus est Maxentius, sed statim cecidit in terram. Christum nubes suscepit.

Luctatus est Iacob cum Angelo, à quo cum discedere vellet benedictionẽ petiuit, cui Angelus benedixit,

fœmore tamen percussum dimisit. Christus Dominus benedictionibus dulcedinis præuentus ab instanti Conceptionis fuit Beatus, sed fœmore percussus dolores sustinuit. Cum esset benedictus factus est pro nobis maledictus, quia scripum est, maledictus omnis qui pendet in ligno, sed nũc anima, & corpore gloriosus supra omnes Cœlos ascendit, nunc perfectam benedictionem absque vllo dolore, & percussione adeptus est. Non claudicat, non dolet, non clamat, tristis est anima mea vsque ad mortem: quia perfecta benedictione benedixit illi Dominus, & hoc est quod dicunt Angeli.

Hic Iesus qui assumptus est à vobis, *Ni lefalta panto niheruilleta*, Nil illi calliditas dæmonis obfuit, nec Iudæis aliquid sibi sua malitia profuit: vnde dæmõ mortem parauit, veneum hausit, ignominia in gloriam, dolor in delectationem fuit commutatus, persona verò Iesus immutata permansit, Hîc Iesus qui si infirmus potens, si humiliatus exaltatus, Ioann. 9. cum sanatus esset cœcus, ille videns visus beneficio esse do-
Ioann. natum alij dicebant. Hîc est, alij non, sed similis eius est, inde erat ignotus quia in melius fuerat subito ac mirabiliter commutatus, non dissimiliter cum discipuli tantæ rei miraculo essent attoniti, & veluti extra se positi, vt pretiosissimi lapides ac Ecclesiæ principes, Montes sancti magis ac magis firmarentur in fide, veritati mysterij testimonium perhibentes dicunt: [Hîc Iesus,] Qui è sepulchro surrexit, & immortalitatem induit, mors illi vltra non dominabitur, vt hanc immortalitatem Angeli Apostolis significarent, & in imagine præsentem facerent in vestibus albis puritatem, & Resurrectionis claritatem ostendunt, apparuerunt.

Simile. Cum venatores Elephantem in fouea quam ad hoc fecerunt deprehẽsum vident, alium Elephantem mansuetum bene ornatum vestibúsq; precioſis vestitum il-

li ostendunt, ac præsentant, promittentes similiter cum illo facturi, quo pacto eius furorem mitigant. Sic Domini Iesu ministri in vestibus albis iustis se ostendunt, vt cor eorum ad morem illius vitæ beatæ trahant. Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt: qui vicerit, sic vestietur vestibus albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Honorare volens Pharao Ioseph tulit Annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius; vestiuítque eum stola Byssina. *Genes. 14.* Angeli fratres dilectissimi, in vestibus albis apparent, vt ex forma habitus, qui statum gloriæ exprimit discipuli spe gloriæ animentur atque incitentur. Quemadmodum enim terrestria, duobus pedibus, volatilia duabus alis, & nauta non nisi duobus remis transnatat mare, sic omne agens amore & spe consequendi finem, quasi duobus pedibus, & duabus alis, superat omnem difficultatem, vt assequatur finem. Iacob amore Rachelis, & spe mercedis continuus fuit atque perpetuus in seruitio Laban. *Simile.* Suadebo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris. *Apocal. 3.* Aurum purissimum semper rutilans, nunquam marcescens est charitas ab omni vitio pura, omnem virtutem superans, sicut aurum quodcũque aliud metallum, hæc virtus directione emitur, Domino suadente emere. Ex diuino auxilio homo cuncta despicit, ac relinquit, tunc Dominus charitatem infundit, vt postea in gloria vestibus albis vestiat, Magdalenæ existenti antea in peccato, dimissa sunt peccata quia dilexit multum. Diligamus fratres non verbo, sed opere, & veritate curramus in odorem gloriæ ascendentis, vt nobis præparet habitaculum. Ad dexteram Patris, sedens nostram ibi agit causam, illic pro nobis orat, ac preces fundit, hoc est parare nobis locum. Si cum peccamus ipsum aduocatum habemus, quanto magis si bene egerimus? *Siempre esta con el encensario en la mano que mando pastillas para que nuestros pecados no den tufo de narizes a*

Dios, Si ingrediens mundum cum inimici eramus, mortalis veniens seipsum pro nobis obtulit dicens. Ecce venio, in qua voluntate. Heb. 10. sanctificati sumus; quanto magis nunc ingrediens cœlum orabit pro nobis? quod apertè testatur Paul. Hæb. 9. dicens. Intrauit in ipsum Cœlum vt appareat vultui Dei pro nobis. Vultus à voluendo dicitur, quia ex ira quasi reuolutum habet vultum, *A pareſce delante del padre para boluer la ira en miſericordia*, Properemus cum illo illam ingredi requiem, *Yoſrecerle thimiama de oracion contra el mal olor de los poccados*, Properemus fratres illam ingredi Requiem, quæ nescit finem, quam mihi, & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ Filius, qui cum Patre & sancto Spiritu viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

SECVNDA PARS

DISCVRSVVM PRÆDICABILIVM,

MYSTERIVM SPIRITVSSANCTI,

Trinitatis, atq; Euchariſtiæ continet.

Autore fratre Ioanne de Ouando prouinciæ S. Iacobi.

IN FESTO SPIRIT.SANCTI.

CONCIO I.

In principio creauit Deus Cœlum, & terram.

Gen. 1.

TERRA quam in principio creauit Deus, extremum & vltimum eſt elementum omnium viuentium, quæ è materia corruptibili conſtant, & ſuper aquas non natant, mater & & menſa omni genere alimentorum referta, domus bene inſtructa, vrbs bene ordinata, deniq; omnium ex hac vita decedentium commune ſepulchrum: Cœlum quod ſicut pellem extendit Deus, beatorum ſpirituũ eſt domicilium, *Terræ epitheta.*

Ciuitas ab omni perturbatione libera, vbi malum non accedit: sed habitatores eius constituti in requie, omni bono, quod est Deus benedictus in perpetuas æternitates perfruuntur: non habentes nos hîc Ciuitatem manentem futuram illam inquirimus, desiderantes supernorum ciuium esse conciues, hîc sumus, illic esse speramus.

Inter Cœlum & terram, tria sunt elementa, non à casu sed ex intētione primi supernique moderatoris omnium rerum, in omni sapientia, quæ atingit à fine vsq; ad finem, recto ordine atque serie, sursum atq; deorsum mirabiliter dispositā, iuxta suæ naturæ conditionem. *No tienen vn trocado ni mal puesto.* Hæc sunt aqua, aer & ignis, qui sicut cæteris elementis præstat, sic ordine & dignitate supremum obtinet locum, concauam cœli superficiem tangens, à regione aëris secundùm partem suam inferiorem non recedens.

Rom. 7. & 5. *Iob.* *Ephes. 2.* Vnius primi hominis lamentabili culpa; tota humani generis mansit corrupta natura: omnes in Adā peccant, & nec infans vnius diei mundus est à sordibus originalis peccati, propter quod omnes egent gloria Dei: quia natura sumus filij iræ: Glorioſus Deus, diues in misericordia (nam misericordiæ eius super omnia opera eius) per aquam à peccato abluit, quos è terra medio vno protoparente genuit: nè istud, sine Spiritus sancti gratia fieri existimares, dux & legislator exordia mundi describens, Spiritus sancti mentionem faciens, inquit: spiritus Domini ferabatur super aquas; postquam n. incubabat & fouebat, adumbrās virtutem baptismi, euacuamus quæ sunt paruuli, viri effecti. Proh dolor! In *1. Ioan. 1.* multis delinquimus omnes; si dixerimus quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus: vt certò scires nullo modo dubitares: nec hoc peccatum sine Spiritus *Ioan. 10.* sancti gratia, remitti posset. Ioann. 20. Christus Dominus in Discipulos Spiritum sanctum insufflauit dicens, *3. Reg.* Quorum remiseritis peccata, & antiquitus in sibillo *Simile.*

auræ

auræ tenuis Eliæ apparuit. Sed quia postquam pannus maculam, ferrum rubiginem contrahit, sine calore ignis nunquã perfectè mundatur, in figura ignis Spiritus sanctus visibiliter descendit, vt huc perfectissimũ modum sanctificationis eidem Spiritui sancto tribueremus. Gratias age Deo, ô homo, qui elemẽta hæc non solũ ad hanc quæ nunc ad vitã ordinauit, sed ad illam quæ nunquã finitur destinauit. Ex luto te creauit, aqua te in baptismo recreauit: per peccatum mortale iterum mortuum medio spiritu Sacerdotis, hoc est, eius absolutione te recreat: deniq; igne diuini amoris omnino hominem purificat. Vidit Ezechiel iuxta fluuiũ Chobar, & ecce vẽtus turbinis & nubes magna ignis inuoluens, tria hęc elemẽta videt Propheta cũ manus Domini facta est super illum: vbi Hieronymus, per nubem Christi humanitatẽ, per turbinẽ Spiritum sanctũ in spiritu vehemẽti hodierna die in discipulos descendentẽ intelligit. Agnoscamus mysterium in hoc quod omnia tria supradicta elementa cõmemorantur in Propheta: quod per aquã Spiritus sanctus intelligatur, Iesum habemus doctorẽ dilectũ eius discipulũ, in quo Spiritus sanctus loquebatur: habemus expositorẽ: qui credit in me (inquit Christus Ioan. 7. flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius: exponit discipulus dicẽs: hoc autẽ dicebat de Spiritu quẽ accepturi erant credẽtes. Quod per ignem intelligatur, hodie quando in figura ignis descẽdit, apparet & habetur Deut. 4. Deus tuus ignis consumens est, Spiritus sanctus est Deus, ergo ignis. Cõgruit locus Matth. 3. vbi Ioã. inquit. Ego quidẽ baptizo vos in aqua: qui autẽ post me vẽturus est baptizabit in Spiritu sancto & igne. i. ad aquã in qua ego baptizo, addet gratiã Spiritus sancti in maxima abundantia, ad operandũ efficacissima (baptismus Ioan. non dabat gratiã sed disponebat ad baptismũ Christi) Sicut ignis elementũ efficacissimũ & maximè actiuũ est ad operandũ: hæc doctrina mea non est mea sed Chrisost. super illum locum

Ezechiel.

Ioan. 7.

Deut. 4.

Matth. 3.

Chrisost.

dicentis: ignis vehementiam gratiæ quæ vinci non posset, demonstrat. Aqua & igne erat baptizatus Paulus cum dicebat: Quis me separabit à charitate Christi. Data erat Apostolis gratia in aqua baptismi, gratia in flatu perfectissima datur hodierna die in igne, *Dioles vno calda*, Non sine symbolo ad aërem & ignem. In Ecclesia vltra baptismum aquæ est baptismus flaminis, & sanguinis, qui cum aëre, & igne conueniunt. Christus Dominus dicit 1. Ioan. 4. in aqua venit, quia baptizatus est in Iordane (licet gratiã ibi non acceperit: quia summam possibilem ab instanti conceptionis habuit) in sanguine venit, quia Circũcisionis sacramentum, sanguinis effusione suscepit: in Spiritu venit, quia Spiritus vnxit, & misit eum Euangelizare pauperibus: & quia in specie columbæ in baptismo apparuit, maiorem explicationem consequentia, & decursus sermonis non patitur.

1. *Ioan.* 4.

Abacuc. 3. *iuxta* 70.

Verè nunc concinit propheticum illud tam sæpè repetitum, tam frequenter omnium concionatorum ore decantatum, Conspexi opera tua & expaui, ideſt, cõsideraui elementa, omnium rerum naturalium quæ sub ambitu Cœli continentur principia, organa esse in quibus datur Spiritus sancti gratia. Terra primi hominis fuit primum materiale principium per quod etiam visus cæco nato fuit restitutus, Sacratissimi Corporis Christi sacratissimum fuit sacrarium dum iacuit in tumulo, dum iacuit in sepulchro. Ideo terra pro formatione fuit corporis, pro mensa refectionis, pro loco habitationis in vita, pro sepulchro in morte, Cœlum verò pro domicilio vitæ, quæ nescit finem. Consideraui aquam sacramentum esse ablutionis, sacramentum fidei atque regenerationis, & quod qui non fuerit natus ex aqua & Spiritu sancto nõ potest introire in regnũ Dei, Ioan. 3. Consideraui aërem spiraculum fuisse oris Christi, sine quo non fit remissio criminum & delictorum: tandem consideraui, quòd in purissimo supremóque

Autoritas pro alijs mysterijs.

Ioan. 3.

elemento spiritu vehemẽti loco tubæ officium præcursoris exercente, vt discipulorum animi disponerentur ad tantum hospitem omnium conditorem suscipiendum, Spiritus sanctus venit, cum his qui tunc temporis mente confusi stupebant, & mirabantur: ego quidem mente cõfusus miratus sum, stupui, ad mysterium præ cuius magnitudine expaui, non aliter nisi timens ac tremens potui tantum considerare mysterium. Abraham quamuis magnus esset & magnas accepisset repromissiones, considerans Melchisedech Sacerdotem esse altissimi, & Sacerdotij Christi tenere figuram, primitias dedit ex omnibus. Iacob considerans virgam Ioseph Crucis Christi tenere figuram, adorauit summitatem illius virgæ. Sic Abachuc huius mundi statuam atq; figuram, cœli pulchritudinem, aridæ firmitatem videns miratus est, sed non expauit intuens mundi huius fabricam elementis ita sibi dissonis consonantem, sed tunc expauit à sensibus distractus & alienatus, cum cõsiderauit huius statuæ extrema, puta cœlum quod velut aurum sole rutilat, esse beatorũ sanctorúmque perpetuum domicilium: tunc pauore est solutus, femur æris emarcuit, atque spiritus & halitus in eo non mansit, cum considerauit cætera elementa, quæ supra terram, quæ velut pes est huius statuæ, sic esse media ad consequenda illa æterna tabernacula æterníq; patris mansiones, quemadmodum quantum ad locum & situ sunt intermedia, inter cœlum & terram.

Genes. 14. Heb. 7. Hebr. 11. Hic mundus assimilatur statuæ Nabuchodonosor.

Quemadmodũ tria elementa sunt intermedia inter cœlum & terram, sic fuerunt media cõmunicandi gratiã Spiritus sancti.

Videte fratres, vniuersum mundum docete quomodo inter naturam & gratiam similitudo symbolúmq; inueniatur, si progressiuo motu motis pedibus qũibus terram calcamus visibiliter cœlum ascenderemus, necesse esset per intermedia loca transire instar Christi Domini, qui videntibus Apostolis Cœlum ascendit. Ad hũc quoque modum dilectissimi in via, & progressu spirituali per aquam baptismi: per flatum absolutionis sacerdotis, & per ignem Spiritus sancti, siue visibi-

Aug. Eug. Isai. 66.

lem, siue inuisibilem, ad Cœlum ascenderé necesse est. Et hoc est maximè mirabile in hac mundi fabrica, quæ secundùm August. Eugubinum lib. 6. de perēni philosophia sacratissimum Dei templum est. Nam iuxta prophetam: Cœlum Dei est thronus, terra scabellum pedum eius: cum propheta hæc clarissimo videret lumine: non sōlum est admiratus, sed expauit. O quot media & remedia ad salutem tuam excogitauit Deus, & semper adhuc durum, & impenitens est cor tuum. Si ab igne elementa numerare incipias, aquam tertium esse inuenies: si à terra incæperis aër tertius erit, ignis verò vltimum: in quo considerare licet quomodo in his elementis Spiritus sanctus qui est tertia, & vltima persona Trinitatis, donetur. Simile mysterium inuenies in tempore quo datus est: hora namque tertia in discipulos descendit, notauit Chrysost. homil. tom. 5. sermone de Pentecost. dicens. Oracula dat pater quasi in prima horà: incarnatur verò filius in gratia, aduenit verò nunc Spiritussanctus, vt persona tertia in Trinitate numeratus: consubstantialis autem, & inseparabilis signatur. Porro tertia hora ad discipulos venit ceu impletionem inseparabilis Trinitatis: ac si dixisset: ipsa hora in qua venit Spiritussanctus mysteriū continet. Sicut enim in Trinitate est tertia persona: sic hora tertia venit. Vidētes antiqui patres manna de Cœlo descēdentem admirati dicebant, Manhu quid est hoc: miror hunc ignem, & dico quid est hoc? hoc est lumen in intellectu, ardor in voluntate, robur in corde, facundia verborum in lingua, sapientia in mente, scientia in cogitatione: est sonus in omni terra, quia post Aduentum huius Spiritus, in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, terror ac pauor inimicorum, denique salus gentium, in semine herbæ, plantæ, arbores: denique in quicquid viuit, & conseruatur, continetur, in hoc igne salus gentium cōtinetur, nam sine hoc igne gentes sunt oleaster amarus non insertus in bonam oliuam, sunt tribuli, vepres, &

Chrisost.

Simile.

spinæ, sunt ossa arida, hoc igne ossa viuificantur, oleaster inseritur in bonam oliuam, spinæ & tribuli efficiũtur lilia & roſę odoris suauissimi Domino: In columba, & igne monstratus est Spiritus sanctus, inquit Gregor. quia omnes quos repleuerit simplices, & ardentes facit: simplices puritate, ardentes æmulatione. Nec enim placere Deo, aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate potest: hinc ipsa veritas dicit, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, vt colũbæ simplicitatem astutia serpentis accenderet, & serpentis astutiam columbæ simplicitas temperaret. Hinc Paulus. 1. ad Corin. 14. ait. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: dum dixit, Nolite pueri effici sensibus, monuit serpentes prudentiam: dum dixit, malitia paruuli estote, monuit simplicitatem columbæ. *Es de Zir, Quiere Dios cuerdos virtuosos, no bonos malicioſos, ni vellacos redomados.* Medium tenuere beati, in medio consistit virtus.

Greg.

1. ad Cor. Prouer. 5. Mich.

Venit super Christum in specie columbæ, quia homo pro hominibus factus mitẽ se hominibus præbuit: noluit peccatores ferire, sed colligere, nõ veniebat peccata per zelum percutere, sed per mansuetudinem tolerare, sic Ioan. 3. dixit. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Super discipulos in specie ignis venit, vt eos qui erant homines & peccatores, spiritalis feruor accenderet. O summa Dei nostri erga humanum genus charitas & misericordia! indignatio versa est in mansuetudinem, ira in misericordiam, seueritas in benignitatem. Antiquitus dixit Deus ad Hieremiã, Quid tu vides? cui Hieremias, virgam vigilantem; cui iterum, quid tu vides? Ollam succensam ego video, per quod significauit, quòd vigilabat, & properabat ad puniendã Ciuitatem, sicut virga amygdalina præproperè & celeriter ante alias arbores emittit folia, ostendens ollam succensam, ostendit quòd non solùm esset eos punitũ-

Matth. 3.

Ioan 3.

Hier.

rus, sed quòd per ignẽ penitus funditúsq; esset subuersurus Hierusalem. Quemadmodum ignis omnia cõsumit, ideo c. 2. dicitur; Ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis: nunc ex meritis Christi misericors pater super Ecclesiam suam vigilat, non vt perdat Ciuitates, aut habitatores eius, sed vt accendat cor, inflammet animum vt purgatis reliquijs peccatorum ardeat intra viscera iustorum: ædificantur Ciuitates regni Chtisti, eriguntur altaria, oratoria fundantur, animæ purgãtur, Ciuitates regni dęmonis exustæ sunt, ipsi dæmones per Apostolos abiguntur, morbi curantur, mortui suscitantur, defuncti viuificantur; Petrus officiũ summi Pontificis, alij munus Episcopale exercent, cæteri discipuli vt presbyteri *Como curas*, ac boni dispensatores, sacramenta administrant, *Comenco la Iglesia a alear y oso salir en publico.*

Simile.

Simile. 1. ad Cor.

Quemadmodum in mundi creatione omnia in hominem ordinata sunt, vt locus. 1. ad Corinth. Omnia vestra sunt, ideſt, in vos ordinata, ostendit, sic in recreatione omnia Christi opera, puta mortem ab instanti Incarnationis acceptare, in præsepio cum iumento, portans peccata populi vt iumentum factus iacere, lachrymas fundere, famẽ & sitim pati, dolores summos sentire, sacramenta instituere: denique acerbissimum Crucis supplicium subire, ordinata sunt, vt hoc modũ impetraret, & vt hoc donum de Cœlo cœleste mitteret, & velut aquam abundantissimam super omnẽ carnem abundantius solito effunderet, & in specie ignis mitteret, vt domum in qua erant Apostoli splendore gloriæ Domini repleret, vt filij & filiæ Iudæorum prophetarent: senes somnia somniarent, iuuenes visiones viderent: & omnes animo suspensi admirarentur: vt vltimo dono præuenti, & oraculo Iudæi moniti, eligerent Christum audire & sequi, aut velamen habentes, in infidelitate manerent, & iusta ad gentes fieret transmigratio, vt gentes quæ non sectabantur iustitiam se-

Sicut omnes creaturæ ordinatæ sunt ad hominẽ, sic omnia opera gratiæ ad eius salutem.

Rom. 9.

ctarentur iustitiam, & credentes in Christum fierent filij Abrahæ, cui primùm facta est Christi in carne promissio: & statim credens fides sibi est reputata ad iustitiam, iussu & cogitatu nullo resistente (nam nullus erat qui resistere posset.) Hanc mundi machinam condidit Deus, & absque aliquo labore perficiens omnia quæ creauerat, quieuit (noua non condendo, antiqua tamen gubernando) ab omni opere quod patrarat. Hunc verò ignem non sine labore misit: præcesserunt *Ioann.* enim merita & opera pœnalia, nec hominum peccata *Coloss. 2.* sine dolore agnus iste mansuetus abstulit: nec sine morte chirographum decreti quod *contra non erat, deleuis*, & Cruci affixit. Ex quibus omnibus liquet, & manifestè apparet, quantum beneficio creationis beneficium redemptionis præstet, & huius solemnitatis quãta sit dignitas: ad dignitatem quidẽ eius pertinet doni dignitas, mittentis autoritas, maiestas humiliter patientis & ex merito suæ passionis mittentis hoc donũ. Hæc Spiritus sancti missio, hæc festiuitas & ignearum linguarum claritas, quæ mundum illuminat & corda discipulorum inflammat, Christum clarificat, nomen eius sicut oleum effundit, glorioſum facit, & virtutem Christi vbique prædicat atque credibilem facit, hîc *Ioan. 17.* promissum patris ad filium dicentis, Et clarificaui, & iterum clarificabo, sine dubio completur. Quæ maior potuit esse claritas, quàm Centurionem dicentem, Ve- *Marc. 15.* rè filius Dei erat iste, conuincere clamore spirantis, & incredulos Iudęos conuertere, claritate Spiritus Christi in Spiritu vehementi descendentis: Eadem namque die eleuans Petrus vocem, & ad plebem sermonem faciens scripturas aperiens, Christum prædicans, animæ *Act. 1.* circiter tria millia baptismum receperunt, & ad numerum discipulorum appositæ sunt. Non timebat pusillus grex, quia complacuit Petro dare illis regnum: Imò in die illa metus erat magnus in vniuersos, quia discipulis Christi Spiritus fortitudinis factus est, iste diui-

nus spiritus, voluntariè non timentibus Christum, fa-
Eccles. 45. ctus est spiritus timoris & horroris, nè in Christi dis-
Hebr. 12. cipulos manus inijcere auderent, totum hoc Christum
Exod. 2. clarificat, fructum suæ Passionis ostendit, & huius festi-
uitatis dignitatem manifestat. Dilectus Deo & homini-
bus Moyses cuius memoria in benedictione est, qui oc-
cultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eo quod
vidissent elegantem infantem. Hebræ 11. quem elegit
Deus ex omni carne, Eccles. 45. De postfœtantes acci-
pitur, & Pharaonis legatus, populiq; dux sine labore
constituitur, non sine labore, & murmure populi, Ma-
riæ quoque & fratris Aaron, quem sibi dederat Domi-
nus Prophetam & interpretem, ducatū exercet, & per
desertum rebellem ac incredulum populum duræ cer-
uicis ducit, ac quadraginta annis regit, propter quod
miris portentis ac signis, de cœlo sursum, ac de terra
deorsum, eum Dominus clarificat, & corā populo ho-
norat: deficiet me tempus tot signa, atq; portenta enar-
Exod. 19. rantem. Hoc vnum referam, quod Dominus Moysi
locutus est in monte de medio ignis, & sic eum Domi-
nus clarificauit: non dissimiliter aduenientē Spiritusan-
cto in figura & forma ignis, Dominus Christus clarifi-
catus est, vt in summa dicam, & ad compendium quæ
dixi reducam. Hæc festiuitas Christi Domini est clari-
tas, Apostolorum Christi & Ecclesiæ vtilitas, Spiritus
sanctus de Christo accepit & processit, ex meritis Chri-
sti missus est, festiuitas Spiritussancti, Christi festiuitas
est, sicut honor filij, gloria est patris; Christus Apo-
Isa. stolorum est caput, ideo, quod Christi est gloria, Apo-
stolorum est vtilitas, quia capitis est membris virtu-
tem communicare. O dies solennis, lætitiæ inenarra-
bilis, primus & nouissimus, nunquam antea visus nec
in futuro videndus! Celebra Hierusalē festiuitates tuas:
celebra ac gaudio commemora beneficia quæ hodier-
na die à principio nascentis Ecclesiæ mundo fuerunt
collata, interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante

te, ex die quo creauit Dominus Deus hominem super terram, à summo Cœlo vsque ad summum eius. Si facta est aliquando huiusmodi res, vt audiret populus spiritum Domini descendentem in linguis igneis, vt scires quoniam Christus est Deus, qui sedens ad dexteram patris spiritum suum, spiritum patris mirabiliter visibilitérque in discipulos misit: de Cœlo te fecit audire vocem spiritus descendentis in spiritu vehementi: in specie ignis venit vt cor tuum illuminaret & accenderet. *Deute. 4.*

Cum primum illum hominem Deus creauit cui Euam in adiutorium dedit, in cuius faciem spiraculum vitæ inspirauit, omnia valde bona Deus vidit: ante bona erant, postea valde bona: ante aduentum huius diuini spiritus discipuli erant boni, sed post aduentum huius diuini Spiritus omnia erant valde bona. De hoc diuino spiritu dixit Christus, Docebit vos omnem veritatem, suggeret vobis omnia, ante hunc diuinum Spiritum, non erant discipuli omni veritate perfecti sicut postea, ideo dictum est, donec induamini virtute ex alto. *Aug. to. 10. serm. 1. de Pente.*

Magna planè gratia, duplex gaudium, inquit August. quo abeuntem Christum non amisimus, & venientem spiritum possidemus, ac si dixisset, quamuis Christus ascenderit in Cœlum, illum minimè amisimus, quia nobiscum in sacramento Eucharistiæ mansit, & Spiritum sanctum quem Christus misit iam abundantius possidemus. Quia ratione dicere quoque possemus, quòd Christum possidemus, nam Spiritus sanctus est Spiritus Christi, ipse docuit omnia quæ docuit Christus: ergo habendo spiritum Christi, non amisimus sed possidemus & habemus Christum: sed vtrumque habemus & possidemus. Quemadmodum enim pater à filio non discedens, sed occultans matri illum tradit: sic Christus filios quos genuit Spirituisancto regendos, dirigendos, atque in totum orbem deducendos commisit, manens occultatus in Eucharistia, & sedens ad dexteram Dei patris, eos ibi expectat, paratas sibi habens mansiones: *Simile.*

Tob.5. discessit enim paraturus eis locum. Tobiam iuniorem quem pater & mater domi expectabant, cui omnia necessaria ad iter agendum dederunt, angelicus spiritus sibi à Deo datus, duxit ac reduxit incolumem: sanctos Apostolos quos Christus in mundum misit, & ad dexteram patris sedens expectabat, hîc diuinus Spiritus patri, & filio consubstantialis duxit & reduxit, & filius seipsum panem de Cœlo descendentem in cibum dedit, vt in fortitudine cibi illius totum mundum possent circuire. Antiquo populo dux erat Deus, Apostolis iste diuinus spiritus qui est Deus dux fuit, dux & inhortator. Inhortabatur enim semper eos ad bonum, & nunc quoque inhortatur animam, inhortatur corda fidelium, inhortatur mentem vt declinet à malo, & sequa-
Gen.49. tur bonum.

O Sancte Spiritus, duc me per viam iustitiæ, ne declinem ad dexteram, nec ad sinistram, nè denegata mihi dextera constituar in die iudicij ad sinistram eius qui te misit: sine te quidem erro in via, declino à semita, erit mihi coluber in via, cerastes in semita. Sicut Saülem malignus me arripiet spiritus, & vt consequenter iuxta discursum loquamur contra me sine te omni vento doctrinæ agitatum, quasi contra insensatum pugnabit orbis terrarum: omnis qui inuenerit me occidet me, erunt mihi pericula, & lapides offensionis, inoffenso pede hanc viam percurrere non potero, pericula erunt
2 Cor.11. in mari, pericula in flumine, pericula cum senatoribus
Isa.40. Ciuitatis, pericula cum falsis fratribus: si me duxeris,
2. Reg.11. erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & vide-
Psal.118. bo salutare Dei. Dauid ab hoc spiritu derelictus sicut ouis errauit: motus verò ab hoc spiritu clamans dicebat. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Ab hoc spiritu derelictus Petrus negauit Christum: motus ab hoc spiritu fleuit amarè: ab hoc spiritu populus derelictus, à Deo receſſit, ab hoc spiritu commotus conuertebatur ad

Dominum. Septies in die cadit iustus, septies oret, septuagies septies ploret : nam iste spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus : talem plactum faciat super peccatum suum , qualem facit mater quæ vehementer amat super vnigenitum filium suum, cum videt illum iam mortuum à viuis ablatum.

O homo si scires donum Dei, & considerasses mysteria quæ latent in frontispicio primóque ingressu huius ornatissimæ domus, & copiosissimę vrbis quam humano generi condidit Deus, omnia te homo Dei cognitionem docent, & omnia ad sui conditoris amorem te incitant, trahunt, & impellunt, ne dicam, cogunt : vt Dei effectus sunt, vnum Deum ostendunt & animam in Dei cognitionem trahunt, quia in omnibus, vestigium conditoris apparet. *Por las criaturas se rastrea Dios.* Quatenus omnia homini sunt donata, mouent animum in Dei amorem ; largitus quidem est cuncta, donauit omnia; denegauit nihil : quia hæc omnia dona tibi constituit, his omnibus tanquam quibusdam vinculis te ligauit & funiculis traxit, vt illum amares. Omnia mihi dicunt, (dicebat diuinus Augustinus.) vt diligam te, omnia annunciant : sed Cœlum manifesta voce proclamat, Deum amemus: dedit tibi Deus omnia, ad quid retento corde, quòd Deus petit à te, das cætera, quæ Deus non sibi, sed tibi creauit? Te verò quem sibi condidit & inter corporales creaturas ad sui imaginem fecit non das : te desiderat, & à te amari vult, amorem denegas : cætera das, nihil das: hoc est, quod significauit Paulus, cum dixit, 1. ad Corint. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, id est, nihil Deo gratum reddidi. Nam dilectio est quam Deus vult, amari vult, non ditari, bonorum nóstrorum non indiget. Si cuncta quæ in mundo sunt offeras in holocaustum non comparabitur minimo actui charitatis ; respexit Dominus ad Abel, & ad munera

Aug. in me ditat.

1. *Cor.* 13.

Genes. 4.

eius, prius ad Abel postea ad munera eius, non prius ad munera, quia sine innocentia, & charitate Abel munera non sibi placuissent. Hoc est fratres, quod Dominus petit in hoc Euangelio dicens: si quis diligit me sermonem meum seruabit, cunctis donis postpositis, quæ sine dilectione non sibi placent, amorem petit: Caim munera Deo obtulit, sine interiori dilectione non sibi placuerunt: quod paupercula vetula offert, hoc plus Deo placet, quàm quod diuites offerunt, etiam si illud parum sit, hoc verò multum. Amorem petit, quia ipse Deus amoris præcepta postulat, quia Dominus est. Hoc est quod Dominus postulat, quia hoc solùm sibi gratum est: diligamus ex toto corde, sermonem eius & præcepta eius seruando: vt hîc gratiam postea gloriam donet nobis Iesus Mariæ filius, qui cum patre & sancto Spiritu viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO II.

Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem Abyßi. Geneſis 1.

Sicut terra in principio ſine ornatu erat inanis & vacua, ita Apoſtoli ante aduentum Spiritus-ſancti: poſt aduentum ſpiritus ſancti maximè ornati ſunt.

IN principio temporis, cum Cœlum & terram creauit Deus, terra inanis & vacua, id est, inuisibilis vndique aquis cooperta: cum aquis esset cooperta, herbis, & plantis non erat ornata: ideo vacua erat: vbi paraphrasis Chaldaica habet, squalida seu desolata atq; vacua: Septuaginta verterunt, inuisibilis & incomposita, id est, nullis adhuc vestita plantis, herbis aut arboribus. Quod longè probabilius existimo est, quod inanis dicebatur: quia carebat tunc his quæ cohærenter ornant terram, vt sunt herbæ, plantæ, atque arbores: vacua, quia carebat animalibus, quæ replét terram. Inanis Hispanè,

idem est quod vanum: vanum verò est, quod nihil cohærenter continet, sic nucem, auellanam vanam dicimus, cum nihil intus continent, vacuum dicitur, quando spatium aliquod non continet aliud, non sibi cohęrens, sed tantum replens, sic vas vacuum dicitur, cum aquam aut liquorem, quem potest continere, non continet: Erat ergo terra inanis & vacua, id est, sine herbis & plantis, quæ cohærenter eam ornant, & sine animalibus, quæ eam sine cohęrentia ornant & replent: literæ contextus probat. Nam cum productæ sunt plantæ, dictum est, germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum promiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, id est, cohærenter: cum homo est productus, omnium animalium præstantissimum dictum est. Crescite & multiplicamini, & replete terram: & sicut primò terra dicitur inanis, postea vacua; sic primò dictum est, germinet terra herbam virentem; postea ad pisces maris; Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, & ad hominem: Crescite & multiplicamini, & replete terrā: vtrumque diuersi ornatus perfectionem excludit, diuersimodè tamen vt dictum est.

Recreationis opera dilectissimè operibus creationis correspondent, vt eūdem non alium horum & illorum authorem esse agnoscas, vt per visibilia ad inuisibilia ascendas, vt per ea quæ animus nouit insurgat ad incognita quę non nouit: diuisiones operum sunt, idem verò Deus qui mundum à principio condidit, & qui postea per peccatum Adæ perditum renouauit: à tempore namque transgressionis primi parentis minor mundus, id est homo, informis erat, sine ornatu gratiæ, sine virtutum decore, natura humana squalida erat, tenebræ erant super faciem terræ. Nam homo qui est facies & pulchritudo terræ in tenebris & vmbra mortis sedebat: Sed Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem claritatis 2. Cor. 4.

Dei in facie Iesu Christi, id est, quemadmodum Deus cum mundum creauit, antequam lucem faceret, tenebræ erant super faciem abyssi: postea verò dicendo; fiat lux, facta est lux, quæ totum mundum illuminauit, & tenebras depulit: sic tempore gratiæ illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, id est, vt nos sic luce perfusi & illuminati, possemus alios illuminare, & claram Dei scientiam tradere in facie Iesu Christi, id est, vt perueniat illa cognitio ad cognoscendum Christum esse Deum; sic Ioann. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum. Quibus verbis apertè manifestat Apostolus inter creationem, & recreationem symbolum maximum esse. Quemadmodum ergo Cœlum quod in principio Deus condidit, stellis postea ac luminaribus decorauit, nè tenebræ essent super faciem abyssi, atque ad decorandam terram, aquas in locum vnum fecit congregari: sic in principio legis Euangelicæ, cum voluit omnia noua facere, totúmque mundum renouare, quosdam nouos Cœlos fecit, quos & Apostolos nominauit, hi virtutibus suis cœlo fuere clariores, fide firmiores, dignitate superiores, *Inalterables por paciencia, circulares en perfecion, altos en contemplacion, estrellados por sanctas obras, claros por buen exemplo.* Hos Cœlos nouos quos Christus Dominus spiritu labiorum suorum ad se vocauit, spiritus Domini virtutibus decorauit, & post Christi mortem & Ascensionem mirabiliter veste nuptiali inamissibili, & incorruptibili, desuper vestiuit: vt sicut Cœli super terram extenduntur, sic extenderentur Apostoli super terram vt illam illuminarent, & in melius immutarent, puta à tenebris ad lucem, à vitio in virtutem, à malo in bonum, à sterilitate in fœcunditatem: vt qui sibi viuebant iam non sibi viuerent, sed Christo passo in Cruce, eius Crucis & passionis consideratione armati. Mirabiliter significauit hoc Iob vir simplex, ac timens Deum, cum

Ioan. 15.

Pro Apostolis.

Iob. 26.

capite 26. dixit. Spiritus Domini ornauit Cœlos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus, id-est, per merita Christi coluber tortuosus, ideſt, dæmon eductus est de cordibus hominum, vbi habitabat. Sic enim dicitur, Ioann. 13. Quòd misit diabolus in cor Iudæ vt Iesum traderet: vult enim sicut Deus cor habitare & cordis intima possidere, inde eductus est, & de hoc mundo foras est eiectus, & post Christi resurrectionem, & in Cœlos Ascensionem misit Dominus Iesus spiritum suum vt ornaret cœlos. Iuxta quod inquit Bernard. serm. 2. Pent. post Christi mortem & magnificentiam resurgentis, post gloriam ascendentis, post residentis sublimitatem, non restabat nisi vt expectatio iustorum lætitiam inueniret, & cœli muneribus, cœlestes homines implerentur: ac si dixisset, Bernar. Quemadmodum exultant victores capta præda, & tunc diuidunt spolia, & princeps militibus distribuit dona: quod in Abraham videmus, qui reuertens de prælio decimas omnium Melchisedech obtulit: Sic Dominus Iesus postquam fortissimum Goliath superauit, & dæmonem de mundo eiecit, & vinctos quos habebat de infetis eduxit, & captiuam duxit captiuitatem, conuenienter Spiritum sanctum misit, & hominibus dona dedit, quibus mentes eorum ornauit.

Ioan. 13. *Bernard. serm.* *2. Pent.* *Gregor. 17 mor. c. 18.* *Simile ex.* *Genes. 14.* *1. Cor. ad.*

Ornamenta horum cœlorum enumerat Paulus 1. ad Corinth. 12. dicens. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundùm eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, id est, virtutibus omnibus eos intus ornauit: insuper dona dedit vt Euangelicam doctrinam possent gentibus proponere. Euangelica doctrina est cognitio de Deo, ideo est sapiétia; nam sapiētia est cognitio de re altissima; vt dignè loquerentur de Deo & proponerent doctrinam Euangelicam;

Dedit sermonem sapientiæ, id est, donum & gratiam rectè & suauiter proponendi. Prærequiritur autem cognoscere quòd Deus est vnus non plures: hæc cognitio de Deo haberi potest per cognitionem creaturarum: Dedit eis sermonem scientiæ, vt dignè aptéque atque gratiosè loquerentur de rebus naturalibus: ex cuius cognitione peruenitur ad cognoscendum Deum esse
Matt. 27. vnum, quia ad hoc requiritur audacia. Data est fiducia in eodem spiritu, id est, confidentia, Matth. 17. Discipuli propter incredulitatem non potuerunt eijcere dæmonium: quia ad recipiendum doctrinam requiritur pia affectio, & ad hoc mouetur homo ex beneficijs acceptis, data est gratia sanitatum vt languores curarent,
4. Reg. 5. Naamã & alij ex gratia sanitatum sunt conuersi. 4. Reg. 5. Cum curatus esset Naaman, dixit: Verè scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantùm in Israël, sequitur quantùm ad effectum, nec faciet seruus tuus holocaustum aut victimas dijs alienis. Act. 14. Dum Paulus sanasset claudum existimauerunt esse deũ: sed quia quidam non infirmi sunt, sed salutem gaudentes desiderãt insolita videre, data est operatio virtutum.
Matt. 27. 1. Metaph. Tert cõ. 1. Multi enim videntes signa & mirabilia quæ faciebat Iesus crediderunt in eum. Videns solem obscuratum, dixit Centurio: Verè filius Dei erat iste; quia omnes à natura scire desiderant & reuelare cogitationes: qui diuinum ostendit, dedit discretionem spirituum; sic Samaritana cœpit moueri in Deum, 1. Reg. 16. Homo videt
Ioan. 4. 1. Reg. ea quæ patent, Deus intuetur cor (Iudæi qui resistebant Spiritui sancto non conuertebantur, sed videntes quòd
Genes. 41. Dan. 2. Christus penetrabat cogitationes eorum recedebant ab eo) bene affectus fuit Pharao in Ioseph sicut Nabuchodonosor in Danielem; quia aperuit ei somnia sua; & quia prædicari non potest Euangelium sine peritia proprij idiomatis, vt audientes commodè & suauiter percipiant quod dicitur, Apostoli habuerunt donum linguarum, vt patet Marci vltimo: Linguis loquentur nouis. Quàm admirabile erat (inquit Chrysost.) spectare

Galilæum,

Galilæum, piscatorē illiteratum Barbarum lingua Græca, Persica, Iudaïca, Arabica, disserere, & rhetoricari. Greg. Hom. 30. de Spiritu sancto, inquit, implet námq; citharædum puerum & Psalmistam facit: Implet pastorem armentarium sicomoros vellicantem, & Prophetam facit, implet abstinentem puerum, & iudicē senum facit; implet piscatorem & prædicatorē facit: implet persecutorem, & doctorem gentium facit: implet publicanum, & Euangelistam facit: ô qualis est artifex iste spiritus nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox enim vt tetigerit mentem docet & solùm tetigisse docuisse est: māsit homo per peccatum, vt desertum omnium bonorum, vt defectus omnis perfectionis per hunc diuinum spiritum reparetur.

Chrisost. tom. 5. homil. de Spiritu sancto. *Greg. hom. de Spiritu sancto.* *Dauid. 1. Reg. 16.* *Amos 7.* *Dan. 13.* *Matth. 4.* *Beat. Petr.* *Act. 6.* *B. Paul.* *Matth.*

Natura nostra & quilibet nostrum bene post peccatum comparatur filio nouercæ, qui nō habet propriam matrem, nudus deambulat, inedia laborat, videns se despectū mœrore conficitur: sic homo post peccatū corpore nudus, corde fragilis, animo infirmus, ad molestias anxius, ad timores humilis, ad labores inermis mansit: aduentu huius diuini spiritus virtute induitur ex alto, fortitudine roboratur, animo lætus deambulat & iocundus, & tandem in hoc spiritu clamat; Abba pater, *Ya no es hijo de madastra*, sed regeneratus per filium Dei, in filium Dei clamat, Abba pater; per filium regeneramur in filios Dei, per Spiritum sanctum clamamus, Abba pater, *Ensegna nos a grajear, y como a nignos no ensegna a dezir*; Abba pater. Quoniam autem estis filij Deo misit Deus Spiritum filij sui clamantem, Abba pater, ad Galat. 4. non obscurè quod diximus docet doctor gentium authoritate inducta Spiritus sanctus, disciplinę effugiēs fictum, noluit fandi fictores eligere, *Charlatanes*, qui fabulosis figmentis per dulces sermones vulgus attrahunt, & in conspectu sapientium in despectum veniunt: sed rudes quæsiuit, vt totum quod in eis mirabiliter appareret, huic diuino spiritui qui eos ornauerat

Simile. *Gal. 4.* *Pro Apost.*

tribueretur. Sic antiquitus Moysem balbum ad Pharaonem misit, Saulem asinas requirentem, Dauidémque fratrum suorum minimum de postfœtantes accepit, regémq; Israël constituit, sic Hieremiam puerũ Amos pastorem, Prophetam fecit: vt Deo tribuerent totũ quod in se viderent, murenulas facturus sponsus, tunc quondam sponsę promiserat dicens, Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento; murenulæ secundùm Greg. sunt inaures auribus pendentes. Hier. verò epist. ad Marcellam, colli ornamentum esse putat è collo pédens, ad pectus descendens; formatur autem hoc ornamentum ex auro ductili; dicitur autem murenula, quia figuram piscis murenulæ habet: vermiculatæ dicuntur argento: quia vt hæ murenulæ gratiores appareant, minutissimas particulas argenti artifices auro interferunt; sic enim aurum magis rutilat; nam argẽtum cãdidũ est, aurum rubeũ, veluti cãdoris argẽti oppositum: opposita autẽ iuxta se posita magis elucescunt. Particulæ autem recto ordine dispositę maximam efficiunt pulchritudinem, quæ consistit in quadam partium congruentia: cum quadam coloris suauitate dispositionem partium artifex causat, suauitatem coloris, argentum candidum & aurum rubeum affert. Hi enim colores maximè congruunt pulchritudini, vt eadem sponsa insinuauit, Cant. 5. dum dixit, dilectus meus candidus & rubicundus: his ergo verbis significauit sponsus se daturum sponsæ Ecclesiæ quandam auream sapientiam, de Cœlo descendentem à patre luminum. Quemadmodum aurum inter omnia metalla præstantissimum est, sic scientia de Deo quæ iure optimo sapientia dicitur, præstantissima est; quæ quia intrat per auditum, murenulis quæ sunt in aures, aures ornantes, iusta de causa comparatur. Et ad hoc venit iste diuinus Spiritus, qui fecit murenulas, dum omnia docuit. Hanc sapiẽtiam velut vermiculatam argento, sacri Doctores mundo tradidere, dum dono sermonis sapientiæ gratiosè coram princi-

Hierem. *Amos.* *Cant. 6. 1.* *Gregor.* *Hieron.* *Pulchritudo quid.* *Cant. 5.*

pibus & regibus loquebantur, & scientijs naturalibúsque rationibus, id quod proponebant, ornabant. Incipiat huius rei comprobatio à domo Domini; cœlestis namque Paranymphus Gabriel, à Deo ad Virginem missus, dum Incarnationem Domini ex suis visceribus Virginis annunciauit, & tam diuinum reuelauit mysterium, cum multis alijs quæ ibidem habentur, quasdam murenulas fecit: dum beatissima Virgo, quia non leuis corde, cito non credidit, sed interrogatione facta quæsiuit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? murenulam auream faciens dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, vermiculando eam argento recurrit ad Elisabeth dicens: Ecce Elisabeth cognata tua, ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis. Hæc omnia experiri scirique humanitus possent, his vermiculauit, & credibilem fecit altissimam veritatem, quam annunciabat: & nè existimares Mariam tanquam incredulam voluisse comprobare & experiri quod Angelus dixerat, occurrit Beda libro 1. in Lucam; cap. 3. dicens. Festinat visere Elizabeth: non quasi incredula de oraculo: vel dubia de exemplo, sed vt tæla pro voto. Paul. 1. ad Corint. 15. attulit illud Epimenidis: corrumpunt bonos mores colloquia praua, Actorum 17. attulit illud Arati, Dei genus sumus, vt quidam vestrum poëtarum dixerunt, ad Titum 1. attulit illud Comici: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri, omnia adducit, Hieronym. Isaiæ 50. in principio, cum hæc adducebat, doctrinam reuelatam, quæ sapientia est, vermiculabat argento, dubitat quis de veritate sacramenti Eucharistiæ, debet tunc concionator hanc veritatem vermiculare argento dicendo. Certum est, Deum esse veracem, certum est Deum non posse mentiri & omnipotentem esse: sed in confirmationem huius veritatis multa patrauit miracula: ergo cum ex omnipotentia suà omnia

Pro Annũ. Lucæ 1.

In fest. Visitationis.

Paul.

Hieron. Isai.

Pro Eucharistia potest breuiter referri aut cãtico.

possit, credibile est, quòd sit corpus eius sub his speciebus pluribus in locis, hæc veritas vermiculata hac ratione efficitur credibilis, & ostenditur non incredibilis. Idem dicendum de virginitate sanctissimæ Virginis, si dubitat fidelis de mysterio sacratissimæ Trinitatis, vermiculanda est veritas exemplis adductis in breuissimo tractatu de Trinitate, & certè necesse est vt aliquando concionatores vermiculent huiusmodi veritates, nè fideles fluctuantes omni vento Doctrinę deficiant in fide, quia aduersarius diabolus solicitè circuit quærens quem deuoret. Vermiculabat Christus suam
Ioan. 9. doctrinam cum dicebat: Si me persecuti sunt & vos persequentur: non est discipulus supra magistrum. Volebat namque non solùm authoritate doctrinam proponere, sed ratione iusta comprobare. Ad hoc hodie datus est Spiritus sanctus, vt omnem scientiam, omnem in lingua suauitatem ad Dei verbum proponendum necessariam discipulis daret: nè excusarentur homines illam non recepisse: quia insufficienter proposita: sed voluit vt ex parte proponentium esset suauitas, ex miraculis authoritas, vt inexcusabilis esset qui non admitteret. O malum irriguis lachrymis deplorandum! sunt in Ecclesia mysteria veneranda, veritates credendæ, vermiculatæ & ornatæ rationibus naturalibus: sunt mandata opere adimplenda, consilia voluntariè sequenda si impossibilia apparent, sunt sanctorum exempla imitanda, promissa speranda; Quid tam ingratum esse potest quam tot motiuis & causis quæ nos ad bonum excitant velle cõtraire & resistere? Ad quid Moy-
Exod. 4. ses de post fœtantes accipitur? ad quid Aaron interpres sibi datur? certè ad educendum populum de terra
Sap. 18. Ægypti, de domo seruitutis. Ad quid summus sacerdos cum tam mirabili sacrorum vestimentorum apparatu? Hæc vna inter alias quæ Sap. 18. habetur, erat causa, vt in veste poderis quam habebat totus esset orbis terrarum, vt sic adoraret populus Deum, cuius nomen

erat in lamina, & Creatorem omnium rerum cognosceret. Ad quid populi Israël exploratores præmittuntur, tot tantósque labores perpessi ; certè ad introducendum populum Israëlem in terram promissionis: quia parum erat de terra Ægypti illũ eduxisse, dolendũ quòd cor Pharaonis induratur, & non vult dimittere populum ; dolendum quòd populi cor excœcatur & vitulum adorat, pluralitatem deorum quærit; dolẽdum quòd populus recusat intrare terrã promissionis, quòd tunc, nunc quoque videmus maioribus beneficijs asstricti, non propterea meliores facti. Ad quid Spiritus sanctus descendit super discipulos in linguis igneis? certè ad purificãda labia eorum, verbis vt essent profluí & charitate feruidi: sicut antiquitus purificata fuerãt labia Isa. Ad quid Paulus ter virgis cœsus est, ter naufragium pertulit? certè vt adimpleret quæ deerãt passionis Christi, portando nomen eius inter gentes; Ad quid tot sunt concionatores & prædicatores, ad quid tot vigiliæ & tantus labor in discendis literis, nisi quia imitari volunt primos fidei patres docendo populum : & tamen quia iam non descendit iste diuinus Spiritus mirabiliter docens omnia : necesse est medio labore, illa acquirere : at populus duræ ceruicis vt iuuencus indomitus, surdus auditor contra stimulum calcitrauit, iugum Domini fregit, Domini vincula rupit, abiítque post desideria sua. O cœci redite ad cor, ne sitis sicut terra de qua dicitur quòd tenebræ erant super faciem Abyssi. Peccatum cœcitatis causa est, Caim ex inuidia venit in homicidium, ex homicidio deuenit in mendacium: nam interrogatus vbi esset Abel, respondit: Nescio, ex mendacio obscuratum est insipiens cor eius, & ignorans ius naturæ dixit: Nunquid custos fratris mei sum ego ? qui stat videat nè cadat: stamus per gratiam, sed perseueramus & non cadimus ex diuino auxilio; quemadmodum terra ornata fuit plantis sibi cohærentibus & animalibus non sibi cohærentibus ; sic ani-

Num. 13. Exod. 10.

Isai. 6.

2. Cor. 11.

Habitus theologicus acquisitus, quare neceſſarius.

Hierem. 2.

Peccatum excæcat intellectum.

Simile.

mæ perfectio & ornatus pendet ex gratia sibi inherente & ex auxilio non cohærente, sine quo in varijs tentationibus corruet, & non stabit sicut non stetit Iudas nec Saül, Apostolos existentes in gratia docuit Christus postulare diuinum auxilium illis verbis : & ne nos inducas in tentationem. Venit iste diuinus spiritus vt discipulorum mentes illuminaret, & vt sic illuminati Apostoli alios quoque possent illuminare & inflammare : nos verò niue sumus frigidiores, nocte ipsa obscuriores effecti; venit vt confusionem & diuisionem turris Babel ad vnitatem, & ordinem reduceret. Dolendum quòd sciſſuræ sunt inter nos, bella & lites ex concupiscentijs nostris, nullo modo sic viuentes spiritus amoris, dilectionis & vnitatis erit in nobis. Augu. serm. 2. ad fratres in eremo inquit ; Sicut spiritus humanus nunquam viuificat membra nisi fuerint vnita; sic nec Spiritus sanctus nos viuificat, nisi in pace vniti fuerimus. Cum Saül, odio à Dauid esset diuisus, eum spiritus Domini deserebat: & quia corpus non potest esse sine spiritu, & anima sine Spiritu sancto, aut spiritu malo, inquit sacer textus, factus est spiritus malus in Saül. Horrendum quidem esse debet hoc omni diligenti discordias inter fratres. Sex sunt quæ odit Dominus, septimum detestatur anima eius; nempe, eum qui seminat inter fratres discordias. Statim quòd Sathanas intrauit in Iudam, Lucæ 22. misit in cor eius vt traderet Christum, id est, inspirauit vt venderet Christum, vt dicitur Ioann. 13. Statim abijt de medio discipulorum, quia sicut iste Diuinus spiritus, est spiritus vnitatis & pacis, sic ille malus spiritus, est spiritus diuisionis. Apes inquieta loca fugiunt, & ad mella fabricanda quieta quærunt. Hanc requiem in mentibus quas inhabitare vult iste diuinus spiritus inquirit : Super quem quiescit spiritus meus nisi super humilem & quietum inquit Dominus per Isaiam, ac si dixisset: certum est quòd super nullum alium. *El quieto és retrete de mi descanso.* Re-

Iacob. 4.

Aug. Simile.

1. Reg. 19. Prouerb. 8.

Lucæ 22.

Ioan. 13. Simile.

Isa. 66. & 70.

gina Austri (dixit Christus) surget cum generatione ista in iudicio, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, cum Christus qui loquebatur in Apostolis loquatur in prædicatoribus. Illud quoque nunc dicere possumus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam, quia pœnitentiam non egerunt in prædicatione Ionæ: nam manifestè nobis conuenit, qui nunc concionatorum verba non audimus. Ornauit quidem Abraham seruum suum Eliexer, mutíque repletus muneribus seceſſit in Mesopotamiam, vt Rebeccam adduceret filio suo Isaac: non secus Spiritus sanctus Apostolos omni virtute & sapientia ac dono sermonis scientiæ & sapientiæ ornauit: venit voluntariè Rebecca, nos venire recusamus: ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: dolendum quòd habendo doctores cæci sumus, habendo pastores sicut oues erramus, & cum Dauid non clamamus. Erraui sicut ouis quæ perijt; non sumus virtute consumati & perfecti, sed maximè imperfecti & instabiles, non proficimus & non proficere deficere est, & malis nostris operibus alijs causa ruinæ sumus, & sic non ædificamus, sed destruimus corpus Christi, quod est Ecclesia, inexcusabilis es, ô homo, qui vocatus non venis. Seneca dixit: Si vis amari, ama, ac si dixisset: qui non amat indignus est amari: nil magis ad redamandum prouocat, quàm ipsum amare: ideo qui non amat mirari non debet quod non ametur: sic Hispanè dicimus. *Fulano no merece que le trate nadie, pues no sabe querer ni haze bien.* Si ita est, à fortiori qui amatur ab amico, & ab amico recipit beneficia, si non redamat amantem indignissimus erit, vt amplius ametur. Hoc enim ingentis ingratitudinis indicium est,

Matth.12. *Genes.24.* *Ephes.* *Seneca.*

& apertum signum superbiæ. Si enim vt ametur debet præuenire amando : & aliter inquit Seneca, nimirum quod non ametur, à fortiori si prius amatur & non redamat, omnino indignus est vt ametur: sic è nobis potest applicari ad populum ingratum: qui multis beneficijs à Deo præuentus Deum non amat, quid restat nisi quod à Deo relinquatur? Hoc illud quid potui facere vineæ meæ & non feci. *Todos los medios de dilecion y maneras de obligarlos a que me amen he tentado.* Ac si dicat, iustè possum illos punire atque à conspectu eorum me subtrahere. Cum aliquis à conspectu nostro secedit iratus, manu apprehendimus, verbis blandimus, signa dilectionis ostendimus, nè antiqua amicitia soluatur. Per viscera misericordiæ Dei nostri vos obsecro, vt Deum diligatis, vt hîc diligatis, vt hîc gratiam postea gloriam accipiatis æternam. Amen.

Simile.

IN EODEM FESTO,

CONCIO III.

In principio creauit Deus Cœlum & terram.

In hac concione de fortitudine ac constãtia discipulorum agitur.

IN principio temporis, antequam quicquam aliud Deus faceret, Cœlum & terram creauit & firmitate stabiliuit; quam stabilitatem significauit Spiritus sanctus per os Dauid dicens. Initio tu Domine terram fundasti, opera manuum tuarum sunt Cœli, adeo firmati sunt, quod volens Christus Dominus significare immobilitatem & firmitatem verborum suorum dixit, Matth. 24. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt; ac si dixisset iuxta Hieronymum; facilius est fixa ista & immobilia destrui quàm sermonum meorum aliquid decidere. Ratio maioris

Psal. 101.
Matt. 24.
Hieron.

stabilitatis secundnm Hilarium est, quia Cœlum & terra ex conditione suæ creationis nihil habent necessitatis, vt non sint; verba autem Christi in æternitate deducta, id in se continent virtutis vt maneant. *Hilar.*

Volens Deus nouis mundum renouare sacramentis, nè Apostoli inter mundi huius fluctus fluctuarent, atq; inter procellas & tempestates succumberent, stabiles virtute fecit atque virtute stabiliuit, fortitudine roborauit, vt portę inferi, ideſt, pericula quæ mortem pariunt, & per quæ sicut per portas Ciuitatum itur ad mortem, non possent contra eos prævalere, vt à facie principum non timerent, aut à vultu potentium trepidarent; sed irruerent in Concilium malignantium, & inter senatus potentium. Ad hoc misit Deus Spiritum filij sui, qui est Spiritus fortitudinis, vt hac fortitudine eos super indueret ac vestiret, nè sicut primi parentes primo congressu deficerent, & perpoliti Ecclesię bases ruerent, ac semper dæmon victor euaderet. *Qui so Dios boluer por su honra, y deshaʒer el agrauio.* Notat Chrisosto. dicens, olim in principio quando omnium opifex ac Dominus, ineffabili consilio ac sermone, iuxta imaginem suæ imaginis effigiauit hominem protoplastum concessa faciei corporis illius forma angelici cuiusdam fulgoris; quam speciem mox vt honestatis osor dæmon vidit, inuidit, illamq; per inobedientiam deceptam seduxit & corrupit, fulgorémque illum coinquinans immutauit, quam opifex sermo Deus (ideſt filius qui dicitur verbum & sermo) renouare volens, non iterum sicut olim hominem extrinsecus adorauit, nè iterum conspectus à malo dæmone inuidiam experiretur; qua inuidia pulchritudinis iacturam fecerat: popterea quid fecit Deus? demisit spiritum filij sui in corda nostra clamantem. Abba pater, Spiritus Deus, nostris fidelium spiritibus vnitus est fraterno modo; Erat quidem (fratres) in sanctis Apostolis ante hunc visibilem Spiritus sancti aduentum, fides, sapiē- *Mart. 16. Chrisosto. sermo. 26. de Pente.* *Tomo. homi. de Pe.*

tia, scientia: sed deerat fiducia & constantia, vt coram regibus, & principibus possent Domini Euangelium annuntiare: poterant, iam quidem Christum prædicare (inquit Aug. tom. 10. serm. 1. de Pẽtec.) sed adhuc pro Christo vsque ad mortem certare non poterant, vsq; adeo vt nullum ex discipulis palma martyrij ante aduẽtum Spiritus sancti coronauerit, postquam miro modo facto de Cœlo sono super discipulos Spiritus sanctus descendit, miro modo eos virtute ac fortitudine stabiliuit, & qui antea propter metum Iudæorum se abscondebant, & latentes secedebant, hoc diuino Spiritu accepto, tanquam generosi quidam catuli ex antris exilientes & è latebris emergentes, statuerunt omnem circuire regionem, totúmque mundum peragrare, nomen Domini annuntiantes: quales namque Doctores sanctæ Ecclesiæ ante Aduentum huius Spiritus fuerint scimus, & post Aduentum illius, cuius fortitudinis facti sunt conspicimus, certè ipse pastor Ecclesiæ quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante aduentum huius spiritus fuerit, Ancilla ostiaria requisita dicat: Vna enim voce mulieris perculsus, dum mori timuit vitam negauit: sed qualis post aduentum spiritus existat audiamus. Fit conuentus magistratuum atque seniorum, cæsis denunciatur Apostolis, ne in nomine Iesu loqui debeant. Petrus magna autoritate respondet: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Extunc firmi atque stabiles sicut Cœli, coram regibus & principibus permanserunt: de Cœlis materialibus dicitur Iob 36. Tu forsitam cum eo fabricatus es Cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt, quod istis nouis Cœlis sine dubio conuenit. In quo sensu illud Psalm. 32. Verbo Domini Cœli firmati sunt Spiritu oris eius omnis virtus eorum: explicat Gregor. hom. de Pentecost.

August.

Ex Chryso. Psal. 43. Greg. hom. 30. de Pẽt.

Iob. Psa. 32. Gregor. habetur in cõi Apostolor um.

Quemadmodum ergo in creatione mundi terram fixam & immobilem, cœlúmque mobile, sed firmum

Deus fecit: sic in recreatione cœlos nouos virtute ac fortitudine firmauit. Ad denotandam hanc firmitatem dicitur. Act. 2. quod apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tanquam ignis, sedítq; supra singulos eorum: sic de Christo dicitur Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet & requiescet super eum Spiritus Domini: ideſt, ab instanti Conceptionis fuit confirmatus in omni virtute: iuxta metaphoram, *En comencando à botonar y brotae fue confirmando.* Sic ab instanti aduentus huius diuini Spiritus Apostoli sunt in gratia confirmati & fortitudine roborari.

Act. 1.

Isai. 11.

Confirmatio Apost.

In his quæ diximus dilectè, Dei erga humanum genus commendatur charitas, misericordia ac prouidentia: qui cum adhuc inimici essemus, necessaria ad salutem nostram parabat. Ostenditur autem generale hominum vitium ac resistentia Euangelicæ prædicationis dum Apostolos armabat, antequam in publicum prodirent: argumentum est, Augustſ. tomo. 3. libro de Spiritu & litera ad Marcellum cap. 6. explicans illum locum. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia; vbi inquit. Nec enim qui laudat beneficium medicinæ prodesse, morbos docet & vulnera, sed quãto maioribus medicina laudibus prędicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera & morbi à quibus liberat. Sic, fratres charissimi, dum audimus Spiritum sanctum donum sermonis sapientię Apostolis dedisse, mundi insipientia vituperatur dum dicitur, quod dedit eis sermonem scientiæ arguitur ignorantia qua mundus laborabat, ostenduntur tenebræ in quibus ambulabat; dum eis datur gratia sanitatum, reprehenditur incredulitas mundi, qui sine miraculis non credidisset. Signa (inquit Paulus) non dantur fidelibus, sed infidelibus; dum datur eis discretio spirituum, reprehenduntur qui sunt duplici corde, & duplici animo, & deniq; dum aliqua virtus datur supponitur in-

Augustſ.

Rom. Simile.

Paul.

firmitas, confirmatio gratiæ supponit liberum arbitrium esse flexibile ad malum: nunc non antea cognoui omnia in hominem esse ordinata: audieram sæpe, legeram nonnumquam, sed non cognoueram perfectè vnquam sicut modò; non vnum hoc cognoui sed simul vtrunque intellexi, & omnia propter hominem esse, & omnibus hominem indigere; In excessu meo dixi nobilissimam esse hominum naturam, quoniam cuncta ei deseruiunt, & infirmissimam esse hominum naturam, quæ cunctis indiget. Deo quidem, qui cuncta fecit, cuncta deseruiunt per tempora, dum nullo horum indiget, apparet nobilitas sine infirmitate, in homine nobilitas cum infirmitate, quia indiget his quę sibi deseruiunt. Cum hominem Christum, in hominum salutem prædestinatum conspexi, stupui; nec conturbauerũt me cogitationes meę existimãdo, esse hominibus amore minorem, quia vt caput hominum est prædestinatus, & sic cunctis maior est hominibus: liberum erit cõcionatori agere de qualibet virtute in Apostolis reperta, & de vitio ei oppositio. Ego quidem quod cæpi prosequar, & de fortitudine loquar, quæ contra contradictionem & resistentiam principum data est eis: nam vbique, vt dicitur Actorum 28. legi Euangelicæ contradicebatur. Manifestus est locus Hierem. 1. vbi Dominus ad Prophetam, Accinge lumbos tuos, surge, & loquere ad eos omnia quę ego præcipio tibi, ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum; ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream & in murum æreum super omnem terram regibus Iuda, ideſt, iuxta mensuram resistentię dabat Dominus virtutem ac robur fortitudinis: nõ dedisset eum in columnam ferream, nisi eos ferro duriores vidisset. Ignorabat mundus Dei vnitatem, sequebatur deorum pluralitatẽ, & ignorantia plurium veritatum moralium homines laborabant. Dedit Deus Apostolis scientiam & sermonem scientiæ, Deũ

Nobilitas & infirmitas humanæ naturæ.

Nota.

Act. 28. Hier.

trinum omnino nesciebant: dedit sapientiam in sermonem sapientiæ, vt dignè aptéq; de diuinis rebus loquerentur, cultui idolorum suorum omnino dediti, veritatem audire recusabant, & euangelizantes tormentis tradebant: propter hoc dedit eis Dominus donum fortitudinis. Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti, & dices; Hæc dicit Dominus Deus, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: meus est fluuius, ego feci memetipsum, & ponam frænum in maxillis tuis. Quis sine fortitudine huius diuini Spiritus hominem siue equum effrænem posset infrænare. *Azeros eran menester para enfrenar caualllo tan desaocado.* Ezechiel. 21. Nabuchodonosor dicitur: [Mucro, mucro, Quomodo huic annuntiari & prædicari posset sine fortitudine huius diuini Spiritus; Reuertere in terram natiuitatis tuæ, iudicabo te & effundã super te indignationem meam. De inhonestis & carnalibus dicitur Hieremiæ 5. equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorẽ proximi sui hinniebat; Herodes sicut equus emissarius vxorem fratris sui retinebat; nonne necesse fuit fortitudine huius sancti Spiritus Ioannem esse indutum, vt ipsum argueret? Herodes cum regibus dolosè agebat, dicens; Renuntiate mihi vt ego veniens adorem eum, nonne necessarium fuit cõsilium quod est donum Spiritussancti, atque discretio spirituum, vt per aliam viam redirent in regionem suam? nonne antiquitus necessarium fuit consilium atque fortitudo Moysi, vt populum dilectum domum Iacob educeret de populo barbaro? De Elisęo dicitur Ecclesiastici 48. quòd in diebus suis non pertimuit principem, & potẽtia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod. Hoc in Apostolis perfectius inuenimus post aduentum Spiritussancti; qui eos virtute vestiuit: antea infirmi & velut nudi erant: propter quod Lucæ 24. illis dictum est: Sedete in Ciuitate quoadusq; induamini virtute ex al-

Ezech. 29.

Ezech. 11.

Hierem. 5.

Eccleſia. 48.

Lucæ. 24.

Gen.3. to : Si quando iratus in Adam emittens illum extra paradisum faciens tunicas pelliceas, vestiuit illum contra iniuriam, & intemperiem aëris, & inclementiam Cœli, quanto magis induere debuit Apostolos virtute contra vitia; fortitudine, contra furiam & rabiem furentium hominum, & frementium in discipulos Christi? missi sunt in mundum sicut Daniel in lacum leonum, sicut oues in medio luporum: nunquam sic pater filios, bonus pastor qui animam dedit pro ouibus suis, oues teneras & dilectas, gregem pusillum mitteret in medio luporum: nisi eos Spiritus sancti fortitudine solidasset, ac virtute ex alto vestiret: ideo dixit; quoadusq; induamini virtute

Ex Chriso. ex alto, ac si dixisset: Ego quidem Cœlos extendi, terram fundaui, mare infornaui, ventos compescui, mortem destruxi, vincula mortis disrupi, Chirographum quod contra vos erat Cruci affixi, veterem legem in nouam mutaui: munus Spiritus sancti est, gratia vos replere, virtute firmare, in bono consolidare, fortes in bello constituere, sanguis meus erit redemptio ad captiuos, propitiatio ad peccata, pretium pro seruitute, remissio pro delictis, ablutio ad sordes, potus ad sitientem. Mundum autem, qui in tenebris est, Sicut in principio erant tenebræ super faciem abyssi, Spiritus sanctus qui tunc ferebatur super aquas, vos illuminando, illum inabit. Ipse enim vobis

Cant.5. reuelabit abscondita, manifestabit occulta, aperiet secreta, amara dulcia faciet, difficilia facilia reddet. *El allanara el cuestuaribba de la difficultad.* Armabit contra hostes, defendet ab inimicis, tutabit à seductoribus: sine isto diuino Spiritu irrationabile est, irruere inter inimicorũ castra, & amplissima gẽtiũ regna; Hoc diuino spiritu armati peragrauerũt piscatores (inquit Chrys.) orbem terrarum, infirmum inuenientes ad sanitatem

Tom.1.ser. de Pentec. reduxerunt in ruina positum ad stabilitatem reuocarunt, non scuta mouentes, non arcum tendentes, nõ sa-

gittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Erant quidem nudi sed induti Christũ, pauperes sed diuites, pecunia indigentes, sed regnum cœlorum possidentes, omnia tormẽtorum genera superuerunt, idolorum cultus contempserunt, tyrannidem principum superauerunt. Induit Saul Dauid vestimentis suis, & vestiuit eum lorica, sed non potuit sic armatus incedere, imò arma ipsa & vestimenta Saulis impedimentum erant, quia hominis erant, qui virtutem in experto & armis non assueto præstare minimè valebant. Iste autem diuinus spiritus nullum affert, sed omne tollit impedimentum, & omne adducit solatium, & leuamen omnémque secũ affert virtutem & indumẽtum bonũ. Giesij non potest baculo. Elisęi puerũ mortuum suscitare, quia delegatus non potuit, vt dicunt, subdelegare, & donũ quod acceperat duplicémq; suũ spiritum, puta faciendi miracula, & prophetiæ alteri communicare, Christus vt Deus spiritum sanctũ suum misit, vt homo autoritatiuam habens potestatem sacramenta instituit, quibus potuerunt Apostoli mundum mortuum suscitare. Ad vos, ô diuini verbi concionatores est sermo meus, prædicate quidem Euangelium omni creaturæ, nè cessetis monere populum, si tamen obduratum cor in antiquis vitijs suis permanserit, nè tristitia affligat cor vestrum, aderit aliquando diuinus spiritus qui cor vestrum inflammet, & animos auditorum accendat. Hieremiæ hoc ostendit historia. c. 20. vbi dolens ac tristis nimis inquit Propheta. Factus sum in derisum tota die, omnes subsanabãt me: quia iã olim loquor vociferans iniquitatem & clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium & in derisum tota die, & dixi, non recordabor eius nec loquar vltra in nomine illius. Sed aduenientę secreto igne sancti Spiritus atque in semetipso reuiuiscens, inquit, Factus est in corde meo quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus meis & defeci, ferre non sustinens; cuius cor

1. *Reg.* 17.

Hierem.

timor occupauerat, tristitia possidebat, mæror affligebat: & quem subsanatio & derisus à prædicatione arcebat atq; retrahebat, Spiritus fortitudo audacem, lætitia hilarem, gaudium iocundum, ignis feruidum facit, Hîc idem ignis auditorum corda accendet, vt iam nihil verbo Dei illis sit suauius, nílque magis acceptum: subitò quidem cor mouet atque ad se trahit, quia suauis est, & sua vnunquemque trahit voluptas. Commemorauimus donum fortitudinis, & virtutẽ qua Apostolos induit iste diuinus Spiritus: hoc ad communẽ omnium vtilitatem explicemus amplius, vt huius diuini spiritus desiderio incipiat anima flagrare. In statu illo fœliciſſimo in quo primus homo cõditus est, iustitia originalis ferè omni æquialebat virtuti, si cũ Thomistis dicamus, esse idem cum gratia, & cum Durando, esse idem cum virtutibus quæ moderantur passiones: docet hoc in 2.d.29. q. 2. videndus est Metina 1.2. q.56.artic.9.ad 5. vtriusque oppositum docet Scotus in 2.d.29. quomodocunq; sit, siue per vnum, siue per plures habitus, anima & tota natura nostra erat virtute vestita, iustitia ac rectitudine ornata, patrato peccato mãsit homo spoliatus nec postea potuit se homo virtute perfectò vestire. *Siempre andaua remedandoy roto.* Aliqua semper virtus moralis deest rudi populo, dicatur simpliciter & breuiter quòd homo in peccato est nudus Dei gratia, virtutes quę manent. *Son con como andrajos rotos* quę iuxta Paul.1. ad Cor. 13. sine charitate nihil prosunt: mansit autem anima vestita corpore tanquam corrupto, & squalido quodam indumento, dicente Sap. c. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: quemadmodum militi nudo grauia sunt arma & importabilia, & statim fatigatus non potest progredi, nec ingredi. *Yra tras ni adelante.* Sed fatigatus in terram decidit; Et denique omne asperum immediatè tangens carnem sensibilem, pungit & lędit illam: sic corpus vnitum animę non habenti

Durad.

Scot.

Sap.9.

Simile.

virtutem,

virtutem, aggrauat illam. Non enim omnes quas potest, potest operationes exercere, si tamen miles suaui, & vsitato prius habitu induatur: tunc quamuis super induatur armis, lætus & facilis incedit ad congressum, *Con vn arnes sobre vn jubon estofado.* Sic, si anima virtute induatur, ita quòd inter animam, & corpus mediet virtus, iam corpus non aggrauat animam, quia virtus medians inter corpus, & animam velut murus est & obstaculum, obstans nè corpus impediat studiosas animæ operationes, adeò quòd si virtus omni ex parte perfecta esset, nullum impedimentum esset, si impedimentum cum virtute sentitur est quia virtus. *Esta como tafetancico delgado.* Nec mirum, quod nõ adhuc ex parte grauetur: grauaretur quidem miles armis, si subtili veste solùm esset indutus: quia extrenuus miles militia exercetur: & virtus infirmitate, & laboriosa pugna perficitur, nec coronatur nisi qui legitimè certauerit, adhuc cum virtute animæ manet lex in membris repugnans legi mentis. Virtute vestitus erat Paulus, & tamen hanc legem sentiebat; sentiebat quidem, sed non consentiebat, quia virtute diuini spiritus erat indutus, *No dana la tentacion con el en tierra.* Aggreditur hominem tristitia, sed non contristat perturbando, quia non contristabit iustum quicquid acciderit ei, sanguis supra cor ascensum suum faciet, deerit desiderium vindictæ, quia ignis diuini amoris consumit illud: ira non erit peccatum quia voluntate non consumatur, imò ex virtute in zelum commutatur; dum rationabiliter iuxta de causa ex amore Dei tabescit in præuaricantes inedia, fame, auguſtiis, periculis. Catena circundatur Paulus, sed nec periculis, nec fame perturbatur: caro pungitur martyrium non aufertur spiritus: vas fictile frangitur in quo pretiosum portamus thesaurum, sed non aufertur thesaurum quod intus ab cõditum est, afficiuntur contumelijs, sed ipsi bant gau- *Simile.*

dentes è conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: interior virtus animam circumdabat, & velut murus Ciuitatem, sic eos ab inimicis defendebat. Docet pulchrè Chrysostomus explicans illa verba Matthæi, Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, vbi inquit: Ingrediens spiritus, circumplectitur animam; & quasi muro quodam inexpugnabili circuit eam, & non permittit vt carnales concupiscentiæ prævaleant contra eā: non quidem facit vt caro non concupiscat, sed tenet animam vt ei non consentiat. Hoc Chrysosto. est exemplum. Dux non retrahit militem à pugna, sed exhortatur & iuuat ad victoriam; sic Spiritus sancti gratia non retrahit ab omni pugna, sed iuuat ad victoriam. Iuuat Prophetam regiæ dignitatis qui dicebat: Si consistant aduersum me castra non timebo: iuuabat fœminam Iudith, quæ ausa est adire castra incircumcisorum: iuuabat Paulum, cum dicebat: Quis me separabit à charitate Christi, tribulatio an angustia? *A todo el mundo hare campo, vestido con las armas del Spiritu de Iesu.* Iuuabat cum dicebat; Omnia possum in eo qui me confortat. *Todo es poco, para todo tengo fuercas.* Spiritus sancti gratia dilatat cor. *Haze buen pecho al traba jo,* (cor sub pectore est.) *Vn largo corazon*, Eleganter Abacuch iuxta 70. prædixit cap. 3. ascendit sol & luna, stetit in habitaculo suo: ascendit Christus, & mittens Spiritum sanctum Ecclesia stetit quasi castrorum acies ordinata, *No andaua a sombra de texados como Elias*, Quando fugiebat Iezabel, & Dauid Saulem, sed sicut cum vnctus est in regē stetit manifestus: sic Ecclesia, *Estuuo eu el lugar onde auia de estar*; Quia Christus sol iustitiæ stetit in suo loco ad dexteram Patris. Ecclesia in hoc mundo stetit in suo; *Estuuo todo como auia de estar*, *No acouarda dos los Apostoles*, Sed tanquam duces fortes tenentes sagittam in Italiam & Græciam ad insulas longè ad eos qui audierunt de

Chrisost. Simile.

Psal.

Paulus.

Christo ; Iai. 66. Iste diuinus spiritus est qui virtute vestiuit Adam vt dicitur Ecclesiastici 17. iste est qui cæteros antiquos patres virtute induit : iste est qui superuenit in Virginem antequam Christum cõciperet : iste est qui Christum induit & virtute vestiuit, & in mundum misit, dicente de antiquo Christo Euãgelista in persona eius. Euangelizare pauperibus misit me. Quod enim vnigenitus æqualis est Patri non est gratiæ (inquit Aug.) sed naturæ : Quòd autem in vnitatem personæ vnigeniti, assumptus est homo, gratiæ est, non naturæ : ideſt, quòd sic Deus est natura habet quòd homo sit Deus gratia, fuit & donum Spiritus sancti. Denique Spiritus Domini repleuit orbem terrarum : totus mundus spiritu Domini est repletus: quia totus mundus ex amore est factus, quia sine diuino spiritu nihil est factum, quia ex gratia Spiritus sancti Euangelium in vniuerso mundo est annuntiatum: quid mirum ? Spiritus Domini ferebatur super aquas non sicut lignum super aquas, aut sicut oleum: sed tanquam super materiam fabricabilem virtute quadam effectoria, inquit Aug. tomo. 3. de Genes. ad literam libro primo c. 4. aquæ super terrã spiritus super aquas, spiritus virtute quadam super omnia : ergo totus mundus hoc diuino spiritu repletus est. Sic tacitè dictum est. Omnia per ipsum facta sunt, omnia per ipsum virtute ornata sunt, tolle gratiam huius diuini spiritus ; & Paulus cum cæteris virtutibus nihil est. Igitur quemadmodum ostenditur verbum esse Deum quia omnia per ipsum sunt facta, sic ostenditur Spiritum sanctum esse Deum; proh dolor! mundus hoc diuino spiritu repletus est, & iste diuinus spiritus omnia replet, omnia ornat, omnia vestit, omnia sanctificat, omnia viuificat; proh dolor! peccator sine ipso spiritu vacuus est: proh dolor! sine ornatu est: proh dolor ! nudus est : proh dolor! immũdus, & impius est; profunda meditatione sum cõtẽplatus, & ænigmate vidi quòd hac ratione quasi in-

Isaye 66.

Eccles. Luc. 1.

Isa. 61.

Aug. Tracta. 74 in Ioan.

Rationes quare spiritu Domini mundus sit repletus.

August.

Spiritus domini quare inquietus ferebatur.

quietus ferebatur super aquas: tunc quidem secundùm historiam, ferebatur super aquas: ideſt, super materiam & molem informem, cum tenebræ erant super faciem abyſſi, cum nondum lux erat diuiſa à tenebris, cum nõdum erant aquæ congregatę in locum vnum, cum nõdum omnia elementa erant ſuis plantis, & animantibus condecorata, nõ quidem tunc quieſcebat, ſed quaſi inquietus ferebatur, quia nondum Deus Pater qui in Filio, ideſt cum Filio mundum condidit, quieuerat ab omni opere quod patrarat (filius nil facit niſi quod viderit patrem facientem) & iſte diuinus Spritus Patris & Filij, eſt Spiritus, qui cum Patre & Filio ſimul cuncta faciebat; conſequens ergo eſt, quòd ſi pater non quieſcebat, quòd ſpiritus eius non quieſcebat, ſed quaſi inquietus ſemper ferebatur ſuper aquas. Nunc quidem ſecundùm ſpiritualem intelligentiam non quieſcit, ſed fertur ſuper peccatorem, cum tenebræ in eo ſunt, omnis peccans eſt ignorans, in omni peccatore tenebræ ſunt, in Deo tenebræ non ſunt vllæ, quia nullum in eo eſt peccatum, cum homo ſine peccato, per gratiam ſimilis Deo eſt, ſine tenebris eſt. Tunc quidem Deum diligit, & Spiritus Domini non fertur quaſi inquietus ſuper eum, ſed manet in anima iuſti, quæ ſedes eſt Dei, templum in quo Spiritus ſanctus quietus facit manſionem. *Ioan. 14.* Audi Chriſtum dicentem: Ad eum veniemus, manſionem apud eum faciemus. Cum peccator in peccato eſt non quieſcit in eo, iſte diuinus ſpiritus, nec mãſionem apud eum facit, ſed abijt ab eo, nõ tamen recedit ab eo, ſed quid facit? quod medium eſt inter abire & nõ recedere. Quod in ænigmate profunda meditatione vidi: fertur ſuper eum, mouet illum ſua effectrice virtute; vt plangat peccata præterita & futura non committat; pulſat ad hoſtium vt aperiatur ſibi cor, & inueniat manſionem. Aliter eſt in iuſto, aliter in peccatore; in iuſto facit manſionem, in peccato non facit manſionem, ſed fertur ſuper illum. *Dale golpes y al-*

Spiritus ſãctus aliter in iuſto aliter in peccatore.

debadas para lo conuertir. Non quidem tunc illum inhabitat, sed mouet illum vt habetur in Concilio Tridentino sess.14.c.4. Rom.8. postulat pro eo gemitibus inenarrabilibus, ideſt, postulare facit, ingemiscere facit, & lachrymas fundere pro peccatis commissis, tũc quidem quasi inquietus est, nõ habens mansionem: in peccatore est spiritus compunctionis, in iusto spiritus dulcedinis & suauitatis: in peccatore est spiritus mœroris, in iusto est spiritus lætitiæ & exultationis. Spiritus quidem vnus est vnius substantiæ cum Patre & Filio, ideſt spiritus multiplex est. Sap.7. Quia plures in nobis causat effectus; alios effectus causat in iusto, alios in peccatore; ideo dicimus quòd est spiritus timoris & sapientiæ, compunctionis & lætitiæ. Iuxta quod Hispanè dicimus; *Hombre de oracion, hombre de verdad.* Non multiplicamus hominem, sed effectus quos facit homo, necessarium pro his quæ diximus, subijciamus probationem autoritate maiorum, vbi in vulgata dicitur; ferebatur super aquas, inquit Thargus Episcopus Hierosolymitanus, spiritus misericordiarum ferebatur super aquas, misericordia est ad miserum, miser non est, qui quamuis in corpore multa sustineat corde fixus in Cœlo est, sed qui sine gratia est ille nudus est, non habẽs vestem nuptialem, ille miser est, super illum quasi inquietus, fertur spiritus iste, qui spiritus misericordiarum est: magnus est, magnam prętstat misericordiã magnis peccatoribus, quam postulabat Dauid cũ cõfirmatione huius spiritus. Hieronymus inquit, quòd ibi habetur in Hebræo, Merahephet, quod nos appellare possumus, incubabat, siue cõfouebat, in similitudinẽ volucris oua calore animantis, quadrat per omnẽ modum: nam iste diuinus spiritus est super peccatorem quasi auis animans oua quæ nondum viuunt, incubat verò vt viuant, super pullos qui iam viuunt incubat nè pereant, sic iste Diuinus spiritus super peccatores incubat, vt mortuos viuificet, super iustos vt vitam abundantius habeant

Rom.8.

Sap.7.

Thargus.

1.Reg.24.

nè pereant, cum Saul non erat Dauid inimicus, coram
1. *Reg.* 24. illo sedebat, & mansionem apud illum faciebat: cum verò illum fugiens oram clamidis præscidit, & blandè eum allocutus dixisset; Domine mi rex leuauit Saul vocem suam, & fleuit, sic iste diuinus spiritus qui est spiritus mansuetudinis cum iustis mansionē facit, super peccatores stat clamās nunc terrendo, nūc mulcēdo, vt peccatores fleant gemitibus inenarrabilibus: deterret Labam, mulcet Esau, quorum vterque Iacob de medio viuentium tollere parabat, stat longè, & fortis sicut Dauid, sed non deserit peccatorem: fertur super eum donec oriatur in eo lumē expellēs tenebras. Super Pharaonem incubabat cum ad Pharaonem Moysem mittebat, cor Pharaonis lapis erat non ouum, ideo non fuit viuificatum. Cum plagis, eum cum regno percutiebat, oram chlamidis eius præscindebat vt flecteretur cor, & saltem ex compunctione lachrymas cū Saul funderet, induratum est cor Pharaonis. Pharaones nunc multi, prædicatores animo constantes fortitudine huius diuini spiritus roborati, pauci. Moyses Balbus lingua, fortis animo: linguæ defectum, expedita lingua Aaron supplet, robur & virtutem à Deo non ab alio accipit, res omnino necessaria deesse ab intrinseco non debuit;
Gressu pe. Ezechi. & 17. moral. in Iob. c. 1. nec per alium suppleri. Fortitudo peruersi prædicatoris est elata scientia locutionis, quia inflatus cæteros despicit, & quasi singulariter apud semetipsum intumescit, vt auditoribus placeat aliquid mētiendo audet cōponere: hęc vltima verba sunt, Grego. proh dolor! fabulas poëtarū audent introducere vt hominibus placeāt, quia tota sua fortitudo, vt inquit Greg. in lingua est, cor pauidū est à facie principum, quorum vitia non audent redarguere. Paulum patronum habere existimant qui versiculis Arati, Epimenidis, ac Comici vsus est vt sermone 2. diximus; Sed non habent, quia illud fecit Paulus vt ex concessis, illos conuinceret: nunc fideles Deum trinum cognoscunt, ad quid poëmata passim,

pulchrum argumentum rarò, & iusta de causa Paulus hoc fecit: ergo ego sæpè cum frequentia, & sine intermissione opportunè importunè facere possum, detestor consequentiã, frequentiam autoritatum poëtarum cum lachrymis, odiuit anima mea robur mulieris vt homines alliciat, in vultu, alieno colore fucato est: fortitudo peruersi prædicatoris in lingua est, imitatores Pauli se iactant qui versiculis poëtarum vsus est, imitatores sint Pauli qui sexagesies decem, vt dicunt, Nomẽ Iesus nominauit, imitatores sint Pauli qui Christo cõfixus erat Cruci, qui gloriari nolebat nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, qui si hominibus placeret, Christi seruus non esset, hoc tacent, reliquum excusationi desiderij inanis gloriæ obtendunt: vtinam autoritate publica huic tanto malo succurratur, melior est Moyses Balbus, sed fortis, quam Aaron lingua expeditus, ex infirmitate condescendens populo, Deus qui illos præcederet petenti, quid illi eloquentia, aut disserta profuit lingua? multum per omnem modum fortitudo ac zelus proficeret, sicut profuit Phinees etiam si lingua Balbus esset sicut Moyses, aut puer sicut Hieremias, quo animi feruore possum, te homo obsecro atque exhortor, vt vocem eius diuini spiritus qui clamat post te, audias: vt in illo clames Abba pater, à quo vt filius Prodigus profugus recessisti; si vacuus es, accede ad hunc diuinum spiritum vt repleat: si in tenebris es, vt te illuminet: si mortuus es, vt te viuificet: si sine veste, vt te vestiat: si sine ornatu vt te ornet: si infirmus vt te corroboret; orna thalamum tuum & induere vestimentis iocunditatis tuæ, vt inhabitet in te Dominus Deus tuus sanctus Israël qui elegit te: patris est filium vestire, filij est patri obedire: hoc est quod Dominus requirit hodie à te dicens: [Si quis diligit me sermonem meum seruabit,] Serua sermonem, vt spiritus iam non feratur inquietus super te, sed mansionem faciat & te non solùm moueat, sed inhabitet. [Aperi

Simile.

Exod.

Quid pater filio & quid filius patri debeat præstare.

Cantic.

mihi sponsa mea.] (Dicit sponsus) aperi, vt non solùm pulsem ad hostium, sed intrem & inhabitem, quare, ô miser peccator, cor tuum nõ emolitur tot impulsibus & inspirationibus. *Con tantos golpes y aldabadas.* Semper quasi inquietus fertur super te Spiritus sanctus, excitando te, pulsando ad ostium tuum, & ostium cordis tui semper clausum existit; clausa erat Ierico atque munita, timens exercitum filiorum Israël: sed bellatoribus circumuentibus, atque clangentibus, buccinis, sacerdotibus, muri corruerunt. Quare conclamantibus sacerdotibus, ac Diuini verbi concionatoribus, Spiritu sancto interius mouente cor vestrũ, adhuc cor vestrum durum est ac lapideum? ô stulti aliquando sapite, redite ad Deum vestrum, vt det hîc vobis gratiam postea gloriam. Amen.

Iosue. 6.

DE EODEM FESTO,

CONCIO IIII.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

CVnctis rebus à Deo factis, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, dixit Deus: vt quod Deus erat per naturam, ipse esset per gratiam: per participationem & imitationem, per naturam, esse Deum impossibile fuit, & impium est hoc cogitare: similem illũ sibi fecit Deus, veritas autẽ Catholica quam docet Paul. ad Colossen. 1. est quòd verbũ diuinũ est imago Dei inuisibilis, Spiritus autem sanctus similis est Patri & Filio non tamen imago: rem difficilem, simile, facit facilem, & rem obscuram, exemplum claram reddit ouum ouo simile est, vt vos omnes videtis, nullo verò modo imago, quia per vnum ouum

Coloss. 1.

quod videtis, non cognoscitis illud quod non videtis, effigies verò Cæsaris in tabella depicta, Cæsari est similis & Cæsaris imago, quia per illam cognoscitis, quem auditu audistis, oculis verò non vidistis: cognoscitis autem; quia imago, illum vobis repræsentat, & illud repræsentat, & ad illum repræsentandum; cum proprijs & singularibus conditionibus effigiata est, apparente verò illa imagine, statim condelectamur in eo, quem per imaginem cognoscimus, quod semper contingit, cum propriam nostri imaginem in speculo contemplamur. Quemadmodum nos imagine nostra conspecta statim amorem nostri producimus; sic Pater & Filius se amando Spiritum sanctum produxerunt; hac ergo ratione dicitur homo ad imaginem Dei, quia in homine est natura quæ est velut quoddam esse improductum, respectu aliorum quæ in ipso sunt, & à quo dimanant, ideo assimilatur patri, qui est improductus, in homine est intellectus cognoscens, in quo assimilatur filio, qui producitur per intelligere; est in eo voluntas producés amorem in quo assimilatur Spiritui sancto, qui producitur per velle; doctrina hæc mea non est mea, sed diui Augustini, tom. lib. 13. Confessionum, ca. 11. vbi inquit, Trinitatem omnipotentem quis intelligit, rata anima quæ cum de illa loquitur, sciat quid loquatur: volens illam exemplo manifestare subdit; vellem vt hæc tria cogitarent homines, esse, nosse, velle; sum enim & noui, & volo; sum sciens & volens, & scio esse me, & velle vt sim, & volo esse & scire: in his igitur tribus, quàm sit inseparabilis vita, & vna vita, & vna mens, & vna essentia videat qui potest, ac si dixisset Augu. Sicut esse meum, est idem cum intelligere, & esse cum velle, quia volo me esse, & cognosco me esse, & tamen intelligere non est velle; ita Filius non est Spiritus sanctus tamen tres idem sunt, & vnum esse habent, videns hoc esse difficile intellectu, dixit: Videat qui potest: dicat ergo breuiter concionator, quòd sicut in me qui sum vnus, est esse

Simile.

Homo quare dicatur ad imaginem Dei.

Aug.

Augu. declaratur.

Simile.

meum, est intelligere & velle; sic in Deo sunt tres personæ nempe pater qui habet esse improductum, filius qui producitur per intelligere, Spiritus sanctus qui producitur per velle. Si adhuc non perfectè repræsentatur
Psalm. 4. Deus trinus, excellentia illius esse in causa est, quod nulla valet creatura repræsentare, aut metiri. Huic concinit illud Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine; dedisti lætitiam in corde meo, id est, sicut à te pater Domine cœli & terræ procedit filius, qui est splẽdor tui productus per intellectum, & procedit per voluntatem Spiritus sanctus, qui est amor: Sic in me est quoddam esse: vnde dimanat intellectus, in quo est lumen naturale, & in me est voluntas in qua est amor, ad quem sequitur quædam lætitia (quæ ibi pro amore ponitur) si loquatur Dauid cum Deo, absolutè, sensus erit, sicut in te Domine est quædam persona improducta filius productus per intellectum, Spiritus sanctus per voluntatem: sic in me est intellectus cum notitia mei, est voluntas cum amore mei, & sum ego quædam persona in natura mea, in qua est intellectus & voluntas. Et
Exordium sermonis. ita aliquo modo repręsentatur Trinitas, nec pro nunc plus dici potest: Procedamus ad concionem.

Cum primum illum hominem, cui totus mundus domus & ciuitas erat, pulchrum ad Dei imaginem factum, ac dominatione omnium rerum fruẽtem, Lucifer mendacij ac liuoris pater, vidisset, falsis promissionibus Euã decepit, importunis Euæ precibus, cuius specie Adam fuit oblectatus, à fastigio perfectionis deiecit, & in peccatum induxit, & quod per vim non poterat callidè abstulit. Gratuitis expoliauit & naturalibus vulnerauit, nam sicut vulnus continuas ac cohęrẽtes animalis partes seiungit, diuidit atque discontinuat, faciens illud claudicare cum dolore & labore, incedere gressu non recto, sed obliquo, *Torcido con golpe y bayuen, haziendo la cancadilla.* Sic homo omnia opera moraliter bona, quæ naturalia dicimus, distincta contra fit per naturalia, vt

diligere Deum, operari non poterat, absque deliquio, & defectu. Hæc quoque externa opera quæ videmus absque labore, & fatigatione minimè exercere valebat, vnde in his quoque vulneratus est: sed lepra primi parentis nobis adhæsit, & iure hæreditario vulnus hæreditamus. Ideo nec intellectu omne verum cognoscimus, nec voluntate omne bonum possumus diligere, sed ex suppositione culpabilis carentiæ gratiæ, necesse est in deliquium peccati deuenire. Omnes ex tunc potentiæ declinauerunt; sensus & cogitatio ad malum prona, post desideria sua abierunt; vnaquæque potentia liberè sine rationis imperio suum amplexatur obiectum, concupiscentia, cui oculi maximè deseruiunt, lasciuum amorem; irascibilis, cui manuum vis est ministra, odium sequitur; In intellectu sederunt tenebræ, voluntati amor proprius dominatus est: à planta pedis, vsque ad verticem capitis, non erat in eo sanitas. Lucifer verò semiuiuo relicto abijt ab eo. *Dexandolo qual Dios apiade.* *Luc 10.*

Cum natura in esse naturali maneret (cuius productio patri, cui tribuitur potentia, attribuitur & in prædicta similitudine, ex Aug. patri qui non debuit visibiliter mitti assimiletur) & in intellectu hominis, esset ignorantia, in voluntate prauitas, & amori Dei, qui antea erat, amor proprius succederet; conuenienter filius vt veritatem patenter doceret, & hominem redimeret apparuit, & Spiritus sanctus, vt voluntatem inflammaret & indignè igne diuini amoris igniret: non debuit spiritus in carne apparere & de virgine nasci, nè alius in diuinitate, alius in humanitate esset filius, ratio est Magistri in 3. d. 1. non longè à principio, ac si dixisset Magister; Exterior missio personarum debet esse iuxta ea, quæ ad intra conueniunt personis: filius est filius, conuenienter venit in carne, vt filius; Spiritus sanctus, ad intra non est filius, sed amor; ergo non debuit venire vt filius natus, sed in aëre qui est spiritus, in igne qui

Pater cui tribuitur potentia & productio rerum non debuit mitti.

Spiritus sanctus nõ debuit carnẽ sumere Magister.

Spiritus sanctus cõuenienter venit in aëre, in igne, & in specie colũbæ. Paul.

voluntatem inflammat, in figura quoque columbæ, quæ felle caret, quia charitas quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, benigna est, patiens est, non agit perperam, sed ad omne bonum voluntatem inclinat, affectum mouet, animum impellit, componens mores, facit pacem, quæ omnem superat sensum; vt iam concordiam & amicitiam vires interiores inter se habeant, quæ antea inimicæ erant. Præsentia Christi Pilatus & Herodes qui antea erant inimici, amici facti sunt præsentia charitatis; ira zelus efficitur, concupiscentia terrenorum, in desiderium æternorum commutatur, totúmque hominem, sanum, integrum, pulchrúmque reddit; non obscurè quod diximus, docet Aug. dicens; misit filium suum, quo redimeret seruos adoptaret in filios: filium dedit in pretium redemptionis, Spiritum sanctum in priuilegium amoris, se denique totum seruat in hereditatis adoptionem. Cum omnia ista bona, quæ antiqua mala extirpãt, & in antiquam Dei amicitiam nos restituunt atq; Dei imaginem deformatam in nobis reformant pariter venerint nobis, cum illa gratia & charitate, quæ diffusa est in mentibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, antiquos sectatus patres, præcipuè cum Chrysostomo conclamabo, quod Spiritus sanctus est spiritus pacis & fidei, spiritus gratiæ & intelligentiæ, spiritus libertatis & mansuetudinis, spiritus salutis & illustrationis, nostræ imaginis reformatio, mentis perfectio, animæ instauratio, spiritus est sapientię & intellectus, consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & agnitionis, timoris & exultationis, opulentia est filiorum Dei, æternorum bonorum indeficiens thesaurus, signaculum gratiæ baptismi, Christo nos conglutinat, & copula est vnionis nostræ cum Christo: qui est nostrum caput, lugentium est consolatio, mœroris depositio; mentis requies, sapientiæ communicatio, prudentiæ inuentio; præscientiæ illustratio, hoc prophetæ illustrantur, idio-

Auguſt.

Chryſo. to. 5. ſermo. de Spiritu ſancto.

tæ sapientia condiuntur, doctores declarantur, Ecclesię sanctificātur; ô diuinus Spiritus, qui sic nostram, in pristinum honorem, reformauit imaginem, hîc diuinus spiritus sapientiam attulit, id est, sapidam intelligētiam, scientiam contra ignorantiam, coram Parthis & Elamitis publicè diuina mysteria, coram regibus & principibus, scientiam docent & cœlestem doctrinam eructāt, non frequentarunt academiarum gymnasia, nec ab hominibus scientiam didicerunt & repente huius diuini Spiritus aduentu, simul discipuli & magistri non sine admiratione frequentis populi facti, magna authoritate dicebant: obedire oportet magis Deo quàm hominibus, non sibi hoc tribuebant, sed huic diuino spiritui ídque antiquum esse promissum, authoritate Ioëlis Petrus in persona omnium comprobabat. *Suple esse diuino spiritu cursos de bachilleres, los agnos de passantes, los grados de licenciados.* Et sedens supra singulos eorum cōstituit eos doctores docens omnia, *Fueles borla de doctores.* Sicut Cardinales purpura vestiuntur, sic igne eos vestiuit. *Graduolos por sufficientia.* Simul dedit sermonem scientiæ & sapientiæ. *Suplioles el buen dezir, y discreto razonar.* Discunt homines cum multo labore, & temporis discursu benè & optimè diffinire, ingeniosè diuidere, subtiliter distinguere, variè discurrere, ex hoc in hoc velociter, & celeriter concludere, ex manifestis abscondita, ex apertis obscura, ex patentibus abditissima: ex certis in certa, ex firmiter notis, dubia; ex implicitis explicita, prima illa ac manifesta sessione, alia non expectata, cū in vnum veluti in concilio essent simul congregati, omnia aperuit. Dicebat postea Petrus, magna inquisitione facta, *Simile.* *Act. 15.* visum est Spiritui sancto & nobis; hodierna die sine inquisitione, omnia simul dona Spiritus sancti ab eodem diuino spiritu receperunt: singularia occurrētia; postea inquirebant, celebrantur concilia, confutantur hæreses, & veritas Ioelis testimonio comprobatur & virtute miraculorum confirmatur, & baptismo iam plures in *Ioël 2.*

filios Dei regenerantur. *Con publico gregon.*

Transeamus ad voluntatem, caro pungitur martyrũ, ab impijs equuleis torquentur, cruciantur igne, tradun-
Heb. 13. tur sicut Daniel leonibus, audi eorum constãtiam Paulo teste, omni exceptione maiori, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, nihil potuit eos à charitate Christi separare. Videntes autem Petri constantiam & Ioannis, comperto quod homines essent idiotę admirabantur Actuum 4. Adam in hoc superauerunt, qui primo statim congressu
Act. 4. occubuit. Venditis omnibus, deferebatur precium ad pedes Apostolorum, omnia erant communia, & in oratione omnes vnanimiter perseuerabant. Ideo, ad maiorem sine dubio honorem est humanum genus restitutum per Christum, quàm haberet si Adam non peccasset, vt alibi me dixisse certò scio. Quod nobis in vm-
Dan. 4. bra Nabuchodonosor ostenditur, in hoc enim quòd à regia dignitate fuit depositus, & cum bestijs habitauit, imaginem primi parentis exprimit, qui cum in honore esset non intellexit, comparatus iumentis, similis factus est illis: at verò postea regno suo restitutus, de seipso, dixit: [In regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior addita est mihi.] Sic per secundum Adam maior nobis gratia est restituta, & ad maiorem gloriam sumus adoptati. O fœlices Apostoli, qui iocundissimo die frui meruerunt, qui linguis igneis, in quibus veniebat Spiritus sanctus, tanquam diademate coronãtur reges, principes, nec monarchę, gemma fuit Episcopalis mitræ ac tiaræ, Episcopi à Christo erant constituti, prohibentur secedere & à Hierusalem exire, vsque dum induerentur ex alto, non habentes sacerdotalia vestimenta, prohibentur, per vniuersum mundum dispersi, pastorale munus exercere, vsque dum igne diuini amoris inflammarentur, vt alias oues, quas Christus habebat extra Iudæam, possent salutari pastu

pascere. *Estaua se les texiendo el rico brocado, para el pontifical, vestidos de pontifical,* Episcopale munus exercent: verè hodie adimpletum est illud Baruch, [Circunspice Hierusalem ad Orientem, & vide iocunditatem à Deo tibi venientem, ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem:] sic hodie erant in Hierusalem ex omni natione, quæ sub cœlo est. [Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ.] Tristes & vexati erant Apostoli: nam dicitur in actibus Apostolorum, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, [Circundabit tibi Deus diploidem iustitiæ, & imponet mitram capiti tuo. Mitra fuit Spiritus sanctus, Petrus officio summi Pontificis, & Vicarij Christi fungitur: ante Adæ dominium super cuncta terræ animantia datum est: nunc Apostoli authoritas super cunctos homines conceditur. Quod plus est, & Adæ non conceditur, super cuncta Dæmonia. *Despossyeron los demonios.* Conticuerunt oracula, silentium eis Apostoli imposuerunt. *Atropellaron, y acocearon los dioses, meno spreciando y desestimando su magestad fingida.* Altaria eorum destruxerunt. *Echandolos por tierra.* Sicut antiquitus Dagon fuit proiectus in terram, construuntur oratoria, alternatiua voce psalmi decantantur, labia Apostolorum sicut labia Isaię hoc igne sanctissimo de cœlo descendente purificãtur, quia linguas eorũ purificaturus aduenit, ibi sedisse credendum est: vt illum comederent sicut propheta qui librum grandem comedit, vt sic comedẽtes verbis essent profluí, & igne diuini amoris spirarẽt & eructarẽt. *Que anduuiessen regoldado fuego, como fuertes tiros de artilleria.* Quibus deus mundũ expugnare volebat, hodie linguæ istę cœlũ aëreum disruperunt, à facie Spiritus sancti, qui ignis consumẽs est, montes defluxerunt, Parthi & Elamitę quasi cõturbati expauerũt, videntes nouum inuisum super terram. Viderunt patres à longè perterriti quidem & conturbati ignem sub nube in montẽ Synai

Baruc. 4.

Spiritus sanctus in linguis Apostolorum sedit.

Exod. 19.

descendentem, maiores filij quàm patres, quia maior Christus quàm Moïses, viderunt ignem sine nube: non à longè, sed supra seipsos sedentem: ô dies dierum omnium dierum nouitas, *Nunca la esposa de Christo se vio tan galana, ni seuera.* Nunquam Arabiæ reges, regina Sabba, tale donum inuenire, aut mittere potuit, nec in Ophir reperietur tale aurum, quo Apostoli, qui templum sunt inhabitantis Spiritus sancti, sunt deaurati, & velut gemma pretiosissima coronati. *Nunca vino tal per la de la India Oriental, ni la Esposa de Christo, se puso tan hermosa.* Hodie circundatur varietate, & rex de cœlo veniens astitit à dextris eius nè amplius Apostoli à facie principum & potentum possent commoueri; cuncti hodie mirantur. *La tierra pasma, viendo las nueuas galas de la Iglesia.* Lætantur cuncti videntes noua lumina. *El coracon roba, ver los*
Iosue 6. *nueuos arreboles de las nucuas lumbres de la Iglesia.* Hodie quidem est deaurata & preciosissimis gemmis ornata: ornantur quidem Apostoli non sicut antiquitus summus ille sacerdos legis, corruptibilibus lapidibus, argen-
Cant. 1. to, & auro, sed donis Spiritus sancti. *Esta oy la gleſia vestida de quatro capas, y puesta de veynte y cinco alfileres.* Repleta est gaudio, Dominus seipso compleuit desiderium suum. *Esta alegre y contenta posseyendo don a medida de su desseo.* Tunc quondam cum quasi vidua erat, Christi sponsa, domina gentium, præsentia sponsi carens, cuius animum sponsi amor possidebat atque penitus occupabat, quasi sponsa verecunda, non sponsum alloquebatur, sed patrem, aut saltim ad sponsum quasi ad tertiam personam sermonem dirigés & desiderium suum exprimens, dicebat: [Osculetur me osculo oris sui.]
Cant. 8. Cum postea iam maiori amore incalescebat & desiderium sponsi fortius in ea ardebat, familiarius loquens quasi non erubescens, similibus verbis vtens: amoris puritatem manifestans, non vt sponsum, sed vt fratrem alloquitur dicens: [Quis te det fratrem meum suggentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer

ler te & iam nemo me despiciat.] Non solùm sponsa sponsi incarnationem anxiè nimis efflagitabat: sed incarnationem cum fructibus & donis suis: Spiritumsanctum de Cælo descendere, & supra ora & linguas discipulorum sedere; intellectum eorum illuminare, animum inflammare, sponsi osculum fuit, nam sub osculo labiorum contactus, spiritus & flatus emissio, carnis concalefactio, ac quædam osculantis allocutio tenera; *mi vida*, intelligitur; hodie quidem hæc scriptura adimpleta est, ex hac quidem die, non despicitur spõsa Christi; sed in magno precio habetur. Veniunt ad eam reges & principes, ipseque æternus Pater *non despicit sponsam*, imò hoc stupendo & admirabili dono eam honorat, non solùm Iudæi ex omni natione quæ sub Cœlo sunt eam honorant (puta Parthi, & Elamitæ,) Sed & Proselyti, Cretes & Arabes. i. Gentiles idolorũ cultores, ad Iudaïsmum cõuersi (hi enim Proselyti dicebantur.) *Sub osculo quæ includantur.*

O Christi fideles noua germina sanctitatis, nunc denuò hoc diuino spiritu viuificati, *Alentados*, consequenter ad prædicta loquendo. Quibus verbis vtar nisi quæ in Baruch, cap. 4. habentur: Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, sic decies tãtùm conuertentes requiretis Deum. Vbi propheta consolatur Dei populum annuntians quòd maior futurus erat profectus virtutis post captiuitatem quàm fuerat antea. Quod comprobatur: quia antea multi fuerant idololatræ, post captiuitatem verò pauciſſimi, ideo quasi in decupla proportione, *diez vezes mas*, meliorati sunt. Sic vos Christi fideles æmulamini semper charismata meliora, euntes de virtute in virtutem. Circunspice Hierusalem ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes Dei memoria, id est, in verbo Christi, qui est sanctus sanctorum nunc quidem iusti omnes gaudebant, & gloriabantur: quia sicut promiserat suum misit Spiritum sanctum, cuius fortitudine ro- *Baruch* 4. *Baruch* 5.

borati ibant, gaudentes à conspectu Concilij.

Ad intellectum. O cæci intuemini ad videndum: ô stulti iam aliquando sapite: cæci sunt, & duces cæcorum, quorum Deus venter est, quorum animus est in patinis: cæci sunt & principes cæcorum, qui tyrannydem exercentes, & iustos persequentes, cum commonentur, sicut Pharao à Moyse, dicunt: [Quis est Dominus?] pro nunc dica-

Exod. 2. mus: *Que mal hage*, cæci sunt & duces cæcorum omnes qui auaritiæ studeut. Vbi thesaurus, ibi cor eorum est: *Andan desmaldos buscando dinero.* Cæci sunt & duces cæcorum qui spiritu ambitionis tacti, minis, falsis promissionibus, importunis precibus, dignitates ambiunt, intermedijs principum fauoribus & auxilijs quærunt: Iasonem imitati ad curias regum accedere, vt assequan-

2. Mach. 4. tur, non erubescunt. Hi sunt qui susceptæ benedictionis ministerium vertunt ad ambitionis argumentum: imperio imperant, potentiam sine misericordia in alios exercent, potenter verò tormenta patiuntur, ad cæcitatem pertinet festucam in alieno oculo conspicere, trabem in proprio oculo non videre. *Amicos de notar faltas agenas.* De quorum numero erant qui dicebant, quare discipuli tui non lauant manus? & illi, quare cum peccatoribus & Publicanis manducat magister vester? *Estar*

Ad voluntatem. *en contemplacion la Magdalena, halla repreheſible Martha.* Expergiscere ô homo, & vide, quàm amarum sit dereliquisse dominum Deum tuum, & recessisse à Deo salutari tuo, scito quod ex his duobus quæ diximus licèt valde necessarium sit scire quomodo Deus sit colẽdus,

Aug. & quo pacto via sit sectanda: quia vt inquit August. 11. de Ciuitate Dei, nihil prodest scire, quò eundum sit: si ignoratur via, qua eundum sit; maximè tamen necessarium est firmum animum habere, declinandi à malo & faciendi bonum. Sunt namque multi qui scire vias Domini volunt, de modo vitam æternam possidendi interrogant, cognita verò, illam horrent atque fastidiunt,

Matth. 1. quod historia Euangelica iuuenis indicat Mat. 19. Mar-

cilio. Lucæ 13 .accessit quidem ad Christum, dicens: *Marci 9.* Quid boni faciam vt habeam vitam æternam, sed post- *Lucæ 13.* quam audiuit, vade, vende omnia quę habes, da pauperibus, & sequere me, tristis abijt. *Ida hizo que nunca bolvio.* Immemor illius Hierem. 17. Ego non sum turbatus *Hiere. 17.* te pastorem sequens. Quo exemplo instruimur & manifestè docemur, quanto Euangelicæ perfectioni, diuitiæ impedimento sint, quantum lites & contentiones impediant: ostendit locus Isaiæ 58. vbi interrogantibus & dicētibus quare ieiunamus, & non aspexisti: respon- *Isai.* sum est à Domino, ecce ad lites, & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè. Pacem ergo habete fratres & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gra- *2. ad Cor. 13.* tia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei & communicatio Sancti Spiritus sit cū omnibus vobis. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO V.

Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.

DVx & legislator scribens mundi exordia postquam in communi dixit, quòd formauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, modum formationis in speciali postea enarrans, inquit: Formauit Deus hominem de limo terræ: nos quoque eundem ordinem sequentes, prout Dominus administrauerit, aliquid de hoc festo iuxta partem materialem, ex qua homo formatus est; in salutem animarum nostrarum, huius diuini spiritus exaltationem, nostræ superbiæ humiliationem, superborum auribus insonemus. *Hablemus les al oydo, y digamos le quien son.* Dicamus ergo hæc verba cum præcedentibus cap. 1.

ad imaginem Dei creauit illum, componentes. *Que hizo Dios vn brinquigno de barro donde puso su imagen, y estampo*
Baruch. *sus armas.* Nam iuxta Baruch, cap. 3. Magna est domus Dei & ingens locus possessionis eius, in magna autem
Rom. 9. domo principis, alia vasa sunt in honorem, alia in contumeliam, homo comparatione ad alias corporales creaturas vas est in honorem non in contumeliam, quia ad imaginem Dei creatur, *No para seruir sino para ser seruido.* Inter homines iusti ad vitam æternam prædestinati sunt, vasa in honorem, reprobi verò vasa in contu-
Rom. 9. meliam. *Vaso para beuer, y bagno para lauar.* Hac metaphora vtitur Paulus ad Rom. 9. dicens; An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? & comparans hominem figmento, inquit; nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? iuxta
Iob. quam metaphoram inquit Iob ca. 10. memento quod
Simile. sicut lutum feceris me, ac si dixisset Paulus, quemadmodum liberè figulus absque iniuria luti, potest hanc partem formare in vas ad mensam regis, aliud verò minimè sed ad vile ministerium: ita quoque Deus potuit hunc ad gloriam prædestinare, illum verò reprobare: hoc autem quod de prædestinatione est necessarium ad consequentiam tractatus, breuiter & summis (vt dicũt) labijs percurrat concionator, quia incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & ininuestigabiles viæ eius.

Exordium sermonis. Nos iuxta præcedentem discursum, dicimus; Quòd illum primum hominem, vas pulcherrimum fingere & imaginare debemus, vtpotè à Deo immediatè, absque concursu alicuius causæ secundæ efficientis (quæ ex infirmitate suæ virtutis in effectibus suis deficere solent) formatus absque labe atque defectu; Nam cum hominem ex luto facere atque plasmare vellet, speciale consilium inter diuinas personas habitum est, vt pulcher atque bonus ad Dei imaginem absque vitio inculpabilis prodiret: *Vn pino de oro lindo, como vn serafin hermoso:*

Sed quia solùm inspirauit in eum spiraculum vitæ, & iustitiam atque gratiam Spiritus sancti per modum flatus (sicut Christus discipulis ante aduentum Spiritus sancti, qui passionis tempore defecerunt.) Vas fragile mansit ille primus flexibilis ad bonum, & malum mutabilis à virtute in vitium, potens à statu fœlicitatis in statum miseriæ deuenire. Proh dolor! parum in sua integritate permansit serpens callidior cunctis animantibus medio Euæ, manus ministerio, fregit vas illud pulcherrimum: nam manu fructum arboris vetiti sumpsit, & dedit viro suo, qui comedit, & statim vas illud omni admiratione dignum, angelorum oculis, & omnipotentis Dei gratiosum, fractum est: sicut frangitur vas luteum fragile recipiens vinum nouum. *Simile.*

Nudo pudo contener la fidra y liquor de aquella mancaua: Color optimus primi hominis mutatus est, lætitia eius versa est in luctum, requies in laborem, dominatio in seruitutem, & denique iuxta metaphoram, liquor optimus quem vas illud continebat, effusus est. *Simile.* Nam habitum supernaturalem gratiæ, à nulla creatura corruptibilem, Deus ab eo abstulit. *A casa cayda, quitanle la teja: a ropa vieja, boton de oro.* Huiusmodi exemplis potest concionator excidium illud lamentabile repræsentare volens Deus illatam sibi iniuriam vindicare, & damnum resarcire. *Bolver por su honora, y defender los suyos.* Atque ostensionem iustitiæ suæ manifestare vas quoddam puta Christum spiritu sapientiæ, & scientiæ repletum, & omnium virtutum genere refertum fecit, & per mortem frangi voluit, culpabiliter, Iudæorum perfidia, magistratuum atque seniorum concilio, sibi mortem procurante; vnguẽtum optimum effusum est (suauissimo balsamo) quo vulnera & vlcera nostra curantur. Dicente Propheta, liuore eius sanati sumus; adolescentulæ ex dilectione Christi in odorem huius vnguẽti cucurrerunt, huius vnguenti odore domus Dei quæ deorsum est puta Ecclesia militans repleta est, & vsque

ad illam quæ sursum est peruenit: nam odoratus est pater hunc odorem suauitatis melius quàm holocaustum quod obtulit Noë Genes. 8. Fuit sicut odor agri pleni, Gen. 27. odor fuit suauissimus Domino; Exo. 29. Leuit. 26. Nume. 28. Antequam frangi cepisset hoc vas in Circuncisione (cui festo potest totus iste discursus deseruire.) Angeli odorantes illum decantarunt pariter, Gloria in excelsis Deo, hoc vas callidissimus serpens frangere attentauit; non potuit: quia Spiritus sanctus quiescebat in illo, cum omnium gratiarum plenitudine, dicente Propheta, Requiescet super eum spiritus Domini. *Un punto no lo dexara, ni del se apartara.* Iterum iuxta metaphoram, spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me. *De alto a baxo me bagno con su gracia.* In sanctum sanctorum, in Christum suum populi Saluatorem, in virum secundùm cor suum, non ad tempus sicut Saül, in Sacerdotem, non in longitudinē dierum sicut Aaron, sed iureiurando in sempiternum, sicut Dauid, & Melchisedech vnctione misericordiæ suæ vnxit me: vt prædicarem annum placabilem (contra diem illum iræ in Adam) misit me vsque ibi.

Genes. 8. *Genes. 27.* *Exod. 29.* *Leuit. 26.* *Num. 28.* *Pro Circuncisione.* *Pro Domi. 1.40. breuiter.* *Demon Christū tētauit.* *Isa. 11.* *Isa. 61.* *Regnū & Dominus Dauid & sacerdotiū Melchisedech in æternum.*

Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, id est Apostoli qui tanquam vasa ad portandum hoc vnguentum inter gentes fuerunt electi, vt ex historia Pauli in Actibus Apostolorum qui vas electionis dicitur, docemur: vt hæc vasa indurarentur, & ne ea serpens callidissimus cunctis animantibus terræ callidior, frangere posset; medijs manibus hominum impiorum, & iniquorum, igne diuini spiritus mirabiliter de Cœlo descendente eos indurare volens in linguis igneis hunc eundem spiritum hodierna die in eosdem Apostolos misit. Prouidus namque figulus (vt semper consequenter loquamur,) non solùm ex luto humida substantia vasa fingit, sed eodem vasa igne humiditatem consumente, vt hominum ministerio sint apta, indurat. Vasa enim limosa, cenosa & lutosa igne firmantur ac consolidantur. Aliter futilia

Act. 2. *Simile.*

essent. *Recumirse hian*, & ad ignem apposita frangerentur. Sic iste diuinus spiritus, descendēs in linguis igneis, eos indurauit nè igne passionis frangerentur: & aquæ tribulationis futilia manerent; clibanus fuit domus illa, in qua Apostoli erant sedentes, hanc totam domum, descendens, repleuit. *O que buena hornada de precioſiſsimas porcelanas.* Ignis lutum indurat, ceram mollem reddit, ignis Spiritus sancti cor durum per compunctionem emollit. Sic verò emollitum, & ad deuotionem redactum, fragile tamen & timidum, dono postea fortitudinis indurat. Iuxta quod vir simplex & iustus, ac timēs Deum dicebat: Deus molliuit cor meum, & omnipotens cōturbauit me: Ideo labore & temporali afflictione; ad maiorem perfectionem virtutis, misericordiæ, ad contemptum bonorum tēporalium, deueni. Sequitur de induratione per virtutem fortitudinis. Non enim perij, propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo; ideſt, potestates tenebrarum, quę aduersus me militant, non pręualuerunt contra me: nec à domino sum derelictus. *Noſe me cubrio el roſtro con verguenca de verme vencido*, Vtrumque quidem in Petro Apostolorum principe videmus: dum enim mori timens vitam negauit, fractus est, tanquam vas fragile. Postea verò emollitus, per compunctionem & dolorem, fleuit amarè. Postea verò fortitudine firmatus, robore huius sancti Spiritus induratus, audacter clamat, in conspectu principum dicens; Obedire oportet Deo magis quàm hominibus: despexit inflammatum cor tormenta, quæ antea metuebat. Frangi antea permisit Deus, vt sublimitas & honor esset Spiritus sancti, non ex nobis. Argumentum est Pauli 2. ad Cor. 4. vbi inquit. Habemus thesaurum, in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis. Sic Deus infirmitatem nostram permittit, vt sublimitas & virtus roboris sit; id-est, cognoscatur esse ex Spiritu sancto. Apostolis cōuenienter potest adaptari illud Psalmi 102. Quomodo

Iob 23.

Paul.

Pſal.

miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se; quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus, cognoscens pater, esse figmentum fragile indurauit eos. De vitro dicunt quòd certo gradu caloris, *Dandole cierto templa*, taliter induratur, quòd nullo modo frangi potest. Sic Deus noster; diuini verbi prædicatores, voluit igne indurare, *Temple les dio que no se pudierunt despues quebrar*. Quia in gratia, ex illa hora fuerunt confirmati, & scientia illustrati, & illuminati, dono linguarum condecorati; vt sciétia, verbo & doctrina, totum mundum possent illuminare. Omnes cõditiones boni prædicatoris, breuiter & pulchrè, Ezechieli in curru illo igneo, demonstrantur: pedes namque illorum animalium, qui currum portabant, recti erant, & scintillæ, quasi aspectus æris candentis. Pedes & gressus prædicatorum, recti esse debent: ad iniquitatem non retorti, non debent domos alienas circumcursare, hac atq; illac circumuagare, nam non facilè doctrina eius accipitur si fuerit leuis in moribus. Scintillæ quasi æris candentis. Duo in vnum coniungit nempe æris metallum quod valde sonorum & firmum est, & scintillas quæ metallũ candere & quasi ardere faciunt, ad significandum quòd vox prædicatoris, debet longè latéque, diffundi & clarè audiri; Iuxta quod, Psal. 18. de Apostolis dicitur: in omnem terram exiuit sonus eorum. Debéntq; esse constantes & firmi, & quod amplius est, eorum vita debet scintilla saltim ignis Spiritus sancti, ardere: vt possint cor auditorum incendere. Venit namque iste diuinus ignis, vt lapsæ naturæ morbum sanaret, torpentem excitaret, & voluntatem in diuinæ legis studium inflammaret; Productis cũctis creaturis, cum dies quintus inclinaret, & sextus eluceſceret; faciamus hominem, dixit Deus. Omissa ratione diuinæ prouidentię & prędestinationis, comparatione ad alias creaturas, quibus modò, tanquam caput pręest: ideo illum creauit; quia

Simile.

Ex Greg. ibidem.

Psalm.

deerat lingua, quæ omnium rerum conditorem laudaret: non dissimiliter, postquam Christus Dominus pẽdens in Cruce dixit: Consummatum est. Omnia erant perfecta: tamen deerat lingua, quæ copiosam redemptionem, verbi Dei Incarnationem, Trinitatis personarum indiuisionem, narraret: ideo in linguis igneis, hodierna die, in sanctos Apostolos descẽdit. Mens verbum concipit, rem conceptam, lingua quæ interiorũ mentis conceptionum est interpres, declarat: Spiritus sanctus amor est, qui de substantia patris: quemadmodum ergo filius qui accepit à patre illum clarificabat nomen patris continuò, ac sæpè annuntiando. Iuxta quod Ioan. 17. Dixit. Ego te clarificaui, super terram: sic Spiritus sanctus, qui à filio acceperat, debuit venire in linguis, vt Christum à quo acceperat clarificaret iuxta illud Ioan. 16. ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Quid deest post huius diuini Spiritus aduentum, nisi vt dominum, continuis vt possumus, laudibus pro tãto beneficio laudemus? dicentes cum Dauid. Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo. Conuenienter ergo venit in spiritu vehementi, & linguis igneis, vt sicut vehemens, eos veheret: & sicut ignis, inflammaret. Vbi erat impetus, illuc gradiebantur, motioni diuini Spiritus promptissimè, & delectabiliter, absq; resistentia aliqua, obediebant. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, qui facit Angelos spiritus, inuisibiles Angelos facit, idest nuntios; *Mensajeros y embaxadores*. Idest: Deus volens habere nuntios velocissimos, cœlestes spiritus qui corpore non retardantur, nuncios fecit. Isti enim sunt velocissimi, & isti sunt ignis vrens, quia maximo amoris ardore ardent. Ecce nunc grande miraculum; homines qui corpore grauantur, & tardo famulatu corporis in ministerio vtuntur: & qui sicut niues frigidi erant, mouentur nunc, post aduentũ Spiritus sancti, velocissimè. Nam veloces sunt pedes Euangelizantium pacem,

Ioan. 17.

Ioan. 16.

Psal. 33.

Psal. 103.

Euangelizantium bona. *Con sus patas pesadas son vn viento, y vnas aguilas.* Qui sunt isti, qui vt nubes volant? *Quien ha hecho hombres terrenos hallar el Cielo aereo discurr riendo con velocidad amanera de spiritus*, Amplius sicut cœlestes spiritus iam sunt ignis vrens; qui antea erant niuis. Qui dat niuem sicut lanam, ideſt, frigidos, & tepidos In Dei amore, diuina virtus facit callidos, sicut lanam, vt alios foueant; quod in Paulo videmus. Nũc verò docemur quòd dat niuem, sicut ignem: quia facilè est, subitò honestare pauperem, & repente mutare à viâ perditionis, in viam salutis; Nihil ei resistit, omnia ex nihilo creauit, ideo frigidum sicut niuem facit, callidum sicut ignem, quod in eodẽ Paulo & Magdalena videmus, Hominibus dat munera, & proprietates Angelorum, ergo dominus est, ac creator visibilium & inuisibilium.

Psal.147.

Ad mores. Ad mores ministros suos spiritu moues, & igne accendit, quia, tãquam spiritum; & ignem, puros nos esse vult. In principio enim iste diuinus spiritus (vt docet Paulus ad Rom. 8.) postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Ideſt, postulare nos facit: tunc enim facit nos lachrymas fundere, antiqua peccata plangere. Sic Petrus post negationem fleuit amarè, sic mulier qui erat in Ciuitate peccatrix, cœpit pedes Domini lachrymis rigare. Iuxta quod Dauid, exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Hoc incipientium est, qui veniã petunt, & peccata sibi ignosci postulant, auribus percipe lachrymas meas. *Oyd y leed la peticion que echo en vuestro diuino consistorio*, Lachrymis meis stratum meum rigabo: *Lagrimas es vna agua derosas cõtra el mal olor del peccado.* Postea verò cum amplius proficiunt iusti, non lachrymas fundunt, sed frequentia & continua, semper orantes & nunquam deficientes, & suspiria magna emittunt, petunt pennas, vt Aquilæ: vt volentad cœlestia, sed cum ignẽ sancti Spiritus sentiunt, petunt dissolui, & esse cũ

Rom. 8.

Luce.7.
Psal.118.

Christo. Plorat Maria Magdalena, cum erat in Ciuitate peccatrix; sed cum postea dominus apud Martham hospitatur, iam non plorat, iam tacens optimam elegit partē: stans secus pedes Domini, audiens verbum illius. Dauid post peccatum lachrimis stratum suum rigabat, exitus aquarum oculi sui deducebant, potū cum fletu miscebat, at pane lachrymarum cibari postulabat dicens. Cibabis nos pane lachrymarum. *El llorar quiero sea mi comer, y beuer.* Postea verò cœlestē patriā ardenter nimis desiderās, dicebat. Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & volabo, & requiescā. *Querria dexar de ser anadin patin, y leuantarme abolar con simplicidad de paloma.* Tandē mortē tardā venire dolēs dicebat. (Heu mihi quia incolatus meus prolōgatus est.) & iterū (Satiabor cū apparuerit gloria tua.) Hęc tria in naturalibus quęramus: lignū humidū igni appositum, spumā & aqueū humorē emittit, postea fumigat, tandē inflammatur: hoc cōtingit viris spiritualibus peruenientibus ad perfectionem, quibus adaptari potest illud Psal. [Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.] Intellige amoris quem venit Christus mittere in terram; post lachrymas enim, post suspiria, ad ignem perfectissimi amoris perueniunt velut quibusdam gradibus, sic Apostoli baptismū aquæ recipiunt, postea insufflatur eis Spiritus sanctus. Deniq; descendit diuinus iste ignis, qualis excessus est inter ipsa elementa (nam aër aqua est altior, ignis vtroque elemento est sublimior) talis imaginandus est in profectu virtutis, & in Sacramento significationis (Sermo est de Sacramento largè) credo quidem, quòd maior gratia data fuit Apostolis cum Ioann. 20. insufflauit Christus in eos Spiritum sanctum quàm cum baptizati sunt: & maior nunc cum ignis de Cœlo super illos descēdit: Deus enim in collatione gratiæ signis vtitur visibilibus per quæ inuisibilia videamus & cognoscamus. Primus ille; generatione secundus, qui Deo sacrificium obtulit, vel sacrificasse legitur,

Luc. 10.

Psal. 119.

Simile.

Psal. 8.

Genes. 4.

Epitheta. Abel.

Genes. 4.

cuius sactificium Dominus acceptauit, qui primus pœnam mortis Adæ inflictam expertus est, in quo Adam facie ad faciem, non in speculo & ænigmate, sententiã sibi impositam completam vidit, qui primus est martyrum, qui proprium corpus proprio sanguine purpurauit, qui primus fratricidium est passus, qui agni qui occisus est ab origine mundi primò figurã tenuit, (hæc
Apocal.5. enim inter alias vna est ratio quare Christus dicitur occisus ab origine mundi) in sudore vultus sui, primo pane vescitur, tanquam filius primi parentis, pastor enim erat & pro ouibus multa patiebatur, secundò ex desiderio, Deo suo munera offerre constituit, vltimò, diuini amoris igne succensus, illum optimis quæ habebat (super huius sacrificium ignis, vt dicunt expositores, descendit) sacrificium Deo grato obtulit (Theo-
Eccles.48. docionis translatio sic habet. [Et inflammauit Dominus super Abel, super Caim verò, & super sactificium eius non inflãmauit) Elias quoque cuius verbũ quasi facula ardebat, qui receptus est in turbine in curru equo-
3.Reg.18. rum igneorum: primò aquam super sacrificium infundit, postea clamat, deniq; ignis de Cœlo descendit, qui sacrificium consumpsit: sic Dominus Christus, primò discipulos baptizauit, postea insufflauit Spiritum sanctum, deniq; ignem misit; sic anima, primò fundit lachrymas, postea suspirat, & clamat ad Dominum, & procedendo de virtute in virtutem, viri perfecti igne Diuini amoris inflammantur & per martyriũ exoptant
1.Ioan.5. dissolui & esse cum Christo: beatus Ioan. inquit. [Tres sunt qui testimoniũ dant in terra Spiritus, aqua, & sanguis.] Idest quemadmodum in Cœlo tres personæ dãt testimonium, idest, manifestant veritatem mysterij Trinitatis quod nunc credimus: sic veritatis naturæ humanæ à verbo assumptæ, tria dant testimonium, nempe spiritus, qui discedens à corpore mortuum illud reliquit (ex morte enim cognoscimus quòd in Christo diuinitas non erat loco animæ, vt falsò dixit Arrius

Apollinarem sequitur : quia diuinitas vbiq; est. Immortalis & inseparabilis) insuper spiritus, ideſt, anima Christi in triduo descendens ad inferos, testimonium fuit sanctis patribus , ergo in terra & subtus terram Spiritus Christi testimonium perhibuit veritati suæ naturæ , dum corpus pependit in Cruce , & lancea vulneratum,aqua & sanguis inde dimanarunt,apparuit veritas corporis ; non erat enim phantasticum (vt dixerunt Manichæi & Marcioniſtæ) nec erat corpus cœleſte , vt dixit Valentinus , sed carneum , compositum ex aqua , sanguine & cæteris humoribus: & hi tres vnũ sunt , quia pertinent ad eãdem humanam naturã Christi; sic tres sunt qui testimonium perhibent an simus filij Dei,aqua ideſt lachrymæ,spiritus,ideſt suspiria. Iuxta quod inquit Cyprianus sermone de Cœna Domini. Cum te inconspectu Domini video suspirantem , Spiritum sanctum non dubito aspirantem , ideſt,vehemẽs est coniectura. Sanguis ; ideſt amor martyrij : infœlix anima quæ nihil horum sentit : multi etsi iusti sint lachrymas non effundunt, nec martyrij desiderio tenentur;ex hoc non infœlices , sed ex hoc quod desiderium boni operis non sentiunt. O cor æneum durioribus lapidibus durius. [Scindite corda vestra, non vestimenta vestra.] Supra vestes cor tundis extremitatibus digitorum,nonnunquam compressa & constricta manu percutis;interitus scinde, peccatorum tuorũ acerbo luctu; continua peccatorum consideratione , frequenti meditatione. Lachrymis irriguis prius peccata tua laua, procedẽdo de virtute in virtutem,ad desiderium mortis pro Christo aspira. [Detracta pelle hostiæ, & artus & fruſtra concident , & subijcient in altari ignem, strue lignorum ante compositа ; & membra quæ sunt cæsa desuper ordinãtes , caput videlicet, & cuncta quæ adhærent iecori ; intestinis & pedibus lotis aqua.] Bone Deus quare intestina & pedes lauari priusquam offerri iubes ? Vtiq; quia intestina , fimum & sordes con-

An simus in gratia scire non possumus, sed ex nonnullis conijcere possumus an Spiritus sanctus sit in nobis.

tinent, pedes lutum calcant, & ideo tanquam lauentur non debent igne cremari, & in odorem suauissimum Domino euaporizari; cæteræ corporis partes, absque ablutione præuia, possunt igne concremari & in odorem suauissimum Domino offerri. Cor nostrũ, vt inquit Chrysostomus, radix est cogitationum, fons cupiditatum. *Fragua vofficina de toda maldad.* Nam testimonio Saluatoris docemur, quòd inde procedunt homicidia, adulteria, & furta, nisi prius abluatur quonam pacto in holocaustum suauissimi odoris potest igne Spiritus sancti concremari & Domino offerri? laua prius lepram cum Naaman, vade ad natatoriam Siloé, lauare septies, ideſt, perfectissimè; originale laua aqua baptismi, actualia post baptismum commissa laua effusione lachrymarum, & si oculus tuus, cor tuum, intentio tua simplex ac recta fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: diues est in omnes qui inuocant illum; omnibus dat affluenter, qui petunt confidenter nihil hæsitãtes in fide, pete capiti tuo aquam, oculis tuis fontem lachrymarum, laua pedes tuos [time cum sponsa coinquinare illos,] laua gressus tuos, intentionem tuã. (Hæc per pedes significantur) ne cesses petere, & dicere, Gressus meos dirige:) Sic Dauid Psalm. 50.) Cor contritum & humiliatum Deus non despicies,) ideſt, cor gemens ac lachrymas fundens Deus non despicies sed respicies sicut sacrificium Abel: tale quod est dispositum cœlesti igne comburatur, sicut sacrificium Eliæ quod prius aqua fuerat perfusum. Cum cor gemit, & lachrymas fundit iam sicut lignum fumigat, & dispositum est vt accendatur & igne cremetur, ignis & aqua contraria sunt lachrymæ; & ignis sancti Spiritus contraria non sunt, imò vnum disponit ad aliud, ideo Spiritus Domini, qui in mundi exhordio ferebatur super aquas, in fine mundi in igne descendet. Cũ pedes alicuius lauantur à sordibus, linteo deficcantur, postea igne calefiunt: lachrymis Magdalena Christi pedes

Epiteta cordis.

Matth. 6.

Iacob.

3. Reg. 15.

Simile.

lauit, capillis terſit, ſedens ſecus pedes calefaciebat: lauit prius Chriſtus pedes Diſcipulorum, accinctus linteo tergebat, ad pectus proprium plantam pedis diſcipulorum trahens; (hæc eſt forma lauantis pedes) ſine dubio calefaciebat; tandem potu & cibo ſanguinis & corporis ſui cor calefecit; ſic poſtquã diſcipuli aqua baptiſmi fuerunt abluti, & Petrus fleuit amarè ad omnem fęcem cordis conſumendam, hunc ignem diuinũ de Cœlo miſit. Laua cor lachrymis. Adure igne diuini amoris, ne quieſcas ire de virtute in virtutem, & progreſſum ſemper facere à bono in melius; nam non proficere eſt deficere, & exiſtimare ad terminum acceſſiſſe, recedere eſt; & periculum ſuperbiæ, & inflationis eſt.

O terrena compago, limoſa ſubſtantia, quare puluis & cinis ſuperbis, de nobilitate, de ſcientia, de prudentia, de diuitijs, de potẽtia & honore; quare cor tuũ ambitione torquetur, honoribus intumeſcit, & extra dominũ cuius eſt totũ quod es gloriaris? nõ magis in hoc, quòd cum lutum ſis, Deum Patrem appellare audes? agnoſce ô homo ad quãtam dignitatem ſubuectus ſis ab hoc diuino ſpiritu: filius Adæ eras, filius iræ eras, Deum iudicem, æterni Patris maledictionem expectabas: & iã teſte Paulo, in hoc Diuino ſpiritu audes clamare (Abba Pater) docuit te Chriſtus dicere; Pater noſter qui es in Cœlis, ſed hoc nihil profuiſſet, niſi in hoc ſpiritu clamaſſes: [Abba Pater] Hæreticus audit, Iudæus audit, Paganus audit, quòd Chriſtus docuit clamare & dicere; (Pater noſter.) ſed nemo niſi in Spiritu ſancto dicere poteſt, (Ieſu,) nec (Pater noſter,) niſi ille intus doceat, quæ verbo docuit Chriſtus, nec cor credit, nec labia mouentur ad clamandum, (Abba Pater, nec aliquid prodeſt ſermo auditus, mera ſcriptura manet, quæ tibi non prodeſt quicquam, verba Chriſti (teſte Principe Apoſtolorum) verba vitæ ſunt, ſed ſine iſto diuino ſpiritu, tibi non ſunt: ideo benè à Chriſto dictũ *Rom. 2.*

est, [Suggeret vobis omnia quæcumq; dixero vobis,] & iterum, [Docebit vos omnem veritatem,] ideſt, neceſſe eſt vt vos credatis, & vt credentes perſeueretis, quòd eadem, quæ ego docui, Spiritus ſanctus interius doceat, aliàs deficietis in fide: vſq; modo pater operatur, & ego operor, Ideſt, nè mundus in nihilum redigatur, neceſſe illum cõſeruare & noua indiuidua, & generationes cauſare: ſic eadem quæ Chriſtus docuit, neceſſe eſt vt Spiritus ſanctus intus ſuggerat, latenter doceat, & interna quadam inſpiratione manifeſtet: ná exteriora mea, credentes, & non credentes audiebant, qui ab hoc diuino ſpiritu mouebantur, illi quidem recipiebant: ideo neceſſe eſt quòd Spiritus ſanctus doceat, quæ ego doceo: ab hoc ſpiritu habes hanc dignitatẽ, quod Deũ Patrem audeas appellare, cum ſis lutũ de limo terræ formatus. O homo lauda Deum, ab amore, à bonitate, à condeſcenſione, à pietate: quia pater à te vocari permiſit, & totum hoc ab hoc diuino ſpiritu, tibi prouenit, in quo clamas, [Abba Pater] cum cognati Tobiæ illum irriderent dicentes, [Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas?] increpãs, eos Tobias, dicebat. [Nolite ita loqui, quoniã filij ſanctorũ ſumus:] Sic nos sẽper debemus bene viuere, quia adoptati ſumus in filios Dei. O inſenſati homines, tranſite ad inſulas Cethim, & ad Cedar mittite, & barbaras nationes peragrate & videte. Si inuenietis hominem, doloris cupidum, paupertatis amatorem, fœlicitatis contemptorem, indeficientem theſaurũ repellẽtem. Iſte diuinus ſpiritus eſt theſaurus omnium bonorum, fons gratiarum, hîc gratiam poſtea gloriam mihi & vobis impartiatur Deus qui viuit in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE

DE EODEM FESTO,

CONCIO VI.

Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.

PRIMO corpus de limosa quadam substantia terrena & aquosa præparauit Deus, corpore præparato spiritualem animam non eductam de potentia materiæ, sed immediatè à Deo productam, corpori vniuit; hoc enim significat verbum inspirauit, idest, immediatè creauit, vt supra dictum est.

In recreatione verò dilectissimi, postquam Christus Dominus mundo se manifestauit, & consilium Patris de mundo redimendo expleuerat, Sacramẽta instituerat, Ecclesiam, quæ (vt inquit Apostolus ad Colos. 1.) Christi est corpus, fundauerat, postquam gratis per gratiam Dei, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu (quem proposuit Deus mediatorem, per fidem, in sanguine ipsius) de captiuitate iusti liberati fuerant, & omnia quæ de ipso erant pendens in Cruce cõsummauerat, postquã post resurrectionem suam, ipsis Apostolis, qui à principio cum illo fuerant, præbuit seipsum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, loquens de regno Dei. [Factus est repẽte de cœlo sonus tanquã aduenientis spiritus, & repleuit totã domũ vbi erãt sedentes.] Tũc quidẽ corpori suo, quod est Ecclesia, visibili corporeaq; specie, spiritũ suum misit, & in faciem discipulorũ inspirauit. Nam sedit super singulos eorum, tunc quidem facti sunt in animam viuentem, qui antea præ magnitudine timoris, erant velut emortui, sine anima, sine spiritu, sine fortitudine at-

Coloss. 1. *Rom. 3.*

que constantia: mortuos suscitare, est animam, Dei spiraculum, idest, subtiliter, & inuisibiliter creatam aliter intelligere spiraculum irrationabile est, corpori reünire; mortuos Christus suscitabat imperio, vt ostenderet se esse illum Deum qui à principio mundum condidit, & in faciem hominis spiraculum vitæ inspirauit: nunc spiritum viuificantem in discipulos misit, vt crederent regnare in Cœlis, quem viderunt humiliatum in terris, per Christũ redimimur (inquit Euseb. Emissenus) per spiritum verò sanctum, dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, addere quoq; possumus, quòd per Spiritum sanctum, viuificamur, vt correspondeat verbo Genes. factus est in animam viuificantem, nam vt diffinitur in Concilio Tridentino, sess. 6. c. 7. ab impietate in qua per peccatum mortui sumus, iustificamur: dum sanctissimæ passionis Christi merito, per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris: vbi vtitur Concilium verbis Pauli; [Diffusa est gratia in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.] Vita spiritualis est per gratiam Spiritus sancti; igitur Spiritus sanctus est qui viuificat, Theodoretus explicans illum locum Isaiæ, Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam, inquit, redigit in memoriam fabricam primi hominis Adam, quòd inspirauit in faciem eius spiritum vitæ; alij per spiritum, Spiritum sanctum intelligunt, vtrunq; modum dicendi refert Hieronymus super illum locum, Tertullianus libro de anima cap. de spiritu & anima, per spiritum, Spiritum sanctum intelligit, per flatum animam, idem habet Ireneus lib. 5. aduersus hæreses. Pulchrè quod diximus Elisęi adumbrat historia: ingressus namq; domũ Sunamitis vbi iacebat puer mortuus, incubuit super eum, posuit oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, os suum super os eius, calefacta est caro pueri: at ille reuersus deambulabat in domo semel huc atque illuc, &

Euseb.

Concil.

Rom. 5.

Theodore.

Isa. 57.

Tertul.

ascēdit & incubuit super eum, & oscitauit puer septies, aperuitq; oculos suos. Puer mortuus, per figuram, humanum est genus mortuum per peccatum, tunc Christus super ipsum incubuit, cū super lignum, in quo suspendi meruit Adam, quia accessit ad lignum vetitum, se expandit, tunc calefacta est caro nostra, tunc mortē nostram morte sua destruxit, & vitā nobis meruit, tūc precium pro captiuis est oblatum, quo æternus pater est placatus: resurgens Christus à mortuis, postquā hac atq; illac, per quadraginta dies apparens discipulis, ambulauit sedens à dextris Dei, Spiritū sanctum in linguis igneis misit: vt cor frigidum discipulorum non solùm calefieret, sed inflammaretur, & diuino arderet amore; Spiritus sanctus, vt flatus nos viuificat, vt ignis nos calefacit & inflammat. Pater (inquit Hugo) filium dedit in precium redemptionis, Spiritum sanctum in priuilegiū adoptionis, filius seruos redemit, Spiritus sanctus adoptat per gratiam: Elisęus quidem puerum viuificat, sed non sine spiritu suo: ad hoc enim posuit os suum, super os pueri, vt Spiritu oris sui puerum calefaceret & viuificaret: Christus vita est, nam de seipso ait. [Ego sum via, veritas, & vita.] Spiritus sanctus spiritus eius est, sic vita est: Christus viuificat, sed non sine spiritu suo: flatus tuus, spiritus tuus, manum tuam frigidam calefacit, & velut iam emortuam viuificat, sed tu illum flatum & spiritum, à corde viuo calore feruente emittis: sic spiritus est qui viuificat, sed Christus est, qui illum spiritum emittit. Spiritu labiorum suorum interficiet hominem peccati filium perditionis, qui aduersatur supra omne quod dicitur; Deus Spiritu sancto suo viuificat, & iustificat mēbra sua: pulchrè docet hoc Ambrosius, vbi loquēs de Christo, inquit, iste est sol, qui spiritu suo viuificat mortua, reparat corrupta, suscitat iā defuncta, calore suo purgat sordida, exurit fluida, decoquit vitiosa, hæc Ambros. filius dedit nobis potestatē filios Dei fieri, Spiritus sanctus facit nos postulare

Hugo. to. 2. lib. 2. de Anima. c. 3

Ioan. Simile.

2. Thess. 2. Ambros. hom. 4. in.

gemitibus inenarrabilibus. *Que pidamos nuestras fiecesidales.* Iste diuinus spiritus, est oculum illud, quod sponsa ardenter nimis postulabat dicens. Osculetur me osculo oris sui. *Communique me su aliento y huelgo.* Ideſt spiritum sanctum suum, vt in illo inardescam & de puluere suscitet, vt doceat me occulta, manifestet abscondita, vt iam non sim pigra ad bonum, grauis ad virtutem, sed motu celerrimo percurram ad palmam martyrij, vt saliam montes, transiliam colles, & iam nil mihi sit dificile præ amoris magnitudine.

Væ mihi, quia hac sacra die, nec oscitaui, nec internũ huius sancti Spiritus sensi calorẽ, nec minimũ suspirium emisi: venit antiquitus ad Eliam Prophetam, ad hominem, qui erat currus & auriga populi Israël, qui præliabatur prælia Domini cõtra Prophetas Baal, ad hominem Anachoretam commorantem in montibus, habitantem siluas, quẽ Iezabel impia persequebatur; in sibilo auræ tenuis: non in igne, nec in vẽto valido, ac spiritu vehemẽti, sicut nũc venisse audio: nil mirũ: quod cor meũ nõ arderet, aut auditus meus nõ audiret, sed quòd non ardeat, cum venit in igne, quòd oculus meus cæcutiat postquam venit hora tertia lumine meridiano, quòd auditus meus nõ audiat vocem eius, cum venit in spiritu vehementi, væ mihi, quia obturaui auré meam, nè audirem vocẽ eius: væ mihi, quia caligauerunt oculi mei, nè viderem lumen eius, de numero sum eorum, qui semper Spiritui sancto resistunt; væ mihi, quia cum audissem vocem eius, nesciens quo trãsiens iret, concluſum est os meum & nõ aperui illud vt clamando hunc diuinum spiritum attraherem, vt ad me veniret, & mansionem apud me faceret, quem semper ad ostium pulsantem audiebam: modò mulcebat, modò leniebat, modò me deterrebat, modò igne tribulationis cor meum adurebat: si illum traherem, totam Trinitatem traherem, quia Trinitas indiuisa est, doçet Basilius epist. 43. dicens: Qui spiritum sanctum tra-

hit, per ipsum, Filium & Patrem vna simul attraxit: ô surdi audite vocem eius, cæci intuemini, quia clarum est lumen eius, recogitate dies antiquos, detestando peccata, vt habitet in medio cordis vestri. Omne datum optimum desursum est. Ideſt, à cœlo venit; ad terrã descẽdit, sicut hodie hũc diuinum spiritũ descendentẽ videmus; humilia te; consideratione illius tremendæ maiestatis, descẽdis ad considerandã tuam paruitatem, Spiritus sanctus habitat in te; aut saltẽ mouet te, impellit te, quia cũ descendente, descendis; desideras in altũ ascendere, in sublime extolli, non est in te diuinus spiritus, iste motus non est secũdùm motũ Spiritus sancti descendentis, motio est spiritus nequam, dicentis. [Ascendam in altum, similis ero altissimo.] in hoc spiritu humiliter clamamus. [Abba pater,] agnoscentes ab eo esse quod sumus, ab eo accipere debere, quod nõ sum⁹; in spiritu nequaquã desideramus possidere nostra virtute, quod nõ possumus, nõ clamam⁹. [Abba pater,] sed gloriamur dominatione terrena imitãtes Nabuchodonosor, qui dicebat. (Nõne hæc est Babylon quã ego ædificaui.) Cũ de corde exeunt, & sursum ascẽdunt superbæ cogitationes, vtpote, vindictæ desideria. *Humada, es endemoniada.* Dæmones accẽdunt hũc ignẽ, nõ est à Deo hoc. *Tal demonio sopla este fuego.* Apocal. 9. dicitur. (Quòd ascendit fumus putei, & obscuratus est Sol.) Ascendit quidẽ, ex corde superbo, ira, inuidia, spiritus ambitionis, qui obscurant mentẽ & pertrahunt eam in hæresim, in prauum iudicium. *Vna pasion todo lo ciega y atropella.* Nunquam spiritus nequam in altum subleuat, nisi obscurando, nunquam eleuat nisi deprimẽdo, ad modicum exaltãt, postea deprimit: Spiritus sanctus prius humiliat postea exaltat. Aperta sunt exempla Ioseph & fratrum eius, Mardochei, & Aman, Iudas in fine laqueo se suspendens crepuit medius. *Vino a dar con todo en tierra.* Terra Dathan & Abyron qui se extollebant absorbuit, ad modicum eleuati sunt superbi, in

Iacob.

Isai.

Apocalyp.

Pro Dom. 3. post Pasch.

Deum Dauid peccauerat, & fastu superbiæ tactus, populum dinumerare fecerat, sed cum ad ostium cordis iste diuinus spiritus pulsasset, humiliter dicebat: [Cor contritũ & humiliatũ Deus non despicies.] Idest Deus qui superbis resistis, humilia respicis, & alta à longè cognoscis, cor superbia elatum, in altum erectum non respicies, sed despicies. *Meno spreciarlo has y haras que no le vees.* At verò, si cor vena mortis, origo malorum, fons cupiditatum, omnis peccati fomes, superbiæ sedes, fuerit humiliatum & contritum. *Desmenuzado que deshaze y tienne en poco.* Tu Deus, qui humilia respicis, non despicies, sed respicies, nonne vidisti Achab humiliatum, dicebat Deus. 3. Reg. 21. manifestauit quidem se gaudere humilibus. Quia Spiritus sanctus per gratiam animam nostram sanctificat & viuificat, Christus verò est, qui dat Spiritum sanctum & nos ab illo accepimus, bene Christus comparatur capiti, Spiritus sanctus cordi: cõparatur Christus capiti, quia sicut caput est prima & præcipua pars corporis, nõ occulta, sed manifesta, influẽs virtutem in cęteras partes, & eiusdem naturæ cũ illis: sic Christus tenet (vt inquit Paulus) principatum in omnibus; ab eo namq; omnes iusti accipiũt Spiritum sanctũ viuificantẽ: Spiritus sanctus, qui non assumpsit naturam nostram, sed inuisibiliter animam nostram sanctificat, meritò comparatur cordi, quia in corde est principium venarum & prima virtus creans sanguinem, & eius sanguis est mundus, clarus, calidus, maximè cõueniens intellectui; lęso corde nõ viuit animal, quæ omnia optimè conueniũt Spiritui sancto, qui intellectũ illuminat, cor inflãmat, spiritum viuificat, sine gratia eius, nõ est vita, ipse mouet ad omne opus bonũ, ipso recedente recedũt hęc bona pariter cũ illo, anima manet mortua viuens sicut brutũ animal, quod optimè figuratur in Nabuchodonosor, de quo, in pœnã superbię suę, dictũ est Dan. 4. Cor eius ab humano commutetur, & cor ferę detur ei, *Quieteſele*

Alex 3. p. q. 12. in 3. S. Th. 3. p. q. 8. art. 1.

Colos. 1.

Dan. 4.

el coraçon de hombre desele de bestia. Si abest Spiritus sanctus, abest sapientiæ donum, & tunc, vt dicitur in psalmo, manet homo comparatus iumentis, similis factus illis: petamus dilectissimi hoc cor, fidelis Deus, qui promisit & seipsum negare non potest, ipse dixit per Ezechielem, (Dabo vobis cor nouum, spiritum nouum ponam in medio vestri, auferam cor lapideum, & spritum meum ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis.) Quod inquit, (Dabo vobis cor nouum,) ad materiale cor carnis referri potest; nam in impio non solùm est malus affectus in volontate, sed etiam in corde est ascensio sanguinis causans iram, inclinans in desiderium vindictæ, & durities impediens benignitatem & misericordiam ac compunctionem ad fletum, ideo dixit Christus: [De corde exeunt cogitationes prauæ,] Explicari quoq; potest de voluntate. Hoc cor petebat Dauid cũ dicebat; [Cor mundũ crea in me Deus,] Explicãs, quod iste diuinus Spiritus voluntaté sanctificat, dicebat: [Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.] Similiter, cum in Ezechiele dicitur. [Spiritum meum ponam in medio vestri.] iam loquitur de Spiritu sancto, ac si clarius, nomine Domini diceret Propheta: Duri estis, sine misericordia ad proximum, ego auferã cor lapideum, ego dabo cor molle, cor carneum. *Dare vna blandura y ternura de coraçon*, qua mediante corpus non resistat spiritui, sed pronum sit obedire illi, quemadmodum erat in statu innocẽtiæ, qui re vera, iustè dici põt, status obedientiæ: nam omnis excellentia illius status in obediẽtia cõsistebat, amplius dabo (nã hoc nõ sufficit) in voluntate spiritum meũ. i. ponam spiritũ gratiæ, & charitatis, vt me & proximos vestros, propter me ametis, & diligatis. O fratres quomodo hunc diuinum spiritũ gemitibus inenarrabilibus non postulatis? hic spiritus datur, vt in nobis nouum sit cor, noua vita, nouum lumen, noua opera: vt iuxta Prophetam in præce-

Ezech. 36.

Psal. 40.

ptis Dei ambulemus, & iudicia eius custodiamus, hoc diuino spiritu renouatur in nobis spiritus mentis nostræ, renouamur à vitio in virtutem, à malo in bonum, hoc diuino spiritu, relicta primi parentis imagine, renouamur ad imaginem, & similitudinem Dei, & conformamur imagini filij sui, hoc diuino spiritu refrigeratur ardor concupiscentiæ, ardor honoris, ardor bonorum temporalium, omne malum mundi auferetur, omnis macula deletur, cæci vidét, quia lumen est, claudi ambulant quia spiritus vehemens est, leprosi mundantur, quia non immundus sed spiritus mundus est, infirmi curantur, quia spiritus salutis æternæ est. Medici videntes infirmum prolixa infirmitate laborantem, remittunt illum ad locum natiuitatis suæ: vt fruatur aëre, quo fuit educatus, & nutritus à iuuétute sua: iste diuinus spiritus erat qui incubabat in principio mundi super aquas, iste cuncta fouebat atque viuificabat, iste diuinus spiritus est qui viuificat mortua, suscitat defuncta, infirma consolidat; iste medetur spiritui nostro, atque sanat animam nostram, ipse est medicus & medicina, ipse doctor & doctrina. *Expictima cordial del alma.* De cœlo venit, & ad Cœlum nos perducat; Quemadmodum enim artem piscatoriam exercentes, hamum filo pendentem in inferiores aquarum partes demittunt vt pisces in imo existentes ad supera trahant: sic iste diuinus spiritus à cœlo in terram descendit, vt à terra homines ad cœlum vsq; subueheret, iste est spiritus suscitans de puluere egenũ, de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus illius æterni regni. Cõgruit cum hoc exemplo Hieron. Ezech, 1. in illa verba: (Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone vbi 70. Spiritus auferés siue attollens.) quem locum in secunda explicatione (ponit enim duas) explicat de Spiritu sancto [qui aufert ab hominibus vitia atq; peccata, iacentes attollit ad sublimia, facitq; recedere ab Aquilone vento fri-

Simile.

Simile.

Hieron.

gidissimo,] à quo exardescunt mala super omnem terram: ampliet concionator multiplicando exempla. Cogitat homo terrena, vtpote congregare diuitias, iste diuinus spiritus spiritum nostrum attollit, vt relictis omnibus renuntiemus sæculo, & induamus habitum religionis. *Saca nos, y arrebata nos de las manos del demonio, y deste mal mundo.* Et sic iste diuinus spiritus est qui repleuit totam domum vbi mater Iesu & discipuli erant sedentes. Iste est, qui monachis claustra replet, & deserta Anachoretis, ideo Eliæ in sibilo auræ tenuis apparuit. Quèadmodum pater filium pigrum ac tardum vehementi quodam impetu mouet, & ad bonum impellit: sic iste diuinus spiritus in spiritu vehementi in discipulos venit. *Estaua el mundo tal, que todo era menester*, Hispanè, *Dios y aynda.* A principio mundi, semper datus est Spiritus sanctus, inquit August. sed nunc, datur in maxima plenitudine, nam Ioël 2. dicitur: [Effundam de spiritu meo super omnem carnem.] *A cantaros, con turbion y abundancia: Darse ha con gran plenitud.* [Accipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in vos.] Ad denotandum hanc abundantiam, dicitur;] Quòd factus est de Cœlo sonus tanquam spiritus vehementis. *Dio se con llena y grande abundancia.* Educens nubes ab extremo terræ fulgura in pluuiam fecit: producit ventos de thesauris suis. Ad literam est sermo de modo quo Deus producit ventos & nubes, quæ ex vaporibus generantur & resoluuntur in pluuias: secundùm spiritum, sensus est. Quòd de thesauris misericordiæ suæ produxit ventum vehementem, apparuerunt illis dispertitæ linguę quasi ignis, sedítque supra singulos eorum, qui iuxta Hieronymum, primum, lumen cognitionis Dei, deinde imbrem doctrinarum infunderet. *O viento que limpia los ayres, que deshaze las nieblas, que acarrea la pluuia, que cria las miesses, que limpia el grano.* Denique ipso flante, onusta nauis tumescentes fluctus maris diuidit, & optatum portum assequitur: sic homo diuino spiritu

Simile. *Simile.* *August. tract. 12. supra Ioãnem.* *Ioël 2.* *Psal. 134.*

Apostoli totum mundum circuierunt.

Prosequamur historiã Genesis, & cum hoc mysterio eam cõponamus. Creato primo homine ex cuius costa Euã formauit, inquit, sacer textus, Benedixit Deus illis, dicens, crescite & multiplicamini & replete terram.

Benedicere Dei quid. Nunc quoque mittens Spiritum sanctum de cœlis, Apostolis benedixit. Nam benedicere Dei est benefacere, & in omnem terram misit; vt replerent eam scientia Domini, benedictione Domini, & Christi fideles, media Apostolorum prædicatione, multiplicarentur: ante hanc benedictionem, & exire & à Hierusalem discedere, prohibentur. *Simile.* Quemadmodum enim classis magnis onusta mercibus in portu est recluſa, & contenta expectans secundum & prosperum ventum, vt fœliciter, & prosperè inde possit exire, ac mare peragrare: quod à Deo importunis precibus, Duces, ac nautæ postulant, sic glorioſus Apostolorum chorus velut classis onusta cœlestibus mercibus erat: erat quidem onusta cœlestibus disciplinis, authoritate absoluendi & ligandi, commutandi pœnam æternam in temporalem, conferendi cœlestia pro terrenis: habebant potestatem super omnia dæmonia, sanandi, & curãdi infirmos: solùm secundus & prosperus hic Spiritus, & ventus deerat, nè in periculo versarentur: cum essent coram Regibus, & principibus, nè submergerentur, & succumberent, orta persecutionis tempestate, nè paterentur naufragium procellis tribulationum, sed sine offendiculo & aliquo periculo, securi peruenirét ad portum. Eccè dum complerentur dies Pentecostes factus est repente de cœlo *3. Reg. 1.* sonus. In spiritu vehementi venit spiritus sanctus. O quam prospera fuit Apostolorum nauigatio, simul venit in spiritu vehementi, & igne. *Fueles viento o Farol.* In omnem terram exiuit sonus eorum, vbique prædicauerunt. Cum vnxissent Salomonem in Regem populus canebat tibijs, & insonuit terra à clamore eorum, quis est iste terræ motus, ac spiritus vehemens? *Arma Dios*

caualleros y Principes à los Apostoles, van a conquistar el mundo. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, spiritu Dei agebantur, & mouebantur, & coram omnibus Regibus & principibus apparuerunt. Non enim dubito, quin ad omnes mundi partes præcipuas peruenerint, & ad omnia regna mundi, quamuis non ad omnes, & singulas prouincias omnium regnorum, ibi causam Dei egerunt. Spiritus sanctus erat aduocatus eorum. *Hazia los escritos, y dauа los parescres.* Ideo Petrus, Act. 15. visum est Spiritui sancto, & nobis. *Con el parecer del Spiritu santo letrado, y abogado nuestro dezimos, &c.* Certè Spiritus sanctus dictabat, quid dicturi erant, cum erant coram Regibus, & purpuratis. Hoc, quod fuit Patrem placare, pretium pro captiuis offerre, conuersionem gentium promereri, Christus fecerat, iam illi Pater dixerat postula à me, dabo tibi gentes, hæreditatem tuam. *Los Apostoles fueron à tomar la possession.* Necessarius fuit aduocatus, *letrado y escriuano.* Spiritus sanctus erat aduocatus, qui nũquam eos deserebat, occultè eos docebat, latèter necessaria suggerebat, atq; inuisibiliter administrabat. *No era oydo ni visto.* Solùm ipsi accipiebant, cognoscebant.

Certè post sufficientem passionem Christi, nihil deerat, nisi Spiritus sancti missio, qui Apostolos duceret, ac reduceret. Post quam Iacob assequutus est patris benedictionem, solùm defuit spiritus Domini, qui illum reduceret in locum Natiuitatis suæ, sicut illi præceperat Dominus. Tobię iuniori, ex voluntate patris eunti pro pecunia, solùm deerat spiritus, & Angelus Domini, qui illũ duceret, ac reduceret. Postquam Salomon sapiẽtissimus tẽplum ædificauerat, nil deerat, nisi quòd seniores Israël deferrent arcam Domini in tẽplum, & descenderet Dominus in nebula, quæ aërea & vaporosa est substãtia, *tomasse la possession del templo y casa suya.* Sic postquã Christus ascẽdẽs in Cœlũ benedixit discipulis suis, solùm deerat, vt spiritus sanctus descenderet, qui illos *Gen.*

duceret, ac reduceret vt nomen Iesus portarent inter gentes. Futuri erant testes resurrectionis Christi, necessarius erat spiritus veritatis, nè sicut seniores Babylonis mendacio deprehenderentur.

Mundi sapientes, principes & potentes, maximè Apostolis resistebant ideo. *Difficultosamente tomaron la possession.* Media sanguinis effusione, regni & principatus Christi possessionem acceperunt, promisit quidem Deus Abrahæ, & cæteris Patriarchis terram desiderabilem, sed resistente Amalech, & alijs Regibus, necessarium fuit, sanguinis effusione illam possidere, non dissimiliter, hæreditatis, quâ pater æternus filio suo promisit dicens, [postula à me, &c.] possessionem acceperũt; ab instanti quidem Conceptionis acceptans mortem, hoc sibi promeruit, dicente Paulo. Hostiam & oblationem noluisti, corpus autẽ aptasti mihi, holocausto-mata & pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi. Eccè venio, post pauca, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi, id est, volendo, & acceptando se offerre semel in Cruce, meruit sanctificationem omnium, *Meresçimientos con sangre posseßion con sangre.* Benè Paul. empti estis pretio magno. Cum Dux aut Rex obsessam habens Ciuitatem, desiderans occupare illam, iubet milites muros ascendere. *Dar el asalto.* Fortissimi milites, ac strenui duces, ibi perire solent, sic Apostoli palmam martyrij adepti sunt, & proprio sanguine purpurati sunt 2. Macha. 15. legitur, quòd Hieremias apparuit Iudæ dans illi gladium aureum, dicens. Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israël: milites exhortati sermonibus Iudæ, statuerunt dimicare fortiter. Eccè Apostoli acceperunt Spiritum sanctum, munus à Deo, cuius virtute confortati, statuerunt dimicare fortiter. *No boluer pie a tras antes morir que huyr.* Fortes extiterunt in bello, castra verterunt exterorum, ludibria & carceres experti, idola corruerunt, oracula responsa non da-

Heb. 10.

1. Cer. 6. Simile.

2. Machab.

bant. *Quedaron mudos y ayslados. O guerra que fue a fuego y sangre.* Sanguine Christi inchoatur, igne sancti Spiritus, & sanguine Apostolorum consumatur & adimpletur. Væ eis, qui semper resistunt Spiritui sancto. Nolite fratres obdurare corda vestra, vsque quo graui corde vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? glorificate, & portate Deum in cordibus vestris, qui mihi & vobis, &c.

DE EODEM FESTO,

CONCIO VII.

Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Genes. 2. *Iob. Simile.*

Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Ioan. 14.

POstquam primum hominem de terra terrenum, ex vili quadam terræ parte, & limosa substantia creauit omnipotens, statim ei præceptum imposuit: vt iuxta naturam suam, sicuti cæteræ plantæ, fructum ferret obedientiæ, admonitus est vt semper proficeret in bono, nè contentus eo, quod à creatore per naturam acceperat, arbor esset infructuosa in Paradiso delitiarum plantata, quæ necessariò eradicanda est, & in ignem mittenda; sed semper proficiendo iret de virtute in virtutem, vsque dum veniret ad videndum Deum deorũ in Syon. Nam non proficere est deficere, quod in luminari, quod præest diei, cõspicimus; statim enim, quòd peruenit ad terminum sui ascensus, descendere incipit, dies quoque decrescunt statim quòd Sol peruenit ad prædictum terminum. In minori quoque mundo idem apparet. Postquam enim ad iuuentutis florem peruenit mortalis infirmitas, statim marcescit, & deficiente virtute corporis, in senectutem declinat, *Euãgelium cum festo, & historia Adæ componitur.* *Simile.*

& tandem morte consumitur. Quod in exordio mundi Deus fecit, cum populo illo dilecto, quem in manu potenti & brachio extento, de populo Barbaro eduxit, Historia Moysi tradit, fides Catholica docet, ac fides, quæ est lumen interius ostendit: cunctis namque inimicis superatis, quos mare rubrum deuorauit, quando lætus populus laudem Domino decantabat; glorioſus Deus tremendæ maiestatis in montem Synai, Moysi legem daturus, descendit in igne, nube densissima mõtem operiente, ignem fulgura, ac tonitrua præcedebãt; cúmque Dominus descenderet continuò, clangor buccinæ vehemẽtius perstrepebat, sicut ignẽ fulgura, ac tonitrua præcedebant: tanquam præcursores, sic fumus (vti contingit semper) sequebatur.

Exod. 24. Cuncta, quæ tunc quondam in figura contingebant, hodierna die in veritate completa videmus: sicut enim tunc post libertatem de seruitute, post redemptionem de captiuitate, Moyses à populo semotus, à cætu filiorum Israël sequestratus: comitatus à paucis, puta ab Aaron, Nadab, & Abihu, montem adit: tandem, solus ipse montem ascendit, & Dominus Deus in igne descendit, sic ascendente Christo Cœlum, comitatus à captiuitate, quam captiuam secum duxit, sequestratus à discipulis, solus sedet ad dexteram Dei parris, vbi nullus alius accessit, cæteris inferiorem locum tenentibus, & Dominus Deus (nempe Spiritus sanctus, qui Deus est in igne descendit, tunc quidem lex per Moysem data est, nunc veritas per Iesum Christum facta est: lex data in die quinquagesima postquam celebratũ est Pascha in terra Ægypti, nunc lex gratiæ quinquagesima die à die Resurrectionis Domini, completis diebus Pentecost. *data est, lex illa* data est in monte excelso, nunc lex gratiæ data est in cœnaculo: tunc ignis montem impleuit, hodie in linguis igneis Spiritus sanctus apparuit: tunc voces ac tubæ sonabant, hodie factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis: po-

Figura pro Ascẽsione.

pulus tunc timebat, nunc multitudo ex omni gẽte quæ sub cœlo est admiratur, quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua Apostolos loquentes: illa lex minis, ac terroribus homines à malo arcebat. Spe bonorum temporalium, cœlestium rarò, ad bonum alliciebat; hæc amore potius quam terrore ad pietatem inuitat, ad officiũ prouocat, ad complectenda Christi vestigia, animum tradit, cor mulcet, atque interna delectatione, in omne bonum illuminat, & inclinat: ideo iuxta de causa illa timoris, hæc amoris dicitur: nam iusta Paul. non accepimus spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus, Abba Pater, tanquam filij clamamus [Pater] & non tanquam serui [Dominus.] *Rom.8.*

Hoc est quod prædixit Hieremiæ, dabo legem meam in cordibus eorum non Moyses, sed egomet legem dabo, non dabo in tabulis corruptibilibus, sed in corde incorruptibili; quia non ad tempus, sicut lex Moysi, sed in æternum est duratura. Qualis lex tale debet esse subiectum, non dabo in scripto, quod absentibus lingua est, sed in corde, quia ego loquor ad cor, ille quia seruus, quasi notarius scribebat (notarij enim est scribere.) Ego Dominus scrutans corda, Ego dominus immensus, & infinitus, præsens vbiq; omnia penetro, ideo in corde legem meam dabo, ibi possum reponere, nam supra cor habeo dominium, intus possum intellectum docere, cor mouere, non est mihi necessarium scriptum; vt exterioribus sensibus motis, interiores potentias moueam, Ego Dominus cuncta faciens, supra cuncta absolutum dominium habens, in incorruptibili anima legem in æternum mansuram dabo. Deut.29. dixit Moyses ad populum. Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti; signa illa, portentáque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possent audire; vsque in præsentem diem. *Hierem.* *Causæ quare dedit Deus Moysi legem in lapidibus nobis in corde.* *Deut.* *No teneys claro*

entendimiento y cora con noble, fino duro y villano. Ad hoc significandum legem in lapidibus illis dedit, quia cor eorum erat æneum, & lapideum. Vt significaret Dominus, quod nunc in lege Euãgelica, redemptis per Christum, auferendum erat cõr lapideum, & conferendum cor molle, & docile (sicut habetur, Ezech. 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum) inquit. Dabo legem meam in cordibus eorum, id est, non dabo legem exterius solùm, sed dabo legem, & cor intelligens. Cum dedit legem in monte Synai, ignis, qui tunc descẽdit, non sedit super vnumquemque de populo; imò super nullum sediſſe legitur; nunc ignis sedit super Apostolos, eos interius illuminando; dedit cor intelligens, quia dedit interius lumen: si enim alicui proponitur lex fidei, & interius non causatur lumen fidei, non est facta reuelatio: sed solùm exterior propositio, velamine in corde manente, quemadmodum quamuis multa mihi per noctem proponantur, non possum illa videre: nec possunt dici reuelata, sed occulta, propter quod inquit Paulus. Etenim, & nobis nuntiatum est quemadmodum & illis, sed non profuit sermo non admixtus fidei. Nunc dicit Dominus, quòd dabit legem in corde, nam dabit cor intelligens. Antiqua lex fuit, sicut corpus sine spiritu, nunc dabitur lex cum spiritu intelligentiæ, cum spiritu viuificante. Cum lex antiquis Patribus dabatur, ipsi vitulum faciebant. Dabo legem in cordibus. *Que se coman las manos tras ella.* Erit lex conuertens animas. *Que les abra la gana a su guarda.* Ad hunc locum alludit Paulus, secundæ ad Corinthios 3. dicens, Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Reuoca in memoriam candidatum martyrum exercitum, & dic, vbi erat scripta lex amoris? certè in corde, quod ignis Spiritus sancti inflammauerat, conuenienter ergo lex quæ datur cum

Nota.

Simile.

Heb. 4.

Simile.

1. Cor. 3.

Spiritus

Spiritus sancti manifestatione, in spiritu, & mente, non in tabulis lapideis, data dicitur. Spiritus sanctus primæ, ad Corinth. 2. omnia scrutatur etiam profunda, ipse spiritus in corde legẽ ponit, & interius cor mouet, vt nos illũ ex toto corde diligamus, non verbo, sed opere, opere, & veritate: ex toto corde, ideſt intellectu sine errore, ex tota anima, ideſt voluntate, sine contradictione, ex tota mente, ideſt, memoria sine obliuione, sic Aug. inducens Samuel populum ad obseruãtiam huius præcepti dicebat. Si in toto corde vestro reuertimini ad DOMINUM, auferte DEOS alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra DOMINO, & seruite illi soli, Elias quoque 3. Regum. 18. accerrimè, propter diuisionem cordis, populum arguebat dicens. Vsquequo claudicatis in duas partes, si dominus est DEUS sequimini eum, si autem Baal, sequimini illũ. DIuidit cor, qui cũ cœlestibus amat terrestria: diuidit cor, qui cũ spiritualibus amat carnalia: diuidit cor, qui vult seruire DEO, & mammonæ: diuidit cor, qui à DOMINO inuitatus, recusat venire, quia duxit vxorem: omnes isti Spiritum sanctum, qui est spiritus vnitatis, & pacis, non habent: habebat, qui dicebat. In corde meo abscõdi eloquia tua, vt non peccem tibi. *Como quien guarda vna perla, y oro molido assi guardo tus palabras.*

1. ad Cor. *Augusti.* *2. Reg. 7.* *3. Reg. 18.*

O lex dulcis, quam vna die animæ circiter tria millia receperunt. Augusti. tomo. 6. libro de vtilitate credendi, capit. 17. virtutem legis domini, quæ existens scripta in corde, totũ sibi hominis corpus subijciebat, commendans, dixit. Vulgus marium, ac mulierum, quæ in tam multis, diuersísque gentibus credidit. Prædicat per contextos plures dies, Perpetua ieiunia, castitatem, vsque ad coniugij prolísque contemptum, patientiam, vsque ad crucem, flamásque neglectas; liberalitatẽ vsque ad patrimonia distributa pauperibus. Ideſt mirabile est, quomodo tanta hominum turba virorum, & fœminarum, amplectatur ieiunia, & castitatem contra

Act. 2. *Aug.* *Dom. 2. post Pente. infra oct. corporis Christi.*

concupiscentiam carnis, patientiam vsque ad crucem, contra superbiam vitæ, liberalitatem vsque ad patrimonia distributa, contra concupiscentiam oculorum: hæc enim mala impedimentum fuerunt, nè inuitati gu-
Luc. starent cœnam, Lucæ decimo quarto. Repente mutatus fuit mundus in virum alterum, diuina námque virtus, cui nihil resistit, omnia subitò potest commutare: hominis voluntatem, licèt non possit cogere, sine dubio dulcedine, & suauitate quadam potest attrahere. Petrus quidem repente mutatus est in virum alterum: tristis vox illa, Non nosco hominẽ, iocunda ista, Obedire oportet magis Deo quàm hominibus: illa fuit vox languentis, non habentis spiritum, sed velut hominis emortui, præ timore: hęc fuit vox spiritũ habentis, non estis vos qui loquimini (dixit Christus) sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: cum humilem ancillam timuit, & vitam negauit, ipse loquebatur, cum dominum ancillæ non timuit, & confessionem fecit ad salutem, iam non ipse loquebatur, sed spiritus patris, qui erat in illo, si à cœli magnitudine à celorum extensione, stellarum omnium illuminatione, rerum omnium gubernatione Deum laudare, ac benedicere consueuistis, laudate quia diuinum spiritum misit, cuius aduentu repente totus mundus mutatus est in melius. Nã hoc quidem, reliquum omne longè superat. Quia lex ista: non vi, non armis, non romphea, non gladio vtraque parte acuto, promulganda erat: sed sapientia, & scientia lingua promenda, iuxta illud saluatoris. Dabo vobis os, & sapientiam, in linguis igneis ad eos Spiritus sanctus venit: Spiritus sanctus linguas eorum mouebat, iuxta illud saluatoris. Non. n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis: *Vuestro coraçon enciende y vuestra lengua mueue.* Ipsíque admirati dicebant. Demonia subijciuntur nobis, nunc verò admirabantur mundi conuersionẽ, & illud Dauid, Psal. 46. canebant. Dominus excelsus terribilis, rex magnus super

omnem terram subiecit populos nobis, gentes sub pedibus nostris. Obsistebant, & cõtradicebãt reges, principes, & monarchæ, prædicationi Apostolorũ: sed iste diuinus spiritus, Apostolis erat robur, gentibus pauor. *Opt. figura.* Optima, & notanda figura habetur 1. Reg. 7. vbi dicitur quòd cũ Philistini surrexissent aduersus Israël, venerunt ad Samuel, vt oraret pro eis. Samuel obtulit agnũ lactentem vnũ, & obtulit illum holocaustum integrũ domino, & orans pro eis intonuit dominus fragore magno in die illa super Philistinos, & exterruit; Sic, postquam Christus se obtulit pro nobis in holocaustũ orauit ad Patrem qui misit Spiritum sanctum, qui Apostolos adiuuaret, & inimicos contradicentes exterreret. Proh dolor! quia charitas frigescit, mala innundant à planta pedis vsq, ad verticem capitis, nõ est in mundo sanitas, in optimatibus regnat superbia, & tyrãnis, in vulgaribus mendacium, in ministris iustitiæ, exigẽtibus summũ ius, summa iniustitia; fures sunt & loculos replent substantia & bonis pauperum, in coniugatis regnat adulterium, viduæ non sunt verè viduæ, sed verè vanæ, vaniloquium amantes. Vix est, qui amet iustitiam, fere in nullo iam loquitur Spiritus sanctus, omnes auaritiæ student, de hoc loquuntur, hoc cogitant, hoc quærunt, propter hoc hac atque illac circuncursant, nec ipsi religiosi de Deo loquuntur, quis sit Regi à cõsilijs, à confessione, à cubiculis, quis in Episcopum sit electus & creatus, inquirunt, quid simile forsam ambiunt; nam ex abundantia cordis os loquitur.

Inter alios effectus, qui huic diuino spiritui tribuuntur 2. ad Cor. 3. vnum tribuit Paulus dicens, ibi Spiritus vbi libertas. Idest, in Spiritu sancto liberè & sine velamine (non sicut antiquitus Iudæi), Deum, & quem misit Iesum Christum cognoscimus, & comparatione ad legem antiquam, cum spiritu sancto venit libertas; quia lex Euangelica non est lex timoris, sicut erat lex Moysi, data Patribus, sed hæc verba ad plura alia dona *2. Corinth.*

Spiritus sancti extendi possunt; cum enim quis Tyrānicè, & cum imperio, regnum regit, conqueruntur homines, se non posse liberè & reuelata facie loqui veritatem & manifestare quod sentiunt; tunc quidem recusant esse testes, & perhibere testimonium veritati.

Simile. Vbi Spiritus, ibi libertas, liberè quis testimonium perhibet veritati, quod videmus in Petro, qui post aduentum huius diuini spiritus liberè dixit. Obedire oportet, magis Deo, quàm hominibus, amplius Dominus cogit seruum, vt exequatur eius voluntatem, seruus quoque non ex amore, sed ex timore exequitur voluntatem *Domini*, inquit modò Paulus. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas, ibi amor, ibi liberè, promptè, & delectabiliter Deo deseruimus, non, tanquam serui, sed tanquam filij, iam non tanquam Domini imperantis, sed tanquam patris monentis, & exhortantis, imponuntur nobis præcepta. Cum non est Spiritus Domini, sed Spiritus nequam, est seruitus, & inquietudo. *Andan los hombres hechos esclauos, martyres del demonio, con sobresaltos*, facilè est adducere exempla, vbi est spiritus ibi est libertas, ibi iucunditas, ibi gaudium: fructus spiritus, inquit Paulus, charitas, gaudium, pax, patientia.

Galat. Gaudentes ibant Apostoli à conspectu concilij, *la cruz les era cama de rosas*, sicut alij laudibus, & gloria hominum lætantur, sic illi opprobrijs delectabantur: quia iste diuinus spiritus est amor, est charitas; amor omnia facilia reddit, omnia delectabilia constituit. Angelus

Pro martyribus simile. ille, qui similis filio Dei fuit cum tribus pueris in Babylone, dum erant in camino ignis, ignitos carbones, lilia, & rosas suauissimas fecit. Iacob, ex amore Rachelis, dies seruitutis pauci videbantur: diligenti, & hunc diuinum spiritum habenti, iugum dominī suaue est, onus leue, omnia præcepta vnum sibi videntur, quia re vera ex charitate, qua vnicum Deū diligit, omnia vnicam Dei voluntatem reputat, & in omnia tanquam in vnū tēdit; quia omnia, vt vnā Dei voluntatē exequitur.

Custodiebant testimonia eius, & præceptũ, quod dedit illis. Quicquid præcepit, veluti vnum præceptum reputabant, & velut vnum custodiebant: ideo nunc dicit Dominus: Si quis diligit me sermonem meum seruabit, ideſt, qui me diligit, omnia mea præcepta sub vna ratione respicit; & omnia vnum præceptum reputat, quia omnia ex vna radice charitatis habẽt ortũ; ex hac namq; veritate, Deus est deligẽdus, sequitur, quòd alius Deus non est diligendus, sequitur etiam quòd nomen Dei est venerandum, ideo non debemus irreuerẽter assumere nomen domini Dei nostri in vanum, sed quia non sufficit non agere malum, sed oportet recedẽdo à malo facere bonũ, sequitur quòd Deus est colẽdus aliquo cultu, vt mente, & corpore debitam Deo seruitutem exhibeamus: mente amãdo, corpore aliquo exteriori cultu, colẽdo: vt religio munda, ab immunda secernatur, & distinguatur: si Deus est diligendus, ergo proximus, quem diligit Deus, est diligendus, Hispanè, *si me quereys, quered lo que quiero*, iterum *con vn gato de vuestra casa me alegro*. Sic gauisi sunt parentes Tobiæ cum viderunt canem, qui quasi nuntius blandimento suæ caudæ gaudebat. Tobiæ 11. sic gauisa est Raguel nec non, & Rebecca, cum subitò viderunt seruum magni Patriarchæ Abraham Gen. 24. sic gauisa est Raguel cum vidit Tobiam iuniorem filium Tobiæ senioris, Iã innotescit, quomodo præcepta primæ, & secundæ tabulæ oriantur ex vno præcepto, quod est maximum, & primum mandatum in lege, id est, in libris legis, nam in lege, id est, Decalogo, non est hoc mandatum: quia secundùm S. Thom. hoc præceptum non pertinet ad Decalogum, id est, ad decem illa præcepta quæ dedit Deus Moysi, impressa in tabulis, sed præsupponitur ad illa decem præcepta, quæ omnia à iusto velut vnum reputantur, non obscurè significauit hoc Paulus cum dixit. Charitas patiẽs est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam; omnia suffert, omnia credit,

Psal. 98.

Pro Dom. 17. post Pẽtecost.

S. Tho. 1. 2 q. 100. ar. 3. & 11.

omnia sperat, id est, ex vna charitate omnia ista procedunt.

Genes. Ex his colligat concionator, vt moneat populũ, quàm digni erunt animaduersione, & Dei indignatione, qui legẽ Dei, legẽ amoris, non obseruãt, tum quia lex amoris, tũ quia iusta, & rationalis, tũ quia omnia præcepta, vnum sunt præceptum amoris; vnum præceptũ primis parentibus positum scimus; quia illud non obseruauit, è Paradiso eiectus est: vnũ præceptum posuit Deus Sauli, vt potè quod omnia, quæ erant Amalech demolliretur, atque destrueret: quod cum facere noluisset, statim missus est ad illũ Samuel, qui anuntiaret illi, esse de regno deponendũ. Cõqueritur, & iustè indignatur pater familias in seruum, filium, vel ancillã, quod præcipiens vnã rẽ, non plures, illã non exequantur, & opere adimpleant, sed omnia molestè ferant, & nil sine murmure faciant: è contra iusti omnia vnum præceptum reputant, & omnia sine difficultate exequuntur; quia amor, asperum lene, durum molle, difficile facile, plura, vt vnum reddit. Act. 4. dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Ergo, cum proximum diligis, vnam animam tuam diligis, quia amicitia, est idem velle, est idem nolle, est transformatio voluntatum, est effectus animæ in duobus corporibus existentis, in eo vbi est præsens, est quasi violenta, in eo vbi est per affectum, naturaliter quiescit cum magna delectatione, sine consideratione dilecti contristatur. Vtique sicut dolor vitam cõsumit corporalem, ita tristitia ex absentia dilecti ipsam animam consumeret, si corruptioni esset obnoxia: cum non possit incorruptibilem animam consumere tristitia, & dolor, saltim exsiccat ossa: præsentiebat sponsa cum dicebat. Stipate me floribus, constipate me malis, quia amore lãgueo. Id est, anima mea præ amoris magnitudine quasi à me distracta languescit corpus meum ab anima quasi derelictum, quia plus est in eo quem diligit, quam in me

Paul. 1. Cor. 13.

2. Reg.

Simile.

Sap. 18.

Cant. 2.

ipsa: occurrite huic languori meo, præ doloribus, qui caliditate sua, maximè confortant cerebrum meum, vt reuiuiscant membra mea, quæ præ magnitudine amoris languerunt. 4. Confessionum cum cõsideraſſet Aug. amicum defunctum dixit. Miror cæteros mortales viuere, quia ille, quem quasi non moriturum dilexeram mortuus erat, & me magis, quia ille alter eram, viuere illo mortuo, mirabar; bene quidam dixit de amico suo (Horatius de Virgilio nauigante) dimidium animæ meæ, nam & ego sensi animam meam, & animam illius vnam fuisse animam in duobus corporibus, & ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius viuere, & mori metuebam, nè totus ille moreretur. *Noay poder enca rescer mas esto.* Ideo redeũdo ad discursum dicamus, quòd cum anima diligit, & cor est vnum atque anima vna, omnia præcepta vnum præceptum sunt: Quia auarus diligit pecuniã, & iudex munera, corruptus muneribus, duo præcepta iudicat, se diligere, & iustitiã administrare, similiter, quia inimicũ odio habet, existimat nõ posse simul se, & proximũ diligere. Eua quæ iã quasi cõdelectabatur in ligno vetito, multiplicãdo præcepta dixit, De fructu ligni quod est in medio paradisi *præcepit nobis* Deus nẹ comederemus, & nè tangeremus illud. Dominus, Gen. 2. solum dixit. De ligno scientiæ boni & mali, ne comedas, ipsa multiplicãdo præcepta, addidit, [& nè tangeremus illud] quod Dominus non præceperat: qui verò diligit, se inimicum diligere, misericordiam ei præstare, cæteráque præcepta, *omnia* vnum existimat. In hoc verbo Diliges proximum tuũ sicut te ipsum, tota lex instauratur, quia nemo potest proximum propter Deum amare, quin Deum amet. Nam propter quod vnumquodq; tale. Amor est lex, & tota lex: amas, legem totam implesti: quemadmodum in homine cunctæ sunt breuiatæ creaturæ, sic dilectione proximi cuncta sunt breuiata præcepta; cũcta præcepta vnum præceptum dilectionis Dei; & proximi

Aug. 4. cõfess. 16.

sunt, ideo inquit Christus Dominus. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit; ergo legem Dei implere, est Deum diligere, imple totam legem, vt Deum ex toto corde diligas; Deum diligere ex toto corde, & in tota anima tua, & in tota mente tua est maximum, & primum mandatum in lege Deut. 6. Hoc enim, & maximum, & primum mandatum. Quæ verba allegat saluator Matt. 22. respondens legis doctori quærenti quod est mandatum magnum in lege. Cui respondit Iesus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, Vbi inquit Augustinus, ex toto corde, idest, intellectu sine errore, ex tota anima, idest, voluntate sine contradictione, ex tota mente, idest, memoria sine obliuione.

Aliqui per cor intelligunt voluntatem, quæ est prin-
Psal. 56. cipium referens actus aliarum potentiarum in Deum, sicut est cor principium omnium motuum corporaliū. Iuxta quòd Psal. 36. dicitur de iusto. Lex Dei eius in corde ipsius, idest, voluntate, iuxta illud Psal. 1. In lege Domini fuit voluntas eius, per animam intelligunt vitam animalem, per mentam intelligunt intellectum. Marci 12. dicitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Vbi addit quartā particulā, nempe. Ex tota virtute tua, quæ nec habetur in Deuteronomio, nec apud Mattheum loco allegato, vbi per virtutē apud Marcum, & per fortitudinem Deuter. 6. intelligitur, vis executiua interior, siue intensus conatus ad opus Chrysostomus inquit, Diligere Deū ex toto corde est, vt cor tuum nō sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis, quàm Dei. Diligere Deum in tota anima, est certissimum animum habere in veritate, & firmum esse in fide, tota verò mente diligere Deum, est, vt omnes sensus Deo vacēt, cuius enim intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio, ea quæ Dei sunt, tractat, cuius memoria, quæ bona

sunt recordatur, tota mente diligit Deum. Ad idem est Augustinus de doctrina Christiana, Deum ex toto corde diligere est, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima tua, vt omnem viam tuam: Ex tota mente tua, vt omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers. Theophilatus super Marcum, & ex tota anima tua, ad quam pertinet ira & desiderium, quę omnia tribui vult diuino amori: est & alia vis, quæ dicitur naturalis ad quam pertinet nutritiua & augmentatiua, & ista est tota danda Domino, propter quod dicit: Ex toto corde; est & vis rationalis, quam mentem vocat, & ista etiam est tota danda Deo. Omnes istę expositiones conueniũt in hoc, quòd omnes potentiæ tã superiores, quàm inferiores, & vires & fortitudo corporis, debent subijci Deo, *haziando el hombre trasumpto del estado de la innocentia* nihil amando, nisi ipsum Deum. Quæ omnia mirabiliter significata sunt per Moysem varijs in locis. Puritas diuini amoris Exodi in illo propiciatorio, quod non solum erat deauratum, sicut aliæ partes templi, sed erat ex auro mundissimo. Quòd omnis potẽtia debeat esse intenta & subiecta Deo Leuit. 3. vbi de hostia pacifica dicitur; offerent de hostia pacificorum in oblationẽ Domino adipem, qui operit vitalia, & quidquid pinguedinis est intrinsecus duos renes cum adipe, quo tanguntur illa, & reticulum iecoris cum renunculis, ideſt, seruiendum est Deo ex tota anima, & ex toto corde *lo mas fino del amor hemos de dar à Dios* holocaustum quod in reuerentiam diuinæ maiestatis offerebatur totum cremabatur, & non nisi de masculis fiebat, ad significandum quòd debemus perseuerare. Sequitur in eodem cap. Et caudam totam, & pinguedinem quæ operit ventrem, ideſt *siempre pieba por tierra* debemus perseuerare vsque ad finem, nam exitus acta probat. *Al fin se canta la gloria a la postre esta lo mejor*, Congruit illud, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, ideſt, dile-

Variæ figuræ. Exod.

Feruor amoris.

ctio debet esse cum perseuerantia. Quòd ister amor debeat esse feruentissimus significauit Deus in panibus propositionis, quos non nisi calidos (vt inquit Glossa) comedebant sacerdotes. Est locus expressus Leuitici 6. vbi dicitur. Decimam partem Ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius vespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur: offeret autem eam calidam in odorē suauissimū Domino sacerdos. Sic Deus vult omne opus nostrum procedere ex feruentissimo amore. Deus, inquit Scotus, consentientibus omnibus Theologis in 4. dist. 26. quæst. vnica conclusione 1. non potest nimis amari, idest, amor ex hoc quòd multum crescet nō potest esse vitium, sicut dare pecunias in magna quantitate potest esse vitium prodigalitatis, & non dare potest esse vitium auaritiæ, quia ratio virtutis moralis consistit in medio inter superabundantiam & defectum: sic liberalitas est medium inter prodigalitatem, & auaritiam, fortitudo inter audatiam & timorem, in amore Dei sicut non est medium inter extrema, sic nimius & intensus amor nūquam potest esse vitium, quia bonum diligibile, in quod tendit est bonum de se, ideo facit actum bonum intrinsecè, propter quod quantumcunque augeatur semper est bonus, nō sic dare pecunias, iuxta quod Bernar. lib. de diligēdo Deum Causa diligendi Deum, Deus est, modus autem sine modo diligere, quia Deus est diligibilis in infinitum. Idem dicendum est de actu fidei & spei. Hoc fuit figuratum Exod. 25. vbi dicitur. Facies & propitiatorium de auro mundissimo, duos cubitos & dimium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semisse latitudo eius, vbi notandum est, quòd non facit mentionem altitudinis seu profunditatis, quia in diuina dilectione ex parte obiecti diligibilis non est terminus, sed potest diligi in infinitum, latitudo finem habet, quia non omnes creaturæ, sed proximus est diligendus, proximo non omnia tenetur velle ex hac charitate, sed solùm bona animæ, & bona corporis in ordine ad animam, sed in

Leuit. 6.

profunditate nō est assignādus terminus, quantò profundior fuerit amor tātò Deo erit magis gratus. Apparēs Deus Moysi & nomen suū ei reuelans dixit: Sū qui sum, ideſt, sum qui à me ipso sum, & à nullo habeo esse, ergo à nullo habet bonitatē suam, ergo propter se ipsum, & non propter aliū est diligēdus, diligamus illum, cōtinuóque semper oremus, nè eius in nobis aliquādo tepescat amor. Amicitia colloquio ac familiaritate, nutritur ac cōseruatur, silentio ac absentia frequenter tepescit, ac nonnūquam dissoluitur. Ne ex silētio diuinus in nobis tepesceret amor, Christus Dominus orare docuit, & Deus pater misit Spiritum sanctū in corda discipulorum clamantē Abba pater spiritu *que rompe el silentio que disuelue la amistad despierta á palabras de ternura que ensienden el amor*. Tito Liuio teste lex vniuersalis Romani Imperij cunctas obligans prouincias non sine effusione sanguinis Imperatoris promulgabatur. Hæc lex amoris quā Christus mundo vniuersō ponit nō ante effusionē sanguinis Iesus promulgatur, quia sine sanguinis effusione nō fit remissio; ita nec ante sanguinis effusionem debuit vniuersalis hæc lex in remissionem peccatorum omnium promulgari, nam erat duratura in perpetuum, ideo debuit interuenire mors testatoris. Væ eis qui talem transgrediuntur legem. Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei cōculcauerit, & sanguinem testaméti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliā fecerit? Vtinā fratres iste diuinus spiritus, qui cordibus discipulorū dedit scientiam, ori vocē, labijs verba, voluntati amorem vobis præstet gratiam, vt legem Domini custodientes in hac vita, possideatis post mortem fœlicem illam ac beatam, quæ finem nescit, quam mihi & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui cum patre, & Spiritu sancto viuit Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Exod. 3.

Galath. 4.

Hebr. 9.

Heb. 10.

Hebr. 10.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VIII.

Collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium.
Genes. *cap.* 3.

POST transgressionem legis quam misericors Deus homini quem de limo terræ plasmauerat, posuit, hominem de paradiso eiecit, & Cherubin, & flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ, ante paradisum constituit. Misericordiæ recordatus, summo mundum diligens amore, vnigenitum suum misit in similitudinem carnis peccati, passibilem & mortalem, vt aqua, & sanguine de latere eius in Cruce pendentis, ignem illum extingueret, & impedimentum ad ingressum paradisi tolleret. Verè porta paradisi aperta est, nam à tempore mortis Christi, latro cum Christo fuit in paradiso, & gloria Domini, ideſt, vnigenitus Dei filius, qui est gloria patris, patribus apparuit in Limbum descendens, vt notum fieret omnino extinctum esse illum ignem paradisi, & ianuam non esse occlusam, sed apertam reseratam. Cœlum ingressus homo Deus, ingressus est ignis de cœlo descendens, in quo erat Deus: (ex defectu realis vnionis non potest dici in recto, quòd ille ignis erat Deus) iratus Deus, ignem, signum indignationis suæ, constituit: cum venit dies Iubilęi remissionis, & propitiationis, quando Deus est placatus, & hæreditas cœli hominibus restituta, quasi clangor buccinæ intonuit, repente facto de cœlo sono ignis propitiationis apparuit. Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, vnde cuncta re-

Leuit. 25.

gio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Traditi quidem fuimus morti, & filij iræ cõstituti, quasi venditi à primo parente (ob falsum pretium, eritis sicut Dij) sed non in perpetuum, quia Domini eramus, sed ad tempus sub cõditione redemptionis; tempus verò redemptionis ab æterno præstituit Deus. Cum huius temporis venit plenitudo, filium suũ misit Deus, qui mundi peccata tolleret, & ianuam paradisi reseraret, in cuius signũ igneus gladius ante paradisum positus, versatilis erat secundùm Gregor. Nissenum, quem refert S. Tho. Luc. 23. in illa verba. Hodie mecum eris in paradiso. Vt indignis quidem obuiaret, dignis verò liberum ad vitam patefaceret aditũ, quod nũc adimpletum est, postquam cruore sanguinis Christi, gladius temperatus est *Escogido temple*. Non recipientibus Christum ignis est crucians, gladius occisionis, & indignationis. Recipientibus Christum, qui propria manu illum ignem iam temperauit, & lachrymis infantiæ, sudore orationis in hortu, aqua decurrente ex latere illum extinxit, ignis est amoris corda inflammans, malis ira, bonis misericordia. Virga Moysi Ægyptijs ira, filijs Israël potus, aqua via ad transitum maris rubri, ac denique virtus ad omnia patranda mirabilia, proiecta in terram, coluber, manu apprehensa virtuosa, mirabilium effectrix. Ignis ille paradisi, manu Christi, temperatissima apprehensus, lumen cæcis, calor frigidis, ardor tepidis, afflictis solatium, lingua balbutientibus, refectio esuriẽtibus, oneratis leuamen, tardis velocitas: hoc enim igne veloces facti sunt pedes euangelizantium bona, euangelizantiũ pacem, pacem his qui prope, pacem his qui procul, pacem his qui in Iudæa, pacem his qui inter gentes, quæ Deũ non cognouerũt, nec nomen eius inuocauerũt, Primò DOminus in hominem fuit iratus, sententiam in delicti sui pœnam proferens dixit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo; sudor ergo iustitiæ suæ primus minister exti-

tit, deinde ignis ac flammeus gladius, quam Angelus habebat, insuper Gen. 41. volens Deus Ægyptum & alias mundi regiones inopia ac fame visitare dicitur, septem spicæ tenues vento vrente percussæ, septem anni venturæ sunt famis. Exod. 10. induxit Dominus ventũ vrentem, mane facto, ventus vrens leuauit locustas, quæ ascenderunt super terram; Sodomam, Gomorram ignis consumpsit, tempore Eliæ ignis quinquagenarios deuorauit 4. Reg. 1. Contra sudorem illum est baptismus quo regeneramur in filios Dei; contra ventum vrentem afferentem sterilitatem, est nunc spiritus vehemens; contra ignem illum paradisi, est ignis Spiritus sancti.

Benedictus Deus, misericordiæ eius super omnia opera eius, potentiæ eius non est finis, eisdem vtitur ad iram, eisdem ad misericordiam, quia manus eius non est abbreuiata, nec eius virtus sacramentis, aut rebus quas fecit, alligata. Ioseph, fratres ex inuidia de medio viuorum tollere cupientes, in cisternam miserunt, & Ismaëlitis vendiderunt, iustitia Dei exigente, iusto Dei iudicio; cum in Ægyptum postea descendissent captiui eorum filij per multũ tempus, conficere lateres vi premebantur, & paleas dispersi per totum Ægyptum quærere. *Pena de peccado, Ioseph en pozo ellos olleros en hornos, y pocos mui en lodados*, sed quia antiquioribus eorum patribus, puta Iacob, Isaac, & Abraham iure iurando iurauerat Dominus terram promissionis se daturum, è terra Ægypti, de domo seruitutis illos eduxit, in terram promissionis ducens, mirabiliter Moysi apparuit in gloria: erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, ante quod Moyses, & Aaron, Nadab, & Abyhu, & septuaginta de Senioribus Israël viderant Deum Israël sub pedibus eius, quasi opus lapidis saphyrini, & quasi cœlum cum serenum est. Ægyptus fuerat illis laboriosus, sicut infernus, dum lateres conficiebant, nunc lateres

Exod. 5.

Exod. 24.

saphyrinos quasi cœlum videbant, pœna in gloriam, ira & indignatio in misericordiam, propter merita antiquorum Patrum commutatur nobis, è contra antiqui patris delictum in irã, noui secundi Adam in meritum, ignem indignationis in misericordię ignem commutauit. Deuorauit virga Aaron virgas aliorum, iste ignis illum ignem positum ante paradisum deuorauit. Murmure populo in Deum insurgẽte (in Deum fortissimũ, qui spiritus est armis & vi surgere non poterat) accensus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem, cum orasset Moyses ad Dominum, absorbtus est ignis, Domino placato. Cum Angelus ille in paradiso erat positus ad eius custodiam, ignem illum tanquam gladium euaginabat, tanquam lanceam in hominum terrorem vibrabat, tanquam arcum tendebat; nũc orante Christo se ipsum in pretium pro salute & redemptione generis humani offerente, non solùm ignis ille indignationis absorbtus est, sed Spiritus sanctus qui ignis consumens est, ignis vibrante lumine, linguæ figuram detulit, verbis vt essent proflui, in charitate feruidi. Quadrat per omnem modum Hieronymus, qui in illa verba Ezechiel. [Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluẽs, & splẽdor in circuitu eius,] inquit, quòd nomine vẽtus intelligitur Spiritus sanctus, per nubem humanitas Christi, super illa verba: [De medio ignis quasi species electri] inquit sentiendum, quòd in medio ignis & tormentorum est similitudo electri, vt post iudicium atque tormenta quæ patientibus tristia videntur, pretiosus electri fulgor appareat, dum prouidentia omnia gubernat, & quæ putatur pœna medicina est, pœna fuit ignis, medicina ignis, iterum punitio vltima erit per ignem tam in hoc sæculo, quàm in futuro. Iratus Dominus in populũ, quia locutus fuerat contra ipsum & Moysen ignitos serpentes in populum misit, qui morsibus eos percuterent, sicut ipsi momorderant Domini

Exod. 7.

Num. 21.

Hieronym. Ezechiel. 1.

Num. 21.

Congruentia quare serpentes misit Dominus.

Eccles. 25. & Moysi honorẽ, oratione Moysi placatus Dominus, serpentem æneum in salutem fieri præcepit, vt eisdem conferret salutem, quibus causauerat infirmitatem. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Eccles. 25. nam illa dedit viro de ligno. Genes. 3. per mulierem salus, nam ad serpentem statim dictum est, ipsa conteret caput tuum. Quoties lõga incuria ager sylvescit, & toto luxuriæ agrestis fordescit horrore, peritissimi cultoris aperitur, & purgatur incendio, vt exustis sentibus releuetur prima facies campi, & fiat facilis vomeri via, & terra sterilis sit germinis ferax, iuxta quod per Hieremiam dicitur: Nouate vobis nouale, nolite serere super spinas, sic fratres cœlestis ille agricola, qui exiit seminare semen suũ; videns non valere suũ, ideſt, mũdum tribulis, & spinis plenum (ipsum enim pupugerũt, & crucifixerunt) vidẽs regna gẽtium esse, velut syluam antiquam, nemúsque quoddam condensum, vepribus plenum, sentibus, & tribulis refertum, videns quòd Iudaïcus populus continuò aratro legis cultus non fecit fructum, sed pro tritico lolium reddidit, & pro vuis vinea illa fecit labruscas, ascendens in cœlum diuinum ignem misit, vt hoc igne Apostoli inflammati possent postea omnem syluã, omnémque mundum accendere, & inflammare. Iræ, rixæ, odia, contentiones & æmulationes, quid aliud sunt nisi tribuli, spinæ, vepres, sentes, quæ pungunt & diuidunt vnionem amicitiæ, & pacis falsa testimonia? opprobria, spinæ sunt, quæ cor pũgunt. Parum est hoc, atque scitu facile, maius & difficilius fuit scire, quòd diuitiæ quæ delectant, sunt spinæ, quæ cor pũgunt, & diuidũt, dum illud à cogitatione supernorũ distrahunt, & vbi est thesaurus ibi illud pertrahunt corpus in ecclesia, anima & cor vbi thesaurus. Metus, qui corda discipulorum inuaserat, & totaliter occupauerat, spina fuit palatui adhærens, confessionem, quæ requiritur ad salutem impediens; vt huiusmodi spinæ & tribuli comburerentur

Simile ex Chrisog. sermo. 164.

1. Hiere. 4.

Ad mores.

Luc. 8.

Pro Sexagesima.

iste

iste diuinus ignis missus est, qui singula & omnia cõsumeret aduersa. Iste est ignis, quem Dominus venit mittere in terram, corda terrena terra sunt, vt hanc terram inflãmaret Deus, illum misit, pomum illud, quod protoparentes nostri in paradiso positi gustauerunt in principio dulce, in fine amarum fuit, eorum ventrem amaricauit (sicut dulce calidum, sic amarum frigidum est) venter frigidus frigidam ex tunc prolem genera- uit. Deus noster ignis consumens est, vt torporẽ frigoris excuteret, & rubiginem cordis consumeret puta desiderium terrenorum, atque in pristinum calorem cor restitueret, hunc diuinum ignem misit. Sicut alter Elisęus puero naturæ nostræ se vnierat, tum Spiritum sanctum in flatu dederat, iam discipuli oscitare, & respirare cœperant, ex parte calore illius flatus fuerant calefacti, sed in morte multi, si non omnes, scandalum passi tepuerunt & friguerunt, sicut frigore constringuntur membra, sic timore astricti & constricti relicto magistro, fugerunt. Petrus inter inimicos non ausus confiteri magistrum, quem inter amicos prædicauerat Deum, credebat corde ad iustitiam, sed confessionem non faciebat ad salutem, vt frigidos ardentes, tacẽtes loquentes simul faceret, non igne tantùm, nec in lingua tantùm, sed in linguis igneis simul apparere dignatus est, vt significaret quod omnes, quos replet ardentes pariter, & loquentes facit, iste namque ignis est, qui obscura illuminat, purgat sordida, exurit fluida, decoquit vitiosa; ignis iste, quem oculis videmus, incendit; liquefacit, illuminat. Omnia sibi coniuncta, & appositа calefacit, & in se conuertit, sibique similia facit; sic Spiritus sanctus mentem, quam occupat illuminat, inflammat, & liquefacit: liquefacta est enim anima sponsæ vt vocem sponsi audiuit. Antiquitus cum dixit Dominus ad Eliam: Ecce Dominus transit, dicitur non in spiritu Dominus, post spiritum commotio, non in commotione Dominus, post commotionem ignis, nõ in igne DO-

Luc. 18.

Deuter. 4.

Æpitheta ignis.

Simile.

Simile.

Gen. 3.

minus, & post ignem sibilus auræ tenuis, quod cum audisset Elias operuit vultum suum pallio, cui Dominus statim est locutus, tunc veniebat Dominus in sibilo auræ tenuis. *Era gratia de sopolito delicada*, & non in abundantia sicut nunc quando venit Dominus in spiritu vehementi, & in igne simul. *Ay quien con este cauterie de fuego no sana.* Exod. 12. præcipiebat Deus, vt si quid agni residuum fuisset igne combureretur. Cum Dominus sanctos patres educeret de limbo, & cœlum ascenderet, & Apostoli residui essent, ignem, qui illos cõbureret, nunc mirabiliter misit. Deuteron. 25. præcipiebat Dominus, quod si fratres habitassent simul, & vnus ex eis decederet sine filijs, frater acciperet vxorem defuncti ad suscitandum semen ex ea. Christus dominus Ioan. 1. dicitur lux vera: nomine autem lucis passim per Prophetas significatur, mortuus est sine filijs ex populo gẽtilicio, quia missus solùm ad oues, quæ perierunt ex Israël. Spiritus sanctus eiusdem substantiæ cum illo, venit ad inflammãdum discipulorum corda, vt suscitarent, & illuminarent gentes. Daturus Deus legem, ignem præmisit in rubo, inquit Chrysologus, sed diuinum rubus incendium nõ concepit; iam tunc aculeis malitiæ plenum & ingratum populum præfigurãs, qui noluit igne diuini amoris inflammari; nunc in arua gentium cum destinaret Apostolos, sic eos igneo imbre perfudit, & ignis consedit super eos vt possent humecta siccare, sicca humectare, cruda decoquere, frigida calefacere, accendere extincta, cõburere noxia, & in opere diuerso, vno atque eodem igne tota percolere deserta terrarum, dicente Propheta. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Apocal. 8. accepit Angelus thuribulum aureum in manu sua, & impleuit illud de igne altaris & misit in terrã, & facta sunt tonitrua, & voces & fulgura. Hodierna die magni consilij Angelus misit ignem suum in spiritu vehementi vt combureret noxia, calefacere-

Chrysolog. ser. 164.

ret frigida, nostrúmq; excitaret torporem. Isaias Christi propheta,& prope Euangelista immunda se habere labia deplorabat dicens, væ mihi, quia tacui. Missus est ad eum vnus de Seraphin, habens in manu carbonem, quem forcipe tulerat de altari, tangens os eius abstulit *iniquitatem*, & peccatum circumpurgauit. Nunc non Seraphin, sed ipse Spiritus sanctus in discipulos venit, labia discipulorum diserta faciens, & cor virtute replens sine suo cogitatu, quid, & quomodo coram regibus loquãtur administrat. Hieronymus ad Hebdidiam pertractans hunc locum inquit, in Isaia quidem, superluminare templi dicitur fuisse commotum, & repleta est omnis domus fumo, ideſt, errore, & tenebris, veriq; ignorantia; in principio autem Euangelij repletur Spiritu sancto Ecclesia, vt gratia eius atque terrore omnium credentium peccata purgentur. Petamus, dilectissimi, hunc ignem nobis communicari, vt iniquitates auferat, peccata depurget, corda nostra sui amoris calore inflammet, vt huius sancti spiritus mente suauitatem sentiamus, vt sicut Isaias, qui postquam mundatus est diuina mysteria depromere cœpit, dicens. Ecce virgo concipiet: sic nos, incarnationis, præcipuè passionis sacramentum semper meditemur; cogitemus corde, contemplemur mente, nè sicut populus Iudæorum tanto beneficio simus ingrati.

Isai. 6.

Hieronym. tom. 4. 9.

Infœlix anima, quam ignis iste illuminat, & eius voluntatem non comburit, & inflammat. Quid prodest, scire viam Domini, & nolle peruenire ad dominum? Deus cognosci vult, præcipuè tamen amari vult, ideo Lucæ 12. cum dixit ignem veni mittere in terram, non dixit, quid volo nisi vt illuminet? sed dixit, quid volo, nisi vt ardeat? vbi legit Hieronymus, quàm volo vt ardeat! ideſt, maxime volo vt ardeat; sic Matth. 16. quàm angusta est porta quæ ducit ad vitam! ideſt, maximè angusta est. Rex ciuitatem expugnaturus, nihil aliud nisi ignem applicare ad tormenta bellica curat, vt cor-

Simile.

ruente muro possint milites vi & armis ciuitatem occupare; volens Deus cor nostrum, templum, quod Spiritus sanctus inhabitat, possidere, hunc diuinum ignem misit, vt cunctis videntibus & stupentibus disponerentur corda, nè obsisterent diuinis inspirationibus: insuper Apostolis veluti tormenta bellica fuerunt, quibus mediantibus Deus mundum sibi subiecit. Vociferantes occurrerunt Philistini Sansoni, quem vinctum ducebant, sed irruit spiritus Domini in eum, & sicut solent ad ardorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt, & soluta: hoc igne omne impedimentũ sublatum est, & omnes inimici dissipati. Nam dedit os & sapientiam cui nemo poterat cõtradicere.

Simile.

Lenit. 6.

Deus noster fratres, cor nostrum, animam nostram occupare desiderat; cor est illud antiquum altare, in quo ignem semper ardere Deus desiderabat, & volebat. Quod tuum altare? (inquit Chrysosto.) mens tua spiritualis. Quod spirituale tuum sacrificium? omnis bonæ operatio. Quis altaris tui ignis? compunctionis calor; Quod templum tuum à Deo conditum? mundum cor, in quo Deus habitare amat. Hæc Chrysostom. Dic, frater Deo. Cor mundum crea in me Deus, munditia penitus non est, dic Deo, quòd creet illam, alias manebit cor, velut quidam perennis fons cupiditatum, & velut radix quædam, perpetua mala germinans, perpetuus in te sit dolor, sicut mare sit contritio tua, dole super peccata tua, sicut dolet mulier super vnigenitum, nam non duplex, sed vnica est in te anima tua. Exod. 25. iussit Dominus formari arcam, mensam, candelabrũ pluráque alia templi ministerio necessaria, iussit quoque emunctoria fieri. *Tixeras de despauilar.* Oportet ignem diuini amoris in anima nostra semper ardere, sed quia venalia, quæ passim committimus (nam si dixerimus quòd peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est) sunt tãquam quædam faulæ, quæ charitatis feruorẽ impediunt, oportet per-

Chrysost. hom. de Spiritu sancto.

petuò emungere. Quid est cogitatio mala in qua non complacemus, sed aliquantulum immoramur? fauila, quæ nō extinguit ignem, sed impedit feruorem. Quid est cura terrenorum licita, & absque peccato? fauila distrahens animam à consideratione æternorum. Mulier innupta cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu; nupta verò, quæ sunt viri; distrahunt quidem hæc temporalia, licet sine peccato aut Dei offensa exerceri valeāt; oportet ergo continua Dei contēplatione, æternæ vitæ consideratione, æterni supplicij cogitatione, atque diuini amoris feruore, emungere & purgare quicquid fuerit impedimentum diuini amoris. Sunt quidā qui ex munere sui Apostolatus, & officio pastorali Christiani populi saluti incumbentes ministerium Aaron exercēt (vtinam sic à Deo vocati) maximo opere desiderant, curis omnibus depositis diuinæ contemplationi vacare, hominum frequentiam deserere, multiloquium, in quo non deest peccatum derelinquere, dulcedine contemplationis perfrui, quia audierūt spōsum solicitę Marthæ, dicentem, turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium. Hi quidem si à Deo tanquam Aaron sunt vocati, gregi suo prouideant, pascant oues, & agnos Domini, pro ouibus animam ponere ex amore ouium ab amore Dei descendente, semper parati, per noctem quærant sponsum, quem diliget anima sua, per diem quærant sponsam quam diligit sponsus. Cum in Persidem captiui ducerentur antiqui Hebręorum patres, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari, occultè eum absconderunt, ita vt omnibus ignotus esset locus: nepotes sacerdotum qui absconderūt ignem, non ignem sed aquam crassam ibi inuenerunt, sed aqua illa refulgente Sole iterum in ignem conuersa est. Facile est, à pastorali cura animarum propter Deum, etiam si aliqua contingat diuagatio, redire ad feruentissimum Dei amorem. Intentus regimini populi Moyses erat, sed quia ascendens mon-

1. *ad Cor.* 7

Ad pasto-resEcclesiæ.

Luc. 10.

1. *Mach.* 1.

tem diuinus ignis mẽtem eius occupauerat, postea existens cum populo eodem charitatis amore ęstuabat atque flagrabat, ex consortio Domini in Domini amorem ardebat, ex consortio Domini, postea descendens ad populum, eius facies splendebat, radij diuini splendoris & fulgoris ex eius facie procedebant. In symbolicis facilior est transitus, ex amore ouium Dei, facile est ad diuinum ascendere amorem, & ab amore Dei ad amorem ouium descẽdere. Ascendebat Moyses in mõtem, vt audiret verbum Domini, cibum ouium, pastũ ouium, facile relicto Domino, descendebat ad oues, corripiebat illas, pastorali baculo percutiebat, conuertebatur statim absque grauedine, & difficultate, & pro ouibus orabat ad Dominum. Fœlices oues, quæ tali fruuntur pastore, non homine, Dominus Deus de cœlo elegit illum. Adam in sopore, & ecstasi positum
Genes. 2. fuisse legimus, & hoc non nisi cum costam formandæ Euæ administrabat: ministra ouibus necessaria, Dominus in te mittet diuinum soporem. Abraham dum An-
Isai. 6. gelis ministrat, videt in ænigmate Trinitatem. Seraphin circumcirca Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, volando, volabant, visioni diuinæ maximè intenti, & occupati, diuinas Domino laudes decantabant, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, altissima erat cõtemplatio, quæ Deum trinum pro obiecto habebat, os ex abundantia cordis in laudem erumpebat, sed volatu celerrimo *esta feta ligera* vnus ad Isaiam vsque peruenit, arrepto forcipe carbone prophetæ labia purificauit: hoc fecit, illud non omisit, Dei contemplationi & visioni intentus, Isaiæ saluti consuluit. Ex his, quæ assumpsi difficile non erit vnumquemque lectorem similia inuenire. Vtinam tales inueniantur pastores, qui non verbo, sed opere & veritate oues suas diligant, qui nõ verbo, sed opere & exemplo subditos suos doceant.

Conuenientissimè diuinus spiritus in igne descen-

dit, quia ignis maximè actiuus, & purus est, secundò, quod præcipuum est, quia altissimum Trinitatis mysterium non obscurè repræsentatur in igne, in quo tria sunt, substantia & esse ignis, à quo fulgor & splẽdor, atque calor quidam procedunt. Ignis efficacissimus est ad operandum, ideo per ignem pater, qui est principium & prima persona Trinitatis repræsentatur, ab ipso quidem aliæ duæ personæ procedunt, & potentia tribuitur ei; per splendorem filius, qui iuxta Paulum est splendor & figura substantiæ patris; per calorem, Spiritus sanctus qui est amor repræsentatur, amor est calor quidam. Amplius, lingua, verbum quod in auribus sonat, & eorum, quæ latent in anima est manifestatiuum, format, ideo exterius hoc nostrum verbum æterni patris verbum vtcumque repræsentat; nam sicut verbum nostrum manifestat ea quæ sunt in mente, ita æternum patris verbum manifestat omnia quæ sunt in mente patris, ideo conuenienter dicimus, quòd pater est sicut lingua, quæ verbum producit. Mirabilis hæc doctrina mea, non est mea, sed Chrysostomi Sermone de Penthecoste aliquantulum post principium, vbi inquit in specie igneatum linguarum spiritus descendit hodie, vt infantilitatem gentium in theologiam conuerteret, simúlque indicabat patrem esse, qui mitteret. Lingua enim pater, qui genitor est verbi. Significatum est ergo, patrem, cum verbo quod genuit, Spiritum sanctum mittere. Consonat Gregor. Sermone de Pentecost. vbi inquit, verbum quippe patris est filius, & quia vna est spiritus & verbi substantia, idem spiritus monstrari debuit in lingua, ac si dixisset, verbum, quod est filius, est productum à patre, qui est lingua; conuenienter ergo Spiritus sanctus venit in lingua, vt significaretur & ostenderetur consubstantialis patri, qui vt lingua produxit verbum sibi simile. Notanter de Spiritu sancto dixit Christus Ioan. cap. 15. Qui à patre procedit, nè quis existimaret, quòd pater

Quare Spiritus sanctus venit in igne.

Heb. 1.

Chrysost. tom. 5.

Genes.

genuit filium, & filius produxit Spiritum sanctum, sicut in humanis Petrus generat Paulum, Paulus Ioannem sine Petro, sed quod pater cum filio immediatè per amorem produxerunt Spiritum sanctum, suadetur ex contextu literæ, nam dixerat Christus. Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, nè quis existimaret mediatè à patre procedere, à filio verò immediatè, post prædicta verba subiungit Christus, qui à patre procedit, ideſt, immediatè. Hoc nonnunquam concionator populum docere debet, quia fides Catholica, quam ignorare non debemus est. Vltimò ex parte finis desumitur ratio, nam mittebatur, vt discipulos illuminaret, & hoc ignis claritas repræsentat, vt illos inflammaret, hoc eius calor & ardor ostendit, vt illos deduceret, velociter moueret, hoc bene ignis, qui velox est, leuis, & non grauis figurat, vt gentes docerēt, donum linguæ requirebatur; ad hunc effectum denotandum in linguis venit, prædicandum erat Euangelium omnibus gentibus, omnibus linguis, atque nationibus, voluit significari ex domo Spiritus sancti esse prædicandum & nullum esse saluandum, nisi qui vnitati, & communicationi Spiritus sancti copularetur, vt docet Aug. libro. 2. contra Gresconium. c. 13. ideo venit in linguis igneis. Qui contra Deum, turrim edificare conati sunt (inquit Gregor.) communionem vnius linguæ perdiderunt, in his autem, qui Deum humiliter metuebant linguæ omnes vnitæ sunt.

Gen. 10.

Greg. homilia pent.

Petamus ergo, Fratres, hunc diuinum spiritum, vt mentem nostram illuminet, & cor inflammet. Quare, fratres cor vestrum rigidum non flectitur, durum non emollitur? Quare non liquescit à facie huius ignis? lapideum est, duris lapidibus durius. Percutiente Moyse virga silicem aquas dedit: ad vocem Iosuë sol stetit; ad clamorem Eliæ ignis descendit de cœlo; ossa arida audiunt verbum Ezechielis, & inter se iunguntur; homo est qui Deo obedientiam non præstat, sed suo resistit

Num. 20.

factori; cordis Pharaonis vitijs duritiem quotidie audimus, audientes detestamur, & ex quodã zelo quadã iusta ira in obduratum hominẽ irascimur. Vę nobis, qui alijs vitijs irretiti similem obdurationem in nobis ipsis non sentimus, in alieno oculo subtilem, & minutissimam festucam linceis oculis prospicimus, qui in nobis ipsis trabem magnam non videmus. Fratrem quẽ vjdemus, non diligimus, se dab eo per odium se paramur, & elongamur. Prius datur Spiritus sanctus in terra, postea de cœlo mittitur, ad denotandum, quòd proximũ, & Deũ diligere debemus, & quòd si proximum, quem videmus, non diligimus, nec Deum, qui est summum bonum, quem non videmus, diligimus.

Iob. 10. *3. Reg. 18.* *Ezech. 37.*

Si non allicit nos amor, saltim à malo deterreat timor, consideremus, quòd sicut nunc misericors venit in igne, ita etiam iudicium vltionis erit in igne: dicente Propheta, Ecce DOMINUS in igne veniet & quasi turbo quadrigæ eius reddet in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis, vbi diuus Hieronymus splendidissimũ Ecclesiæ lumẽ interpretans hunc locum de secundo, & futuro aduentu inquit. Non quòd DOMINUS ignis sit, sed quòd sustinentibus pœnas, ignis esse videatur. Aug. 20. de ciuitate Dei inquit. In igne enim DOMINI iudicabitur omnis terra, & in gladio eius omnis caro, quasi turbo quadrigæ eius, i. sicut tempestas valida, vt habetur in Hebræo quasi fulgur. *Vn turbion con truenos y rayos y relampagos*, ideſt, subitò, & velociter veniet *sin pensar*, conuenit cum illo, quia qua hora non putatis filius hominis veniet, ad comminationem, commonitionem, vt inuigilemus omnia hæc pertinẽt. Primò iste diuinus spiritus super aquas, cum DOMINUS à Ioanne in Iordane baptizatur in specie columbæ apparuit: secundò in flatu discipulis à Christo datur: vltimò in igne venit, vt omnes effectus, quos in anima, quam per gratiam inhabitat, causat, demonstrarentur. Primò namque iste

Isai. 60.

Aug. de ciuitate Dei cap. 21.

Luc. 1.

diuinus spiritus eam à sordibus originalis peccati abluit secundò suauitate eam replet, replendo recreat, & ab æstu concupiscentiarum temperat, ad bonúmque impellit. Primum per aquam, secundùm per aërem conuenienter significatur. Tandem, tandem in igne venit. Nam si homo aperit os suum, & attrahit hunc diuinum spiritum, cor eius veluti si in linguis igneis descenderet, iste diuinus spiritus inflámat, & diuini amoris feruore accendit, ac mentem clarioribus illustrationibus illuminat. Non obscurè in arcu illo, quem in signum fœderis hominibus Dominus dedit, omnes isti effectús demonstrantur: arcus námque celestis est nubes aquosa, per omnes sui partes solis radiis penetrata, quæ arcus dicitur: nam ad modum arcus conuexitatem in summitate nubium habet, & cornua quædam reprimit, quæ ad terram extendit, quorum extrema terram tangunt, plena facie semper solem respicit ex oppositio, & à sole semper respicitur: mutuò enim se respiciunt è regione oppositi, ex aqua ceruleum in medio contrahit colorem, ex aere verò hyacinthinum (hyacintus nunc colore ceruleus, nunc subrufus est, nunc purpureus cordi lætitiam confert; & melancholico humori contrariatur) ex igne verò in suprema sui parte, colorem habet rubeum: omnes isti gradus in anima, quam Spiritus sãctus inhabitat, spiritualiter inueniũtur, ptout Spiritus sanctus liberè donat, ac misericorditer impartitur. Per hos. n. gradus, veluti per quandam scalam ascendit anima (vt iam diximus sermone 1. & 5. huius festi) videmus námque iustos mortificatos carne, viuificatos spiritu, aliquando pallidum, aut ceruleum habere colorem, aliquando candidum sine rubore, *des blanquecldos*, aliquando ex interno calore diuini amoris, rubicũdi sunt, quod plus est, post mortem, optimum quem in vita habuerunt retinent colorem. Paulus, in Christum, qui hunc ignem misit, transformatus, caloréque huius ignis accensus, contemnens omnia, quæ sub ambitu cœli continentur: & ascendens in cœlum, non

Nota.

quiescens vsque dum perueniret ad illum, qui ascendens super omnes cœlos, hunc ignem misit, dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. O vtinam corpore exutus, & onere corporis exoneratus, ad Christum rapidissimo velocissimóque raptu ascenderem! huius ignis ardor mentem alicuius si occupauerit, totum inde torporem ignauiámque depellit. Væ nobis quos cura corruptibilium in inferiora deijcit, & post se miserabiliter rapit. In hoc quòd iste diuinus spiritus in subtilissimis purissimísque elementis apparuit, atque adeo per Christũ misericorditer datur, manifestè docemur, quantam in anima (quam inhabitare vult) debeat puritatem inuenire: Non enim hominem peccatorem, & 1. Reg. 15.
sordidum inhabitat: statim enim postquam Saul non obediuit Domino, spiritus Domini recessit ab eo, & spiritus nequam exagitabat eum, misericors verò Dominus illum, qui spiritum sanctum nun habet per diuinum auxilium, & impulsum eiusdem spiritus sancti, illum mouet atque disponit ad habitandum eum per gratiam iustificantem, vt meritis ab ipsa gratia procedentibus aptior sit ad maiorem gratiam, & cumulatiora dona suscipiendum: Receperat quidem hunc diuinũ spiritum sacratus Apostolorum chorus, tamen vt abundarent in omne opus bonum, in choros diuisi in oratione perseuerantes hymnos Domino decantabant, atque animos in aduentum huius diuini spiritus, solicitudine non pigri, spiritu feruentes, præparabant, splendoribus, & calore illius ignis iam fruentes. *Gocauan de sus arreboles.* fraterna se dilectione mutua diligebant, & omnium cor vnum erat.

Ascenderat Christus cœlum, visibiliter, videntibus illis corporaliter eleuatus fuerat: sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ intenti sunt, sic in ipsum ascendentem oculi eorum defixi fuerant: sic visibiliter ascẽdere quid fuit, nisi sicut aquila, super ipsos volitare? & volitando eos ad volandum prouocare, & labia ad di-

cendum cum Propheta, Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, mouere? differtur omnium bonorum possessio, vt desideria dilata crescerent, & cum sponsa, amoris teneritudine languerent dicendo, námque dixerat
Ioann. Dominus Ioan. 14. ego rogabo Patrem, & aliú Paraclytum dabit vobis, voluit tamen animum studio orationis, & ieiunij, quo certum genus dæmoniorum eijcitur, prius disponere, nè ignauiæ nostræ occasionem præberet, sed filij lucis sicut filij tenebrarum soliciti peruigilarent, qua hora Dominus suus esset in specie igneárum linguarum vẽturus, hac ratione dixerat Dominus, nisi ego abiero Paraclytus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos. Ac si dixisset, quandiu circa meam carnem occupatur vester carnalis affectus, tandiu meam diuinitatẽ non susçipit spiritualis vester obtutus, *Auia de estar mas espiritualiz ado*, ac si dixisset Christus (iuxta Augus. cuius est explicatio præsens) aliquid
Ex Augu. ser. de pent. melius est in me, carne ista visibili, est quidem in me diuina natura, quæ est spiritus, iuxta conditionem naturæ carneæ vestræ in carne vos docui: iuxta spiritũ, Spiritus sanctus docebit omnia, Ioannes gloriãter, inquit,
1. Ioan. 1. quod fuit ab initio, quod vidimus, oportebat nihil oculis carnis videre, vt oculi mentis magis dispositi essent ad scientiam spiritus, *y endome yo darscos a cedula de passar a la ciencia de espiritu*. Eleganter, vti solet, loquitur
Leo. de hac re Leo Papa serm. de Ascensione, dicens, ineffabili modo cæpit esse diuinitate prę̃sentior, qui factus est humanitate longinquior: quia absente forma in qua minor est patre, illam qua ęqualis est patri liberius contemplamur. Vtrunque simul Leo docet, & quod, sicut Deus pater secundum diuinam naturã est major Christo, sic contemplatio diuinæ naturæ in se, & secundum sibi propria est major, quàm contemplatio humanę naturę Christi diuinę vnitę, & quòd absente Christo liberius, & melius diuinam contemplabantur. Ad pleniſſimam considerationem, & contemplationem diuinę

naturæ, quæ esse potest in hac vita, necessaria erat maxima dispositio, ad maximam dispositionem requirebatur absentia corporis Christi. Notanda maximè sunt verba Aug. lib. de spiritu, & anima, & in manuali cap. 26. vbi inquit, Deus propter homines factus est homo vt vterque sensus hominis in ipso beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate; Conuenienter post passionē non ante Spiritus sanctus missus est, sic mirabiliter, & visibiliter. Nam perfectissimum, & supremum donū, quod Christus dominus, vt homo potuit hominibus promereri, & vt Deus dare: non debuit perfectissimum Christi meritum præcedere, quod fuit, in cruce se pro hominibus offerre. Non obscurè haberi videtur, Isai. 55. vbi inquit propheta. Si posuerit pro peccato animā suam, videbit semen longæuum, ideſt, videre gentium conuersionem, & fidelium multiplicationem debet esse effectus passionis, non præuisæ sed exibitę. Ideo antequam Psa. 2. diceret, Pater, postula à me, dabo tibi gentes hæreditatem tuam, præmissum est de passione, Quare fremuerunt gentes: sic de supremo hoc dono dicendum, quod non debuit ante passionem dari, quia vtrunque supremus fructus meritorum Christi est; vltimus verò, ingressus gloriæ. Adumbrat hanc veritatem, historia Abrahæ: cui victori Melchisedech occurrit, & benedicit, post non ante quàm decimas ex omnibus offerret; sic æternus Pater non misit ex meritis Christi hoc donum, antequam diabolum vicerat. Fauet Chrysost. explicans illud Ioann. 7. nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, dicens, gloriam Christi crucem vocat, quia enim inimici, donum autem non inimicis, sed amicis datur, oportebat prius offerri hostiam, & inimicitiam in carne dissolui, & tunc sacros Dei amicos suscipere donum. Adumbrat quoque hanc veritatem historia Iacob, qui Genes. 48. benedicens filiis Ioseph, dixit ad illum, do tibi partem

Ante passionem non debuit mitti Spiritus sanctus.

Isai.

Psalm.

Figura Genes. 14.

Chrisost.

Christi crux gloria ergo absit gloriari nisi in Cruce

Genes. 48.

vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio, & arcu meo, sic Christus hoc donum in tanta abundantiæ plenitudine non debuit dare nisi post meritũ passionis exhibitę post deuictum inimicũ.

Post mortẽ ante ascensionem non debuit mitti Spiritus sanctus.

Non debuit autem statim post mortem dare, quia, & si iam de inimicis inuisibilibus triumphauerat, & prædam illis ab stulerat, Iudæorum perfidiam nondum retuderat, nec discipulus plenè in fide resurrectionis confirmauerat, ideo ad tantum donum suscipiendum apti non erant. Hac ratione dixit Magdalenæ, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem, ideſt, in corde tuo non perfectè credis, propter hoc noli me tangere, aliorum patrum expositio mihi magis placet, nunc hæc quæ est Aug. facit ad rem, fauet pet omnem modũ illud Ioan. 7. nondum erat spiritus datus, quia Iesus nõdum erat glorificatus, ac si dixisset Euangelista. In omnibus debuit Christus tenere primatũ, sic docet Paul. ad Colos. 1. ipse est primogenitus ex mortuis, vt sit ipse in omnibus primatum tenẽs, sicut ergo nullus debuit resurgere ad vitam immortalem ante Christum (Lazarus iterum mortuus est) sic nec ingredi cælum; sic nec clarificari in terra, antequam Christus perfectè esset clarificatus, hoc non fuit ante ascẽsionem, quoniam videntibus Apostolis ascendit in cœlum, tunc quidem clarificatus est secundùm locum, tunc debuit mittere Spiritum sanctum, vt ipso Apostoli confortati clarificarent eum secundùm nomen annuntiando illum inter gentes in omni loco. Reg. 2. Eliseo petenti spiritum duplicem Elias renidit. Si videris me, quando tollar à te erit tibi quod petisti: sic prius debuerunt Apostoli Christum ascendentem glorioſum videre. Apoc. 8. Angelus accepit thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & missit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura: ergo erat in cœlo. Hoc quod dixi colligo ex Paulo ad Philip. 2. humiliatus est vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod

Ioann. 7.

Colos. 1.

4. Reg. 2.

Philip. 2.

exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Duobus in merito; duo correspondent in præmio, Christus fuerat humiliatus, ex humilitate fuerat despectus, & nomen eius obscuratum, *Parecioles a los Iudeos que no era nada pues matandole auian salido con la suya.* Humilitati correspondet exaltatio, nominis obscuritati, nominis clarificatio correspondet, propterea, Dedit illi nomen super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. *Hizoque de solo oyrlo sin verlo todo elmando temblasse.* Maior explicatio sermone de Circunciſione erit, ad propositum, prius exaltauit secundùm locum, quam clarificaret nomen eius mittendo Spiritum sanctum, qui maximè eum clarificauit, ergo ante ascensionem, vbi clarificatus est secundum locum, non debuit mittere Spiritum sanctum, qui clarificaret secũdum nomen. Debuit námque summus Pontifex Christus, qui semel se obtulit pro peccatis, summã, supremáque occupare sedem, antequam supremũ mitteret donum, supremámque, atque generalẽ promulgaret indulgẽtiã cunctis gentibus atque nationibus; cũ formã seruilem induit, humilemque ostendit personam, venit summus Pontifex noster mortalis ad mortales, passibilis ad passibiles, humilis ad humiles, in similitudinem carnis peccati ad peccatores, & in præsepio cum bestiis positus est; donum verò, vt magnus princeps missurus, super solium excelsum, & eleuatũ prius debuit sedere, sicut illum vidit Isa. 6. Tunc quidem, cum Dominus sic sederet, Spiritũ seraphicum misit ad purificanda labia Isaiæ calculo ignito; sic Dominus post quã ascendit in cœlum, & sedit ad dexteram Patris, in linguis ignis Spiritum sanctum ad purificanda labia Apostolorum, qui eum confiteri ausi non fuerant, misit. Moyses non nisi ascendens prius montem, legem dedit, Exod. 19. & Exod. 34. postquam verò perfecta sunt omnia, quæ expectabant ad tabernaculum, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Sic

Isai. 6.

Exod.

Exod. 40.

postquam omnia', quæ ad nostram redemptionem spectabant, postquam ascendente Christo nubes suscepit illum, operiens illud tabernaculum, quod sibi verè vnierat, apparuit gloria Spiritus sancti venientis in ma-
Reg.3.c.8. jestate, & claritate. Postquam Salomon in templo Domini compleuit orationem, surrexit de conspectu altaris, & stetit, & benedixit omni Ecclesiæ. Elias non nisi postquam ascendit per turbinem in cœlum pallium, & spiritum suum duplicem Elisæo contulit, sic postquam
4. Reg. 2. verus Salomon in horto compleuit orationem, in crucis sacrificium, postquam stetit à dextris Dei benedixit omni Ecclesiæ, mittens Spiritum sanctum. Reges, &
Exemplum Duces, parta victoria, omni perturbatione sedata, diuidunt spolia: sic Iudas monuit suos non colligere spo-
1. Mach. 4. lia, dicens, bellum contra nos est, sic Christus omnibus paccatis misit Spiritum sanctum.

Alia quoque causa grauissima, ad fidem pertinens in-
2. Causa. genio Diui Augustini digna, est, vt crederemus ad pa-
Aug. ser. de Spiritu sancto. trem peruenisse, qui iam de cœlo tale donum mittebat. Credimus (inquit August.) ad patrem peruenisse, cum videmus ad Apostolos paraclytum descendisse: credimus namque regnare in cœlis, quem cernimus munera sancta donare in terris: ac si dixisset August. sic voluit Deus adiuuare infirmitatem fidei nostræ, quamuis posset alio modo in nobis causare fidē. Deus qui exaudierit per ignem ipse sit Deus dicebat Elias, Abel quoque exauditus est per ignem, qui descendit cremare sacrificium: Christus Deus est, quia misit hunc ignem
3. Reg. 18. Apostoli hoc igne ardētes gratum Deo sacrificium fuerunt, hac quoque ratione à saluatore dictum est, Nisi
Ioan. 16. ego abiero paraclytus non veniet ad vos, ac si diceret, homines tardi ad credendum, qui non credunt nisi quod oculis cernunt, non credent me Spiritum san-
Ioan. ctum mittere: si me in terris conspexerint, *No creerando embio de atriba, si me veen aca baxo*, sic Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus,

De

De cercas mas pudierays, aut saltim *mas hiziefays*, sic regulus, descende prius quàm moriatur. *No creya que aculla podia dar salud aca:* videndo illum ascendisse, & dona mittere, facile fuit credere, ad Patrem peruenisse, postquam vidit dona non ante. Credidit Iacob filium suum Ioseph viuere: sic exploratores missi in terram promissionis fructũ terræ reportauerunt. Amplius suadetur veritas exemplo, nam familiare est his, qui amicjtia cõiuncti sunt, & mutuo, ac fraterno se diligunt amore, cum ab inuicem separantur dona mittere, & intermedijs internuntijs se salutare: nam in absentia, amici memoriã habere, maximi amoris indicium est: & hæc noua potest esse causa, hanc commendat Apostolus ad Roman. primo, dicens; Testis enim mihi est Deus, quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper, & ad Philipp. primo, Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis. Post mortem Ionathæ Dauid iam in throno positus quæsiuit an remansisset quis de domo Dauid, vt faceret misericordiam cum illo: nasci, & mori in regione nostra erat: tristari, & lacrymas effundere in hac terra nostra, abundabat. Gratia penitus non erat; sed ira, & indignatio; de Cælo venit merx ista, Spiritus sanctus, qui est spiritus dilectionis, & pacis non etat, sed spiritus æmulationis, indignationis, & dissensionis, spiritum gratiæ, pignus hæreditatis, spiritum vnitatis, & pacis de Cœlo nunc Dominus mirabiliter misit, sic Regina Sabbea aromata Salomoni, quæ in terra sua abundabant attulit: Reges Arabiæ aurum Domino attulerunt; vt ergo suum erga humanum genus amorem magis commendaret, dum in absentia Discipulorum, erat memor, & promissa adimplebat: vt excitaret, & confirmaret spem consequendi alia, quæ futura erant, conueniens fuit vt post Ascensionem mitteret. Duos ergo obsides spei nostræ habemus, alterum, quod spiritus Dei missus est in terram,

Ioan. 8.

Genes. 55.

Num. 13. *Simile.*

3. *Causa.*

3. *Reg.* 9.

alterum, quod caro nostra subuecta est in Cœlum: si igitur in hac vita Spiritus Dei datur, & natura nostra in Christo in Cœlum subleuatur, quid mirum quòd vultús Dei nobis demonstretur: si ita est, quòd hoc donũ
3. Reg. 18. non est datum ex meritis Christi præuisis, sed ex meritis exhibitis: manifestè docemur, fratres, quòd Spiritus sancti dona non dabuntur, nisi ei, qui legitimè certauerit. Non datur Rachel Iacob, nec Michol Dauid, nisi postquam superauit ducentos Philisteos, post
Quare Spiritus sanctus venit in igne. Christi Passionem datus est, Et ideo in igne venit sanguineum exprimens colorem, vt nos quoque ad effusionem sanguinis pro Christi amore accendamur.

O miseri, qui nunquam disponuntur, nec cogitant de tanto hospite, de tanto bono, de tanto dono. Hi sunt, qui huic Diuino Spiritui resistunt: impellit, & mouet Rebecca Iacob, assequitur Iacob benedictionem; mouet nos Spiritus sanctus, resistimus, & non assequimur benedictionem Dei Patris, qui Daniel. 7.
Dan. 7. Hier. to. 4. dicitur, Antiquus dierum, Rebecca Spiritum sanctum significat secundùm Hieronymum quæst. 3. ad Damasum Papam. O stulti, & tardi ad exequendum Spiritus sancti inspirationem. Aperi oculos ô homo, & vide, quòd est merces operi tuo, dicente Saluatore, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Conquerebatur Iacob, quia Labam fraudabat mercedem, merces Domini vltra condignum, quia non sunt condignæ Passiones huius temporis ad futuram gloriã, iste Diuinus Spiritus est pignus gloriæ, iste est Arrha, qui hunc diuinum Spiritum accipit ad hæreditatem adoptatur, tanquam corona iustitiæ iam sibi debetur, O miles imbecillis, repelle ignauiam, dimica fortiter, mouet Rebecca Iacob, assequitur benedictionem, sustinet persecutionem, patitur contradictionem, peregrinatur ad eum, quem generum habuit, illic quoque molestias sustinet, transit in baculo Iordanem, periculum ibi non inuenit, sed in falsis fratribus, in falso genere

vbique labor, spiritus dat requiem, incolumem, ac saluum duxit, & reduxit. Ne timeas athleta, dimica fortiter, Dominus Deus erit tecum, vbicunque ambulaueris. Ipsi imperatores non coronantur, nisi magnis sumptibus, adeptísque victorijs: ipséque Rex gloriæ prius passus est, quâ intraret in gloriâ, quis hoc diceret nisi ipse prius reuelasset? humanꝰ intellectꝰ nõ capit sine fide, quòd Deus sit homo: amplius quòd mortuus est scandalum erat Iudæo, gentibus stultitia: si ita est, quid non animaris ad pugnam? quid vis singulare priuilegium regi Angelorum non concessum virtute huius Diuini Spiritus confortatus, in patientia posside animam, tribulantis sustine iram, in silentio expecta Dominum, qui post gratiam in præsenti sæculo, gloriam præstet in futuro, qui viuit in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO I.

Sic Deus dilexit mundum, Ioann. 3.

Expositio literæ defert pro festo Inuentionis Crucis.

SAcrosancti Euangelij verba ex præcedentibus trahunt originem, cap. námque 2. dixerat Euangelista, quòd multi ex Iudæis videntes signa, quæ Iesus faciebat, crediderunt in eum, vnus ex his, qui miraculis conuictus, & aperta ostensione signorum, accessu fidei in Christum credidit erat Nicodemus, qui ad Iesum venit, vt cum Iesu colloqueretur, cupiens secreta eius allocutione discere, quæ nondum plenè cognoscebat, quia tenebris ignorantiæ obnubilatus ad manifestam veritatem quòd Christus esset filius Dei, nondum peruenerat.

Iste Nicodemus natione Iudæus erat, secta Pharisæus, conditione nobilis, dignitate magister, principatum tenens, populum qui tũc per Doctores gubernabatur, regens, Euangelicæ Doctrinæ ignarus, corde timidus, ideo nocte venit ad Iesum, nè extra Synagogam expelleretur, si eum palam confiteretur: tunc Christus Dominus, plenè viam veritatis docet, dicens; Oportet vos nasci denuo, intellige per gratiã. Ecce causam formalẽ salutis, ostendit instrumentalem immediatã, dicẽs, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu non potest introire regnum Dei, ideſt, nisi quis renatus fuerit per baptismum Spiritus sancti, postea inquit. Nemo ascendit in Cælum, nisi qui descendit de Cælo, ac si dixisset, nemo, nisi renatus per baptismum, potest introire regnum Dei, nam tũc vnitur, & efficitur membrum eius, qui assumendo carnem descendit de Cælo: sic vnitum suo capiti bene potest introire regnum Dei, sed quia non disposuit Deus aliquem saluare per incarnationẽ Christi absque meritis passionis Christi, facit vlteriorem resolutionem in suam Passionem, dicens, Oportet exaltari filium hominis, & quia nouum testamentum maximè illustratur, & comprobatur ex conformitate ad antiquum testamentum, quod Nicodemus, vt legis doctor cognoscebat, inducit figuram dicẽs: sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: tandem tandem vltimam resolutionem faciens in caput nostri Euangelij deuenit dicens, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, nec omisit finem, dum dixit, vt omnis qui credit non pereat, sed habeat vitam æternam: inter passionem autem & Christi incarnationem fidem interposuit, quę nisi operibus fuerit comitata, mortua erit: comitata verò operibus charitatis medium est necessarium ad consequendam vitam. Legendum est Concilium Triden. sess. 6. ca. 7. Vbi omnes istæ causæ numerantur: hęc quo ad literam.

Philosophi rerum naturaliũ solicitij seruatores ab effectibus ad causam ascendentes in vnam causam omniũ aliarum, quam causã causarũ dixere, subtili inquisitione peruenere: Contemplati enim hanc mundi machinam, corruptibilium rerum successionem, regularẽ Cælorum motum; continuum, atque perpetuum, vnã causam primam immobilem, corruptionis expertem consequenter perpetuam sine labe atque defectu esse dixerunt: huius primæ causę indeficientem virtutem, vnde esse omnium aliarum causarum dimanabat, cognoscentes liberã esse ab omni indigẽtia, & necessitate, dans omnibus esse ex superabundanti virtute sua, primum omniũ Deorum, amorem esse Parmedines cũ suis quem Platonici sunt secuti, conclamauerunt. Author est Arist. 1. meta. cap. 2. ab iniustis possessionibus huiusmodi veritates accipientes, dicimus, quòd Deus noster charitas est, amor est, & ex amore hominẽ creatur, & cuncta illi dedit, & quia datio diuina prouenit ex eo, quòd amat homines, quibus dat, nõ ex eo, quod afficiatur ad ea, quę dat, id, quod dat, magis ad charitatem, quàm ad liberalitatẽ pertinet, vt docet angelicus Doctor secunda secundæ, q. 1. 17. art. 6. ad primum, amoris enim fuit vox illa Genes. 1. faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram: amoris fuit propositum de reformãda imagine, & similitudine Dei in homine: quæ per peccatum fuerat deformata: sic cuncta causam habuerunt, iste diuinus amor fuit causa prima omnium effectuum gratiæ: hic amor fuit causa causarum, causa non supponens aliam causam: si reposita est Paulo gentium doctori, electionis vasi, corona iustitiæ, quam reddet iustus iudex in die vniuersalis iudicij, quãdo mortale hoc induerit immortalitatem, causam habet nempe quòd certauit bonum certamẽ, & cursũ consummauit, ideo vincenti datur mana absconditũ: si iureiurãdo iurat Deus se Abraham benedicturum, & semen eius multiplicaturum; causam habet, nẽpe, quòd

Exordium sermonis.

Amor primus omniũ deorum. 1. metaph. cap. 2.

2. Tho. 22. q. 117. art. 6. ad prim.

2. ad Thi

Genes. 2

quantũ est de se non pepercit filio suo vnigenito Isaac,
Genes. 52. sed ex obedientia promptissima offerre attentauit, & ex obedientia ab immolatione abstinuit. Si Iacob ab Angelo benedicitur, & nomen eius immutatur, cau-
Paul. sam habet, nempe, quia in prælio contra Deum fortis fuit: si antequam quicquã boni, & mali egissent Iacob & Esau, à vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, causam non habet ex parte currentis, & volentis, sed ex beneplacito Dei miserentis est: ad huc hoc
Dan. 7. meritoriam causam habet, nam ex meritis Christi præ-
Ad Rom. 8 uisis antiquos Patres, antiquus dierum pater æternus vocabat, & quos vocabat, hos & iustificabat, hos multis variisque modis magnificabat, vt conformes fierent imagini filij sui.

Nõ obscurè docet Paulus, quod prosequimur, dicẽs,
Roman. 3. Iustificati, gratis per gratiam ipsius, per redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu, ideſt, nos quidem primũ illam gratiam, qua de impiis iusti, de inimicis amici, de filijs iræ, & perditionis, filij Dei, recõciliati Deo, efficimur, gratis sine vllis meritis nostris recipimus, nihilominus cum hoc verum stat, quòd ex meritis Christi, nobis
Psalm. 134. hæc etiam prima gratia datur; sed quòd Christus fuerit homo, quòd natura illa humana ad diuinum personale esse Dei fuerat exaltata, & mirabiliter eleuata, hoc vnum est, quod causam meritoriam non habet, hoc vnum est quod Deus amoris ex amore præstitit: nullũ præcessit meritum, nulla meritoria extitit causa: sed diuini vis amoris fecit, vt Deus, sic diligens mundũ, mundo vnigenitum summè dilectum dedisset. Si in vniuer-
Marc. vlt. so mundo omni creaturæ Euangelium prædicatur, Mar.
Roman. 10 cap. vlt. si in omnem terram sonus Apostolorũ exiuit, Rom. 10. Psal. 18. si gentes ad nuptias filij æterni Patris vocantur: si quorum remittũt Apostoli peccata, remittuntur eis: si instituuntur sacramenta, si quis renatus ex aqua, & Spiritu sancto, introitum habet ad regnum, si quis credit, & baptizatus saluus sit, causam meritoriam

habet, puta Christi exaltationē in Cruce, figuratam in exaltatione serpentis, quem Moyses exaltauit in deserto: quòd pater vnigenitum mundo dedit, hoc causam non causatam habet, nempe quòd Deus mūdum sic dilexit, vt vnigenitū daret. Sicut in effectibus naturalibus deueniendum est ad omnipotentiam primæ causæ, sic in effectibus gratuitis humano generi concessis ad gratuitam Dei dilectionem deuenitur, nec plus vltra causa datur. *Simile.*

Dilexit Sichē Dinam nòn gratuitò, sed ex lasciuo amore; vi opprimens Virginem, eam rapuit, & cum ea dormiens, stuprum cōmisit, & fædam rem operatus est in Israel, si cupiēs eam accipere in vxorem fratribus dona offerebat, totum hoc vt suæ libidini indulgeret faciebat; Magnus Pharao dictus Hephrem vniuersæ terræ Ægypti princeps, potētissimúsque Monarcha, super vniuersam terram Ægypti Ioseph constituit principē, cunctísque regni sui principibus præfecit, anulū tulit de manu sua, & dedit in manu Ioseph, vestiuítque eum stola bissina, & collo torquem aureum circundedit, fecítque eum ascendere super currum suum secum clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ vno tantùm regni solio eum rex præcedebat; sed hoc non gratis fuit, ex liberali amore, sed quia spiritu Dei plenus somnia eius aperuit. Si Rex Assuerus Mardochæū secundū post ipsum constituit, hoc ex meritis Hester fuit, & quia ipse paratas Regi insidias aperuit. Si magnus & superbus Nabuchodonosor in faciem suam cecidit, & Danielem adorauit, si in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit, si principē super omnes prouincias Babyloniæ, & præfectum, & magistrum super cunctos sapientes Babylonis constituit, hoc non gratis, sed quia visionē statuæ aperuit factū est. Quòd Deus vnigenitū mūdo dederit nullam causam habet; nisi quia sic mundum dilexit, vt vnigenitum daret. Quantum illum dilexe- *Genes. 14.* *Hest. 6. & deinceps* *Dan. 1.*

rit quantitas infinita doni ostendit. Si seipsum dedisset non maioris amoris esset indicium, quia filius æqualis
Aug. ser 2. Pentecost 1. de Trini. 19. est Patri, & qui videt filium, videt & Patrem (ideſt, nil minus videt, quàm si videret Patrem (ideo reprehensibilis fuit Philippus, qui patrem tanquam filio majorẽ videre desiderabat) igitur si se dedisset, nil majus dedisset; si dedit filium non minus dedit: nec minorẽ humano generi ostendit amorem: propter quid hoc fecit, quod meritum præcessit; nullum os Domini locutum est dicẽs, sic Deus dilexit mundum vt filium suũ vnigenitũ daret. *Rom. 5.* Cũ adhuc inimici essemus, Rõ. 5. ideſt, stãte inimicitia, quando grata opera non pręcesserant. Placatus est Dauid de ira, quam cõtra Nabal habebat, quia
3. Reg. 25. ei Abigail, offerens ducentos panes, & duos vtres vini, & quinq; arietes coctos, & quinq; sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum,
Tit. 3. quod ipse Nabal negauerat: medio dono placatus est: quid mirũ, quando quod negatum fuerat ad iustum fuit restitutum: quid plus mittere potuisset Nabal? At verò misericors pater non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, saluos nos fecit, & vnigenitũ filium suum dedit, vt omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitã æternam: quod in principio hominem dilexisset, cum Cœlum, & terram creans, hominem ad sui imaginem formauit, nil mirum, quia nil odit ex his quæ fecit, scri-
Sap. 11. Gen. 2. ptum est enim: nihil odisti eorum, quæ fecisti; tunc, quidem cuncta vidit Deus, & erant valde bona, nusquam enim opus suum quis odio habuit. Architectus Deus bonus erat, nec scientia, nec omnipotentia deerat, ex cuius defectu opus imperfectum, aut deforme prodiret, quia Dei perfecta sunt opera: gratia, & virtute animam illius vestiuit, quæ sine hac gratia & veste, cuius erat capax, nuda, ac imperfecta maneret, quid mirum, quòd tunc cuncta homini subijceret, & dominium omnium rerum cõcederet: sed quòd cum adhuc inimicus mundus esset, eum sic Deus dilexerit, vt filium

suum vnigenitum daret, hoc nouum est planéq; mirabile: commendat Deus charitatem suam in nobis, non ita commendat charitatem suam in Angelis, quia, quòd Angelos diligat, nõ mirum, nam vt inquit Dauid, sunt *Psal.* ministri eius, qui faciunt voluntatem eius, & nomine *Prouerb.* sapientiæ scriptum est. Ego diligentes me diligo, qui verò Deum diligunt recti sunt, vt in canticis canticorum scriptum est. Recti diligunt te, sed quòd Deus mũ- *Can. 2.* dum dilexerit cum adhuc inimicus esset: cum scriptum sit, Similiter autem odio sunt Deo impius & impietas eius, hoc Cœlum & Angeli mirantur dicentes. Quis est *Sap. 4. Isai.* iste qui venit de Edom, ideſt, miramur valde, quòd de terra inimica in natura inimica, & Deo exosa, sit homo amicus, Deo dilectus, in quo æternus Pater sibi bene complacuit: miramur quidem videntes hominem ascendentem de terra inimica cum tãto honore, & comitatu, exercitibus Angelorum constipatus, in terra nostra: commendat quidem Deus iustitiã reddens vnicuiq; iuxta opera sua, nobis quidẽ gloriam, Angelis verò qui in veritate non steterunt, sed dereliquerunt domicilium suum, quorum superbia ascendit semper, supplicíũ æternum: misericordia, qua nos vltra condignũ præmiauit iustitiam supponit, misericordia ad impium *Iud* nunquam in terra nostra visa est. *Quien la hizo pago la.* Ideo inquit Paulus, commendat Deus charitatem suam in nobis, causam reddens, inquit, quia cum inimici essemus, cum mirabile esset opus hoc omni acceptione, & imitatione dignum, puta mundum inimicum *Matth.* diligere, dixit Christus, diligite inimicos vestros, imitatores patris vestri estote, qui mundum inimicum sic dilexit, vt filium, quẽ ex vtero ante luciferum genuit, illi daret, nè miserabiliter periret. O bonitas immensa! O charitas summa! O amor ineffabilis! qui diligit, Deus infinitus est, quem diligit figmentum est terrena compago, limosa substãtia, interitui obnoxia, numquã in eodem statu permanens, sed successione cõtinua in

infirmitates, quę sunt velut quædam portæ, quibus intrat mors, continuò deueniẽs, hos Deus infinitus, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio, ad vitam illam æternam, quæ finem nescit, & obũbrationẽ non habet. (Quia lucerna indeficiens illuminat illam,) sed tota simul, sine successione Deo viuenti consimilis est, diligit; cum multi essemus, & inimici essemus misericors pater, cuius misericordiæ super omnia opera eius, vnum opus, super omne opus eius, vnã misericordiam super omnes misericordias suas cũ populo suo fecit, dãs vnigenitum dilectum in redemptionem pro multis, quos peccatũ damnarat, & primus parens filios iræ constituerat, O donum, quod multi Reges videre voluerunt, & non viderunt. O donũ, quod Abrahã vmbris, figuris, & imaginibus vidit. O donum, quod antiqui patres anxiè nimis postulabant, dicẽtes, mitte quem missurus es, Exod. 4. Dauid ad ipsum filiũ, qui ab eo erat carnem accepturus sermonem dirigens, dicebat, inclina Cœlos tuos, & descende. O si à terrenarum cura semotus tota mente te exoptarem, & nihil aliud desiderarem! Hyram despiciens oppida, quæ dederat ei Salomon, dixit. Heccine sunt Ciuitates, quas dedisti mihi frater? sed donum hoc infinitum est, omnium bonorum indeficiẽs thesaurus. Vnde omnia Ecclesiæ dona promanarunt, in ipso quippe instaurantur omnia, siue quæ in cælis, siue quę in terris. Nõ est enim aliud nomen datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, hoc nomẽ viuificat mortua, suscitat defuncta, quo eamus nescimus, quia verba vitæ habet. Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, quia magnus in medio tui sanctus Israël tibi est datus, tibi est passus, nè pereas, sed habeas vitam æternam. Cum antiquus populus, Moyse montem ascendente, vitulum conflasset, iuuenes, virgines, senes cum iunioribus per choreas diuisi alternatiua voce decantarunt pariter cum menda-

Psalm.143. *Isai.64.* *3.Reg.9.* *Ephes.1.* *Act. 4.* *Zachar.9.* *Exodo.31.*

cio, dicentes. Hi sunt Dij tui Israël, qui eduxerunt te de terra Ægypti, nos verè, sine mendacio dicemus. Hic Deus noster donum nostrum: non est donum quod cõparetur ei, hoc dono redimimur & eripimur de Ægypto, de domo carceris & potestate diaboli, quia non sicut delictum, ita vt donum, magnum delictum, maius donum, quod illud & cuncta delicta delet. Cum Iacob, Ioseph, ad fratres mitteret, & venditus in Ægyptum descenderet, diebus multis in obscuro fuit seruus effectus, princeps non cõstitutus, lasciuæ fœminæ inordinato desiderio consentire recusans, de stupro accusatus detinetur in carcere, pressus inedia vsq; dum Pharaonis aperit somnia; cum æternus Pater sic mundum diligeret, vt filium suum vnigenitũ daret (proh dolor!) mundus eum non cognouit: at dum signa fecit in parabolis, os suum aperuit & cõsilia cordium manifestauit, multi crediderunt in eo, vt inquit Ioan. c. 2. Samaritana conuersa est, quia occulta illi manifestabat, denique cum ascendẽs ad patrem mirabiliter donum mitteret, cuncti, qui viderunt stupuerunt, & multi crediderunt: credentes in eum, vt inquit Euangelista, non pereunt, sed consequuntur vitam æternam. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus (inquit Ioannes) vt filij Dei nominemur, & simus, pater dedit nobis filium, filius dedit nobis potestatem filios Dei fieri, *puso en nuestra libertad la diuina filiaçion*, cum filius diuitis renuntians omnibus, quæ possidet religionem ingreditur, si vnicus est, accurrens pater cum amicorum, & consanguineorum comitatu, causans importunis precibus filiũ suum ad suscipiendum habitum fuisse inductũ, filius in libertate constituitur vt abire post carnalem parentem, aut cum spirituali, carnali postposito, eligat manere: sic nos in peccatis concepti filij iræ nascimur, misericors Deus vnigenitum suum filium dilectionis, idest filium dilectũ dedit, quid fecit filius? se ipsum pro

Rom. 5.

1. Ioan. 3.

nobis pretiũ obtulit, quod acceptauit pater, sacramenta filius instituit, veritatem docuit vt liberè quilibet eligere posset, an vellet fieri filius Dei, conuenienter igitur dictum est, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, *Diole⁹ libre facultad*, quæ facultas antea nõ erat, ita dicente Apostolo ad Colos. 1. eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. *Saconos de entre las manos del lobo*, idest pater æternus sicut filium cũcta fecit, sic per filiũ summè dilectum nos miseros liberauit, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, idest, filij dilecti, sicut, Paulus de Patre, sic Ioannes de filio inquit, dedit eis potestatem filios Dei fieri, *pusolo en nuestras manos*. super quæ verba, inquit Ambrosius, magna beneuolentia, vnicus natus est, & noluit manere vnus, non timuit habere cohæredes, quia hæreditas eius non fit angusta, si eã multi possiderint, allusit sanctus ad illud Apostoli ad Rom. 8. si filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, *o que bien partio con nosotros*, ipse omnia accepit à patre, nõ potuit cõmunicari nobis filiatio naturalis, dedit nobis illã, quæ est per adoptionem, non dixit, inquit Chrysost. quoniam fecit eos filios Dei fieri, sed dedit eis potestatem filios Dei fieri, ostendẽs quoniã multo opus est studio, vt adoptionis nobis per baptismũ impressam imaginem puram seruemus, atq; intactam: simul autẽ ostẽdere voluit, quoniam hæc gratia aduenit volentibus, & studentibus. O fratres optimum semen in cordibus nostris seminatum est, vtinam fructum afferat centuplum, perpendamus singula. Vnigenitus Dei filius sine inuidia filiationem quam potuit filijs iræ communicauit, volens multos secum fratres cohæredes habere, angusta hæreditas Iacob, inuidia exuruntur fratres in Ioseph nolentes, vt acciperet principatum, angusta hæreditas Dauid, Absalon ad patrem 2. Reg. 15. Adonias

Coloss. 1.

Ambros. ide Euãg. verbũ caro om. 15. est illius suang.

Rom. 8.

Chrysost.

3. Reg. 10. Iem. 14.

in fratres surgit, & populum concitatum diuisumq; in duas partes tenent. In domo æterni Patris mansiones multę sunt, ab omni inuidia libera est vox illa, Ioan.12. vt vbi ego sum, illic & minister meus erit, & illa, vado ad Patrem meum, & patrem vestrum, & iterum vado parare vobis locum, ambitiosus inuidia plenus vult occupare locũ, Christus parare locum, auarus & cupidus, fratres cohæredes habere recusat, ex desiderio hæreditatis lites, cõtentiones, dissidia, ęmulationes cõmouet, quia charitas deest, & proprius amor deest, hæc duo inuidiã generãt, pariũt, & nutriũt, Christus Dominus mũdũ diligebat, sicut Patrem diligere videbat, charitas est diligere Deũ; & diligere, vt alij diligant, vt Deus in omnibus sit dilectus, ideo licet cõpassio, quæ est passio, ad irrationabilia forsam extẽdi possit, charitas non nisi ad ea, quæ Deum diligere possunt, extenditur, quid mirũ (inquit Petrus Chrisolo.) si homines, Dei cõsecrauit in filios, quãdo se homini dedit, & aptauit in filium, tunc hominẽ sibi in cœlestibus præstitit cohæredẽ, quando se participẽ reddidit terrenorũ. Idipsum clarius docet, Aug. vbi argues per locum à minori, inquit, si filius Dei naturalis factus est filius hominis, igitur magis credibile est, quod filius hominis naturalis, est gratia filius Dei nos iuxta Euangeliũ dicamus, si ex charitate sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitum daret, quid mirũ, quod nos per gratiam filios adoptionis cõstituerit. Hoc n. est, si oculos mentis aperimus, quod Christus Dominus Nicodemum, docet, dicens, sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam: si autem est vita æterna, quæ est hæreditas, filiatio, est; quemadmodum enim valet iuxta Paulum, si filij, & hæredes, ita èconuersò, si hæreditas datur, ergo filiatio supponitur. Hoc est, quod Ioan. ait, dedit eis potestatẽ

Chrisolog. serm 70.

Aug. 15. de Trinitate. c. 9.

filios Dei fieri, hoc est quod Paulus ait, Rom. 5. dicens, si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem, filij eius, multo magis reconciliati salui erimus: ac si dixisset, plus fuit dare filium Saluatorem humani generis per mortem, quàm nos glorificare, & ad hæreditatem acceptare.

De Spiritu sanct.

Quia generatio carnalis, ad quã sequitur filiatio, non est sine infusione spiritus; quia antea non est productũ simile in natura; volens Christus spiritualem in nobis causare filiationem, misit Deus spiritum filij sui, spiritum adoptionis filiorum Dei, ideſt cuius gratia constituimur filij adoptiui. Fratres qui secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt, qui secundùm carnem sunt, quæ sunt carnis; sapite fratres, quæ sunt spiritus. Nam sapientia carnis inimica est Deo: diligamus ergo inuicem sicut Christus dilexit nos. In apibus vnus est Rex, in gregibus vnus Dux, in armentis vnus est rector, in regno vnus rex, in multis regnis vnus existit imperator. Roma, vt condita est duos fratres simul habere nõ potest reges; sed parricidio dedicatur. In Rebeccę vtero Iacob & Esau bella gesserunt, cœperũt ibi quod postea consumarunt, in humano corpore duo spiritus non se compatiuntur. Fratres, ad vos, qui diligitis sapientiam est sermo meus, spiritus huius mundi & spiritus Christi, spiritus veritatis, & falsitatis: spiritus dilectionis, & æmulationis non bene conueniunt, nec in vna sede morantur, nam vt inquit Isaias coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest, *la casa es angosta la capa corta, para vno solo ay posada, no para dos*, satagite ergo fratres, vt hunc diuinum spiritum accipiatis, qui est pignus hæreditatis æternæ, quam & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui viuit & regn. &c.

Gal. 4. Roman.

Pro Dom. 12. post Pentecost.

Isai. 28.

IN EODEM DIE

de eodem themate,

CONCIO II.

SAnctus Paulus doctor gentium, vas electionis commendans diuinam erga humanum genus dilectionem & amorem, scribens ad Ephesios inquit, Propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. His verbis summopere charitatem Dei Paulus commendauit, nullum Dei opus, nulla Dei gratia, nimia', excessiua dicitur si attentè (vt dignum est) scripturas scrutamur nisi sola charitas, hæc nimia, & excessiua dicitur, quia nesciuit mensuram amor, cum Deus vnigenitum suum dedit. Scholastici authores hunc diuini amoris excessum considerantes, & seueram iustitiam erga Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium magna inquisitione inquirendo quærunt causam dissimilis effectus, nempe misericordiæ, & iustitiæ erga simile peccatum. Alij dicunt Angelorum arbitrium esse inflexibile, & immobiliter apprehendere, ita sanctus Tho. 1. part. quæstione 64. articul. 2. Alexand. 2. part. quæstione 19. numer. 2. alij dicunt, quòd non omnes Angeli ceciderunt, tota verò species humana cecidit, ideo magis debuit reparari, hanc rationem sequitur Scotus in 3. distinct. 20. solutione ad primum, huic rationi concinit illud, Genes. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, ideſt, irascar contra hominem, sed non permanebit in æternum, hæc indignatio mea contra hominem, quia caro est, ideſt, fra-

Ephes. 2.

Ind.

Scot. in 3.

Genes. 6.

gilitas conditionis humanæ ponit quandam congruẽtiam ad misericordiam, vel minorem causam indignationis. Congruit Hieronymus, dicens, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus, sed hic illis restituam, quod merentur. Hispanè, *no ay que hazer caso de fulano que es cuytado*, hæc ratio optima est ex parte miseri, cui præstatur misericordia, sed ratio potissima ex parte miserentis Dei, nulla est; nisi quia Deus sic dilexit mundum. Quemadmodum enim sermone præcedẽti diximus sicut in rebus naturalibus est ordo causarum, deueniendum est ad vnam primam causam: ita in effectibus gratuitis deueniendum est ad primam causam, quæ est diuina dilectio: quamuis ergo sint aliæ rationes, deueniendum est ad vnam primam, quæ est ipsa diuina dilectio, & amor, bonitasq; immensa, Scot. in 3. d. 6. quæst. 3. art. vltimo inquit, quòd, voluit Deus humanã sumere naturam, & summam ei conferre gratiam, vt ostenderet, quòd non oporteret eum conferre gloriam secundùm ordinem naturarum. Conducit scire vt est videre ser. 5. Sanctissimę Trinitatis, esse grauissimos Doctores docentes; Peccatum Angelorum fuisse liuorem & inuidiam, quia verbum sumebat carnem, & humanam naturam (hoc enim fuit illis reuelatum) non naturam angelicam, procedebat ex superbia, quia nollent se subijcere homini, sed eleuari ad vnionem personalem adorari ab omnibus sicut adoratur, & veneratur ipse Deus. Congruit cum illo Pauli ad Hebræos 2. nusquam Angelos apprehendit sed semen Abrahæ, ideſt, dilectio non fuit secundùm naturam, sed secundùm gratiam, ideo maiori naturæ non collata est maior gratia, sed minori naturæ. Quare hoc? quia Dominus Deus dilexit illam, ipsa dilectio est causa, quare sic dilexerit; Lux Solis est causa, quare sol sic illuminet: calor ignis quare sic calefaciat, frigiditas niuis, quare sic frigefaciat, hæc ratio vltima est, frustra vltra alia quæritur

tur quia nulla alia est, quare Deus sic mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, ratio quia Deus est amor, & amoris est amare, *es Dios de amor*, dilexit, & amauit, consequenter se communicauit, amor fuit nimius, dicente Apostolo, propter nimiam charitatem *lacaridad esiuuo en su punto*, ergo donum fuit nimium, in- *Simile.*
finitum, ideo benè dicitur, filium suum vnigenitū daret aliter charitas nimia non esset, *no llegara a su punto* Ascēsus solis terminū habet, omnia animantia terminum augmenti, & decrementi habent, & nihil est in hac vita viuens generationi, & corruptioni obnoxium, quod certā suæ durationis peryodum non habeat, quæ in hominibus testante propheta octuagesimum annum non transcendit sine labore, & dolore. Deus ipse infinitus, magnus consilio, incōprehensibilis cogitatu Iob. 11. seipsum cōprehendit, de seipso cognoscens modo perfectissimo, & simplicissimo, quicquid est scibile sciētia, & cognoscibile sapientia, ad hunc quoq; modum cum Deus sit charitas, & amor, sic ex charitate nimia mundum amauit, & dilexit, quòd filiū suum vnigenitū dedit, dono infinito infinitus amor finē habuit, nō quia finitus sit, sed quia vltra quòd melius sit dari non potuit, *tuuo su punto llego a su termino*, qui terminus, in dono, quod donauit terminū non habet, quia donum infinitum est, ideo terminus sine termino est. In hoc termino, sine termino lex, & prophetæ terminū habuerūt, in hoc termino sine termino, circumcisio, quæ non ex Moyse, sed ex patribus erat terminū habuit, in hoc termino sine termino exactio, & tributū terminū habuit, nā cessauit exactor, quieuit tributū: in hoc termino, sine termino opera Dei terminū habuerūt, dicēte Propheta, nouum faciet Dominus super terram, *El vltimo de sus obras el esmalte y la claue de todo lo qui Dios hizo*, in hoc termino, sine termino terminum habuerunt patrum clamores, Prophetarū oracula: in hoc termino sine ter- *Isai. 14.*
mino sacerdotiū antiquum terminū habuit, hoc donū

est, quod Simeonis implet desiderium, & nihil amplius in hac vita sibi dari exoptat, sed tantùm credens in filium, quem dono donauit pater, vitam æternam spe-
Simile. rat, & iam in hac vita discedere non recusat, quia non plus vltra est, quod oculis cernere possit mortalis infirmitas, cum quis de thesauro suo profert numos æneos, etiam si in magna quantitate ostendat non ostẽdit diuitias suas, sed cum in magna abundantia ostendit numismata aurea verè, tunc ostendit diuitias gloriæ suæ,
Isai. 9. nunc quãdo misericors pater dedit filium suũ vnigenitũ mũdo, ostẽdit diuitias gloriæ, & bonitatis suæ. Isaias de hoc diuino dono loquens, vtramq; ipsius ostendẽs naturam, sic inquit; Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis; in vno, humanam naturã sub infantia indicauit, in alio diuinam naturam demonstrauit, vt alibi me dixisse scio, hic non agendũ est de Christo, vt na-
Ser. natiui- tus, sed vt donum est nobis datus, ad donum autẽ diui-
tatis. ni amoris pertinet, quod inquit Isaias, paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, ac si dixisset Isaias, filius Dei filius hominis factus, non iuuenis, adolescens, aut senex, ætate grandæuus nobis est datus, sed paruulus, vt illum nutriremus, & inter nos per multum viueret tẽ-
Simile. pus: solent namq; matres, quæ alienos nutriunt filios ingenti, ac tenerrimo eos diligere amore, quod in auibus, quæ alienos nutriunt filios, videmus: sic pater eternus, iuxta Euangelium, dedit nobis vnigenitum, iuxta prophetam paruulum dedit, vt maximo erga illum afficeremur amore. Inquietum regnum aduersum proprium regem rebellans, cupiens proprium secũ habere Regem, nollens se subijcere proregi filium Regis paruulum inter se nutriendum, à Rege importunis postulant precibus, mundo inimico rebellanti ab antiquo, puta, à mũdi exordio aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, vnigenitum paruulum dedit Deus, ac si
Simile. diceret *Tomaldo alla nigno crialdo y amaldo* hoc est, illa vox patris. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite,

si hanc, & in vnam simul componamus orationẽ, sensus erit. Filium meum vnigenitum, quem infinito diligo amore, dedi vobis, paruulum nutriendum in doctorem, in redemptorem, in principem, & gubernatorem, ipsum interiori mentis auditu, debetis audire, ipsius præceptis, debetis obedientiam prẽstare, atq; eius monita sequi. Misericors namq; pater videns nos aberrare à via, ipsum dedit viam; videns in veritate deficere, dedit eum veritatẽ, vt per ipsum, spiritũ veritatis mereremur accipere; videns nos dispersos sicut oues errãtes, dedit ipsum pastorẽ, & doctorẽ, episcopũm animarũ nostrarum; videns à serpente deceptos, à principibus, & rectoribus tenebrarum harum superatos, dedit ducem, qui inimicos vinceret, principem, qui principes superaret, præceptorem, qui eruditet, & calliditatẽ serpentis aperiret, patentẽ manifestámq; spiritui suo faceret, videns mentis nostræ tenebras dedit lucem veram, videns infirmitatem, dedit medicum, denique; videns mortem, ipsum dedit vitam, vt spiritu suo nos viuificaret: ideo si quis spiritum Christi non habet hic non est eius, ipse est doctor, & doctrina, ipse dux, ipse est via, *El es guia y el via es don biuo y es Dios bino, don biuo que dio Dios biuo, biuo para la muerte porque yo muerto*, habeo vitam sempiternam; vita Benjamin, matris fuit mors, mater morte cõsequente, filio vitam dedit: morte antecedente Christus nobis vitam dedit, cum essemus mortui, & quia sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, ipsi Patri hoc Paulus tribuit, dicens. Cum essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Christo. Quid est homo, quòd memor est eius, quasi dicat nihil est. Quis est iste filius Saruie, id-est, nullus est. Nunquid homo reuelauit Deo occulta sicut Ioseph Pharaoni, Daniel Nabuchodonosor, aut fuit adiutor eius liberãs eum sicut Dauid occidens Philisteum liberauit Saul. Si ita esset nimirum quòd honoraretur, sed nil horum in homine inuenitur, quia nul-

Rom. 8.

Gen. 35.

Epheſ. 2.
Pſalm.

lus consiliarius eius fuit, ex solo Dei amore tantùm hoc factum est.

Stultus populus huiusmodi donũ non cognouit, nec vt dignum fuit, æstimauit; dilexerunt, vt inquit Euangelista, plus tenebras, quàm lucem; errorem quã veritatem; infirmitatem, quàm salutem, denique mortem plus quàm vitã dilexerũt: propter hoc venit in ira Dei, & iudicium in mundũ, vt puniret, vt iudex, quẽ noluerunt recipere redẽptorem, quod Ioseph, & fratrũ eius adumbrabat historia, pium, ac misericordẽ iudicem habuerunt, quem pacificè ad se venientẽ recipere noluerunt, sed prius mortem meditati Ismaëliticis pretio vẽditum, tradiderũt, cui, si somniasse occasionaliter nocuit, & non profuit, vt fratres ex ira, & liuore falso existimauerunt, verè somnia aperuisse profuit, & è carcere eduxit; somnia reuelasse introduxit in carcerẽ, somnia reuelasse eduxit è carcere. O bonitas immensa, ô vita animarum, quis est tam mente captus, qui tantã negligit salutem, quis sic fascinatus recusat obedire veritati, quis tam ingratus tanti beneficij est immemor, quis funibus tam immensi amoris ligatus rũpere nititur huiusmodi vincula? Cum Ioseph patri, & fratribus somnium retulisset, pater rem tacitus considerabat. Si pater filij verba considerabat; quanto magis filius verba æterni patris debet considerare, & donum æstimare? Cõserua fili præcepta patris tui, dicebat Sapiens, necessarium fuit tanti amoris magnitudinem præmittere, tam immensam erga humanum genus dilectionem recolere, vt certò sciret, nullo modo dubitaret, ex hoc munere aliorum donorum largitatem originẽ trahere. *Christus n. est, qui* aliorum donorum affluentiam, visibilem atq; inuisibilem missionem Spiritus sancti promeruit: ideo hoc donũ, quod pater ex misericordia nobis donauit in spẽ cõsequendi, & assequẽdi cætera dona, quæ misericors pater promisit, mentem eleuat. Nõ obscurè, sed apertè, & manifestè indicat Paul. in ea quam ad

Gen. 37.

Prou. 6.

Rom. scripsit, dicens. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo nõ etiã cum illo omnia nobis donabit, argumẽtatiuè procedit Paulus, non n. simpliciter docet, aut rẽ gestam historicè narrat, sicut communiter Euãgelistæ faciunt, sed argumentatiuo modo ex creditis fide acceptis arguendo per locum à maiori, veritatem manifestat, & in confidentiam consequendi, per merita Christi, cætera quæ nondum sunt donata, subleuat tacitè dicens; dedit, quod maius est, ergo donabit, quod minus: dedit filium naturalem, ergo donabit gratiam, & charitatem, fortitudinem, ac firmitatem ad perseuerãdũm in bono, ideo subiungit statim; Quis nos separabit à charitate Christi? ac si dixisset, qui nobis dedit Christum, dedit charitatem ad diligendum firmiter Christum; ideo nil est quod à charitate eius nos diuellere valeat, & separare possit: sed in hoc, quòd inquit, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, historiã ex libro Gen. tangit, quã nos oportet aperire, & non sub silentio pertranſire, quia omnis scriba doctus ex vtroq; testamẽto debet sensum scripturarum accipere, eò quòd vetus, noui est vmbra, & nouũ veteris est complementum; legitur igitur Gen. 22. Dominum Deum Abrahæ Patriarchæ dixisse. Tolle filium tuum vnigenitum, quẽ diligis Isaac, & vade in terram visionis, atq; ibi offer eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi; cum autẽ alligasset eum, & arripuisset gladium, vt immolaret filium suum, Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens; Abraham non extendas manum tuam super puerum, neq; facias illi quicquam; tunc Abraham, qui ex obedientia proprio filio vnigenito non pepercit propter Deum, quia quãtum est de se, immolauit illũ, clamãte Angelo nè extenderet manum super puerum, ex obedientia, & amore naturali abstinuit ab immolando vnigenitum, Isaac non erat proprius filius æterni patris, quia proprius in *Gen. 22.*

hac parte idē est quòd naturalis, Isaac non erat naturalis, sed adoptiuus, non proprius, sed cōmunis, quia filiatio per gratiam conuenit omnibus iustis, Christus erat proprius filius patris, quia non filius Spiritus sancti (si quidē ab spiritu sancto non processit) proprius erat patris; quia illi soli nō alij cōuenit ęterna filiatio; quòd noster Euāgelista dixit vnigenitū, Paulus dixit, proprium, quia nulli alij hæc filiatio per naturā conuenit; cū ergo esset filius proprius, vnigenitus, & naturalis, & Isaac adoptiuus nō vnigenitus, & proprius, iure optimo tanquā magnum iudicium amoris exaggerat Paulus quòd pepercit alieno, puta Isaac filio Abrahā, & nō pepercit proprio: considerans hoc Paulus exardescit feruore, & valido exclamans clamore, ait. Quomodo non omnia cum illo donabit: quomodo nō donabit terræ fructus, fructus tempoaneos, victui necessaria, quomodo nō donabit angelos, qui nos præcedant, ministros, qui nos custodiant, nè fortè offendamus pedem ad lapidē, si proprium filium dedit descendentem de cœlo, quid mirum, quòd Angelus Domini steterit iuxta pastores, quòd claritas Dei circumfulserit illos, quòd exercitus Angelorum descenderint? quid mirum quòd vox Patris audita fuerit in Baptismo in transfiguratione? quid mirum, quòd Spiritus sanctus in columbæ specie apparuerit? quid mirum, quòd in morte eius sol fuerit obscuratus, & cœlum Stephanus viderit apertum? quid mirum, quòd sacramenta, in salutem hominum
Gen. 30. & 32. constituerit, & seipsum in cibum, & potum dederit, ideo mirum est, magnum est nobis illum Patrem dedisse, vt nil iam mirum, & magnum in comparatione huius esse possit, nec pater iam erit difficilis ad cætera dona donandum, ex quo vnigenitum donauit. Labam difficilis fuit in tradendo Iacob Rachel, facilis in tradendo Liam, postquam verò Rachelem tradidit facilè de tradendo substantiam, & temporalia dona cum Iacob pactum fecit, nemo ergo diffidat, & despe-

ret in nomine Christi cætera bona consecuturum, sed surgat in spem.

In summa illa Dei vnitate, veráq; & tremenda maiestate nihil est maius, aut minus, prius aut posterius, nè ergo aliquid maius in Spiritu sancto, quàm in filio esse existimares, consequens est iuxta citatum Paulũ, quòd pater in nomine Christi spiritum sanctum donaret, vt hic quoq; ratio Pauli vim habeat. Si n. proprio filio non pepercit, quomodo non omnia nobis donauit? si negaret Spiritum sanctum certè maximum nobis donũ denegasset, & ratio Pauli nõ procederet. In principio temporis, & mundi exordio cœlum creauit Deus, sub cœlo inuisibiles Angeli intelliguntur, in fine sex dierum, vt posteriora prioribus corresponderent, hominem, Angelis intellectu similem creauit. In principio legis Euangelicæ cum venit plenitudo temporis filium suum vnigenitum dedit, in fine vitæ Christi, vt posteriora prioribus corresponderent, Dum complerentur dies Pentecostes factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Quemadmodũ filius celeriter venit transiliens montes, sic Spiritus sanctus in spiritu vehementi. *No via la hora que llegar haziendo ostencacion de su venida*, in specie visibili, & apparenti, sicut filius visibiliter, & manifestus in carne venerat, venit, vt dona promissa donasse, mundus luce meridiana cognosceret; insuper, vt Iudaïcus populus, insolita signa accipiens, omnibus antiquis maiora, inexcusabilis fieret, vt nullam suæ culpæ excusationẽ pretendere posset; filium ex mera, & libera charitate Deus dedit, Spiritum sanctum ex meritis Christi misit, ideo illa verba Ioan. 14. Paraclytus autem Spiritus sanctus quẽ mittet pater in nomine meo, possunt intelligi de virtute spiratiua, i, in virtute mea, quã cõmunem habeo cum patre, illum pater mittet; mittet quidem illum, qui à me procedit, Matth. vlt. in nomine Patris, & Filij, idem est, quòd in virtute patris, & filij, & Spi- *Ioan.*

ritus sancti; vel in nomine meo, idest, virtute meritorũ meorum visibiliter mittet, sic illud. Petite in nomine meo, hoc Ioseph adumbrabat historia, ex dilectione quidẽ in filios alteros, hunc magis dilectum, Iacob magnus, ac venerabilis Patriarcha ad fratres misit, ex meritis autẽ fuit constitutus princeps super vniuersam Ægyptum, & consttiutus in throno, dona habuit, quæ
Genes. fratribus donauit Gen. 45. sic vnigenitus Dei filius ex meritis suæ passionis hunc diuinum spiritum in discipulos suos misit. Accedamus ergo confidenter fratres ad thronum illius venerandæ, ac tremendæ maiestatis, & nihil saluti animarum nostrarum necessarium, Christi nomine confidenter petitum, in fide non hæsitando, denegandum fore sciamus. Si quãdo aliquid nobis denegari viderimus, cognoscamus illud nobis minime conuenire. Dilectus sanctus Paulus, vas electionis orauit, vt stimulus carnis auferretur ab eo, sed auditu audiuit. Sufficit tibi Paule gratia mea. In æquiualenti, putà, vt concessione gratiæ non induceretur in tentationem, non fuit fraudatus à desiderio suo, ideo si quando iustos dolorem, & tristitiam pati viderimus, totum hoc in eorum gloriam ordinari dubitandum nõ est, vt Pauli voce dicentis, Omnia cooperantur in bonum his, qui secundùm propositum vocati sunt sancti, erudimur. Innumera sunt exempla in sacris literis, ad hanc veritatem confirmandam, & ex nobis ipsis sumere pos-
Simile. sumus exemplum. Pater enim filio victui necessaria, vt illum nutriat, administrat: si vlcere pessimo vulneratus fuerit, & graui atq; prolixo morbo laborauerit, ex eodem amore carnem eius cauterizat, vt sanitati restitutus liberè, & cum iocunditate vita fruatur: certus de hoc erat, nullo modo dubitabat, vir simplex, ac timens Deum patientiæ Patriarcha, cum lepra percussus, dice-
Iob. bat. Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare nõ sustineamus? ac si dixisset, vtrumque, bonum nempè, & malũ, à Deo descendit, & manus eius dispé-

sat, & distribuit, nè bonis eleuemur, aut malis plus iusto deprimamur, & contristemur, bonis cor dilatat, in spem erigit, malis corripit; & à malo superbiæ reprimit, & licèt hæc diuersa esse videantur, ad eundem finem, non ordinata, re vera in salutem animæ nostræ ordinantur, sicut ab eodem Deo descendunt: ideo nulla existit causa, quare si bona lætanter suscipimus, mala non sustineamus patienter, si ad ipsum bonum, & malum intueamur, cum hæc diuersa inter se sint, nimirum, quod non vno, & eodem animo suscipiamus: sed diuerso, longéque dissimili, vt potè bona, animo grato, mala verò impatienti spiritu, si verò intueamur finem, (qui est animæ nostræ bonũ) primúmque principium, quod est Deus, vnde ista dimanant: nulla existit causa, nos inculpatos reddens, si omnia æquo animo non sustinuerimus. Ego quidem, qui quondam de manu Domini suscepi, & de terra surrecturus spero, hac ratione conuictus mala patienter sustineo, & in sterquilinio me sedere, cum Angelis & cæteris iustis congaudeo, si exterius testa saniem è corpore effluentem & emanantem tergeo, interioribus mentis oculis hoc idem corpus sine ruga & macula surrecturum spero medijs meritis eius, qui simili lepra percussus, & humiliatus à Deo, cui non est futurus aspectus, est videndus; iam ei ex nunc in spiritu compatior, vt conregnem, in sterquilinio corpus meũ in corruptione est seminatũ surget in incorruptione. Dominus, qui ex amore in donis dedit nobis spem consequendi vitam in perpetuum duraturam, concedat nobis pacem in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM DIE DE EODEM THEMATE.

CONCIO XI.

Isa. 9. DVas esse Christi naturas, humanam vnam, diuinam alteram non obscurè significauit Isaias, dicens; Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, huius mysterij fidem, nec non Sanctissimæ Trinitatis confessionem cum sacramenti baptismi susceptione ad salutem esse necessaria Catholica fides Ioan. 17. docet, & Christi ad patrem ostendit, vox illa. Hæc est Matth. 8. vita æterna, vt cognoscant te & quem misisti Iesum Christum, & illa. docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quia fides sine operibus mortua est, subiungit statim, docentes eos seruare omnia, quęcunque mandaui vobis. Si sancti Euangelij lectionem consideramus attentè, conferendo præcedentia & subsequentia, inueniemus sanè, hæc omnia Christum Dominum Nicodemum docuisse, nam primò dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, ibi baptismi & tertiæ personæ Trinitatis mentionem fecit, de seipso homine postea, dixit, nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlis, de seipso æterni patris vnigenito subiungit, nunc dicens. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Vbi postquam se hominis filium dixit, æterni patris vnigenitum se nominauit, vt scires non vnum & alium, sed eumdem omnino indistinctum, esse hominis filium & Dei patris vnigenitum filium; non subticuit opera, quæ fidem sequi debent, imò dixit. Hoc autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines plus tenebras quàm

lucem, erant enim eorum opera mala. Quibus verbis manifestè mala opera arguit, & bona requirit, quia omnino mirabile, & penè incredibile videbatur, quòd filius hominis, qui, quia erat filius Dei, erat in cœlis, esset in cruce exaltandus, non dissimili, sed eo prorsus modo quo Moyses exaltauit serpentem in deserto, admirationis & incredulitatis causam tollens inquit. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, si infinitum est donum, infinitus est amor. Si infinitum, & vnigenitum filiũ dedit, infinitus est, amor, quo mũdum dilexit; non innotesceret iste infinitus amor, nisi vnigenitum filium infinitum dedisset; dedit vnigenitũ suum, hominem ad homines, mortalẽ ad mortales, passibilem ad passibiles, in similitudinem carnis peccati ad peccatores, natus ex matre, natus est nobis, consubstantialis patri, naturalis Dei filius nobis datur, vt in filios Dei adoptemur, & quia non est distinctio Iudæi & Græci, nec apud Christum & Deum est acceptio personarum, ideo non est Iudæus nec Græcus, nõ est seruus nec liber, non est masculus nec fœmina, vniuersaliter inquit, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitã æternam, id est, pater filium suum vnigenitum mundo dedit in Saluatorem, & redemptorem, vt omnes qui in illum crediderint, siue sint serui, siue liberi, siue Iudæi, siue Græci, siue barbari, siue Scythæ, siue sapientes, siue insipientes, siue mulieres, siue viri, siue pueri, siue senes, omnes eodem honore digni facti, saluentur, omnes inuitantur, & diuersis temporibus ad vineam Domini Sabaoth mittũtur, solùm excluditur, qui inuitatus non habuit vestem nuptialem, & non admittitur, qui non credit, quoniam Iesus est vnigenitus filius Dei: hic enim ad ecclesiam Dei non pertinet, hic iam iudicatus est: *ya este está despedido no ay que ponerse con el a cargo y descargo*, omnis verò qui crediderit, vitam habebit sempiternam, ob merita vnigeniti exaltati in Cruce, Gen. 22. cum aggressus fuisset Abraham immolare filium suum

Galath. 3.

Ioan. 5.

Isaac prohibitus primò nè extenderet manum super puerum, dixit illi Angelus Domini. Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in litore maris, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, quia vnigenitus obediuit patri, & voluit seipsum morti tradere; filios innumerabiles sibi pater dedit, & illud Isaiæ mirabiliter adimpletum est; Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuum, ideſt videbit innumeros filios spirituales. Ioan. in Apocal. vidit turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus, omnes verò erant amicti stolis albis, & vnus de senioribus dixit Ioanni, quòd omnes venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Quis est iste agnus nisi vnigenitus, quem sic pater mundum diligens, mundo dedit passibilem ad passibiles, mortalem ad mortales? non enim seruum, non Angelum, nõ Archangelum dedit, sed filium suum: & hunc vnigenitum. Si filios plures (inquit Chrysostom.) habuisset, & dedisset vnum, hoc etiam esset maximum; nunc verò filium vnicum dedit Iuxta quod legitur Gen. 43. quòd Iacob molestè & nõ æquo animo ferebat Beniamin tradere, & in Ægyptum mittere pro Symeone, qui tenebatur in vinculis, redimendo, vterque filius vterque dilectus, quia Beniamin magis dilectus illum pro minus dilecto tradere recusabat, nõ inimicis, sed propriis fratribus, non ad mortem, sed ad comprobandum non esse exploratores, & ad triticum reportandum, vt viuere possent, & inopia non consumerentur, quando fames omnem terram vehementer premebat; Misericors verò pater mundo inimico filium dilectum & hunc vnigenitum non ad delitias, sed ad mortem acerbissimam dedit: non pro vno filio, sed pro omnibus nobis tradidit illum, non ad triticum, aut aliquid sibi necessarium acquirendum, quia

Isai. 53.

Apocal. 7.

Chrysost. super Ioan.

diues est, & bonorum nostrorum non indiget, sed ad humanum genus redimendum, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam sempiternam : omnibus iam liber ad vitam patet aditus, Christus de cœlo descendit, ingressus paradisi peruius est, portæ reseratæ sunt, vna cunctis lætitiæ cõmunis est ratio, quia Dominus noster peccati, mortísque destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit; Exultet sanctus, quia appropinquat ad palmam, gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam, animetur gentilis, quia vocatur ad vitam, hæc leo lactentes cum homine sene collætetur pariter, quia in baptismo Christo consepulti absque eo, quòd iteratò in ventrem matris intrent denuo nascuntur per gratiam: lætetur pauper, quia coæquatur diuiti, seruus, quia coæquatur Domino, filius patri, ac denique miles Imperatori diademate coronato *no cabia en pecho tan generoso excluyẽdo alguno non hazer merced a todos*, fidem requirit, & opera, sine his nullum introducit ad gloriam, vt quod voluntariè commissum peccatum in miseriam introduxerat, fides ex pia affectione & bonis operibus, introduceret in gloriam, liberè seruus peccati factus fuerat homo; liberè legi peccati renunciare debuit homo; liberè filius perditionis factus fuit homo, liberè filius dilectionis fieri debuit homo *Que menos es Dios que el demonio*. Si liberè dæmonem calidum serpentem sequuti sumus, liberè Deum sequi debemus: aliter iustè nobis æterna negatur vita. Grande Assuerus conuiuium fecit. Hest. ij. Balthasar quoque. Dan. 5. sed nec iste nec ille aliquem coegit, sed inuitauit vt venirent. *Leo. Ser. 1. Natiuit.*

O fratres liberè recessistis à DEO, liberè accedite ad DEum; Ne terreat iugi domini acerbitas, quia iugum eius suaue est, ne deterreat oneris grauitas, quia onus leue est, ne arceat venientis maiestas, quia humilis est, ne iram iudicis pertimescatis, quia mitis est, & non venit vt iudex, sed vt saluator, ipso non alio testimonium

perhibente, qui dixit. Non enim misit Deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Non misit illum pater tanquam ducem manu armata brachio extento, sic Moysen ad Pharaonem misit, qui Deus Pharaonis constitutus à Deo, domini sibi assistente virtute. Aaron fratrem interpretem habens; media virga, quam vt iudici dominus sibi dederat, aquas conuertit in sanguinem, cynifes, & musca grauissima, hominibus importuna terræ habitatores premebant. Equos & cætera regis armenta, pestis grauis deuastauit, in alijs hominibus, & eorum iumentis vlcera & vessicæ turgentes erant, quãdo malefici coram Moyse stare non poterant propter vlcera, quæ in illis erant, secuta sunt tonitrua ac fulgura discurrentia, vt surdum & cæcum populum excitare, & illuminare possent, & cunctam herbam agri, homines quoque & iumẽta, quæ per agrum discurrebant, percuterent, & omne lignum regionis confringerent, vt ex bonorum suorum amissione, compunctum cor in misericordiam concaptiui populi flecteretur, quæ grando dimisit innumerabilis locustarum multitudo, quæ subsecuta est vastauit, ac deuorauit, Pharaonis corde adhuc indurato permanente, gratissimum lumen solis, populo denegatur, & luci tenebræ successerunt, carorum atque amicorum dulci conspectu priuati trium dierum spatio immobiles, sicut lapis lapidibus duriores manserunt: Qui filijs Israël versus terram promissionis transitum impediebant: ad extremum Angelo Domini de cœlo descendente in omni domo Ægypti inuẽtus est mortuus primogenitus: vide quàm seuerè ad Pharaonem missus est. Quod plus est ad proprium mittitur populum & iratus nimis, stans in porta castrorum, ait, si quis est domini iungatur mihi ordinans acies eorum qui sibi adhæserunt, fundere sanguinem præcepit, dicens: Occidat vnusquisque fratrem, & amicum; non sic missus est Christus in mundum, nec sicut Nathan ad Dauid mit-

Plagæ Ægypti.

Septem fig.

Exod. 32.

1. Reg. 11.

titur, qui mortem paruuli nascituri comminatur, non sicut Hieremias, vt euellat, & destruat, non fuit ille Angelus, qui exercitum Senacherib morte consumpsit, non fuit manus illa, quæ subitò repentéque apparuit in medio grandis conuiuij, faciem Regis commutans, & cogitationes conturbans, & diuisionem regni annuncians, sed missus est à Deo, vt populum congregaret, vt populum viuificaret, vt patrem placaret, non populum sicut Moyses percutiendo, sed seipsum in oblationem ad mortem offerendo. O diuitiæ bonitatis, ô omnipotentia seipsum à vindicta continentis! bene edocta Ecclesia canit, Deus qui omnipotentiam tuam parcendo & miserendo maximè manifestas. Qui in alium offensus irascitur manifestat iram & desiderium vindictæ. *Manifesta tener vn pechito que no sabe sufrir nada.* Hispanè dicitur: *No hagays caso mostrad vn pechazo que no se os de nada.* Sic Deus mittendo filium, vt saluetur mundus *per ipsum*, maximè manifestat misericordiam, nec non potentiam & scientiam, quia scrutatur cor peccatoris & potest illud flectere. Exemplum sit nobis Paulus quem euntem in Damascum Dominus conuertit. O populę stulte, quid Deum offendis: hæccine reddis domino DEO tuo? Hanc diuinam misericordiam erga humanum genus, Ioseph adumbrat historia, ex charitate quidem patris, ad fratres mittitur, ex inuidia illi illum Ismaëlitis vendiderunt, cum cognouissent postea, & ob patratum crimen in potestate cõstitutum timuissent, valde benignè eos iniuriæ immemor alloquens dixit: Accedite ad me, ego sum Ioseph frater vester, nolite pauere, pro salute enim vestra misit me DEUS ante vos, manifesta hîc est vmbra veritatis, sine Christo Euangelium esse non potuit, reuelato Christo manifesta veritas Euangelij in hac historia continetur, in Euangelio dicitur. Vt saluetur mundus per ipsum, in præallegata, & inducta historia, pro salute enim vestra misit me DEUS ante vos, ac si diceret, nolite me iudi-

Daniel. 5.

Nota.

Genes. 45.

cem timere, sed Saluatorem expectare. Sic enim à Deo qui me ante vos misit, est præstitum & ab æterno ordinatum, cuius voluntati, & præordinationi nullo modo ego resistam, nè me ipsum ex vindicta in vos, Dei inimicum, huius criminis vindicem, & iudicem habeam: si antea à me recessistis, & à Deo per peccatum in me patratum elongati estis, ex amore Dei & fraterna dilectione ad me accedite; certò scientes cor meum ab omni ira & odio esse liberum. Accedite intrepidè, absque timore, & pauore appropinquate, quod si facere renueritis, erit error iste vester peior priori; errauimus fratres, stultitia, & errore impio decepti, abire post terga Dei nostri noluimus, fabricatores errorum sequuti, Ecclesiastici consilium sectati, non demoremur in errore; Saluatoris voci, ad salutem nos inuitantis, aures obturantes: quia si tantam neglexerimus salutem erimus peccati rei, & erit nouissimus error iste pejor priore, & penitus non apparet, quomodo nos iram Dei effugiemus, si tantam neglexerimus salutem; Sic Christus benegnitate sua nos attrahit; filium prodigũ post dissipatam substantiam reuertẽtem suscipit: Adulteram sine condemnatione & reprehensione dimittit, Mulierem, quæ erat in ciuitate peccatrix, interius iustificat, exterius à murmuratione defendit: Petrum negantem non corripit, sed misericorditer respicit, vt fleret amarè. Incredulitatem discipulorum, qui his, qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderant, postquam apparens eis per quadraginta dies consolatus eos fuerat, exprobrat. *Es dezir que nos quiere lleuar por bien.* Hoc est quod manifestè per Oseam, ait Dominus. Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & nescierunt, quòd curarem eos, in funiculis Adam traham eos in funiculis charitatis, prædixerat populi peccata, Dei erga populum beneficia dicens: Ex Ægypto vocaui filium meum, ecce beneficium, sequitur populi in Deum offensa, ingratitudo maxima, Baalim immola-

immolabant, & simulachris sacrificabant, subsequitur maxima erga populum Dei misericordia, qui in multa patiétia sustinuit vasa irę; Ego quasi nutritius Ephraim, id est, ego qui à principiò omnium creaturarum extiti conditor, & hominum semper à principio factus sum pater; ad mei imaginem primum parentem plasmans, & per gratiam in filium adoptans, populi Israël supra omnia ista nutritius nunc sum effectus, nè in aliquo deesse videar, aut populus meus alicui alteri aliquid debeat. Hoc est, quòd dux & legislator. Deuteronom. 1. inquit, Portauit te dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium, & iterum. Expandit alas suas & assumpsit eum atque portauit in humeris suis, nescierunt, quòd curarem eos, nescierunt, quòd vltra prædicta beneficia ego eram medicus sanans, pater nutriés, doctor erudiens, nutritius portans eos in brachijs meis, pastor portans humeris, protector defendens, inimicos mari submergens, interiori eos sine mensura diligens charitate, fugientes & à me recedentes insequar, & funiculis Adam traham. *Vanseme, y huyen yo yre y los trayre maniatados.* *Deuter. 32.*

Ideo inquit in funiculis hominũ traham, quia obscurè locutus fuerat apponitur explicatio, in vinculis charitatis, idest funes, quibus homines traham vincula sunt charitatis, beneficia sunt ex amore collata, dona ex dilectione profecta. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, pungit flagellis, cruciat tormentis, virtutem corporis attenuans, humorem è corpore decurrere facit, & suspiria atque clamores emittere. *Haze le trassudar y clamar*, è contra Deus innumera conferens offensori beneficia, eum quasi funiculis ligat, & medijs illis funiculis trahit; trahit enim sua quemque voluptas: nullus est, qui cum beneficia recipit, voluptatem non capiat, hoc omnium mentes delectat, pecuniæ obediũt omnia, dona & munera vniuscuiusque cor emolliunt. *Dadiuas que brautan pegnas, estaes la moneda que corre*, hoc Rebeccam à patris *Simile.* *Baruch. 3.*

laribus, relictis omnibus promptè & delectabiliter discedere facit; hoc Dauid iram contra Nabal mitigat, hac arte, hac scientia scientiarum Deum hominem ad se trahere parat: nullum medium in omni sapientia sua conuenientius & efficacius inueniens; hãc viam, quam Deus qui sapientia summa est, adinuenit: Iacob puero suo & Israël dilecto suo illam tradidit: qui videns Esau fratrem suum iratum nimis contra se venientem, dixit: placabo eum muneribus, & tunc ex his, quæ habebat fratri suo munera separauit; hac quoque arte serpens callidus vsus protoparentes traxit, spe quidem melioris boni, eos in suam sententiam adduxit: dicit nunc Deus noster. Ego quoque cognoscens figmẽtum hominum, qui in dona & munera sunt propensi, donis ac muneribus eos traham: suauiter Deus omnia disponit, nam sapientia eius à fine vsque ad finem omnia attingit, omnia suauiter disponens, vt certò scires, nullo modo dubitares, nil confuso ordine esse dispositum, sed omnia mirabili ordine esse ordinata, inquit Eccles. 1. effudit illam super omnia opera sua, Hispanè sufficientiam sine abundantia significamus dicentes. *Llego al justo sin sobrar ni faltar*, non fuit defectus, nec abundantia, dicendo verò, effudit illam. s. sapientiam super omnia opera sua, significat, in summa sapiẽtia omnia esse disposita. Hispanè, *llume à cantaros*, vt scires abundantius in humanum genus dona & beneficia, quę sunt funiculi, quibus Deus nos attrahit, effusisse. Audi gentium doctorem Titum dilectum discipulum docentem & dicentem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secũdùm misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effundit in nos abũdè per Iesum Christum Saluatorem nostrum: supra dicitur: Effudit illam super omnia opera sua, nunc cum loquitur de dono Spiritus sancti, inquit, Effudit abundè, ad aliquid maius supra effusionem si-

Genes. 32.

Titum 3.

In operibus Dei abundat sapientia, sed magis abũdat gratia.

gnificandum: miranda quidem cœli magnitudo, micãtium stellarum pulchritudo: inferiorum & superiorum dispositio. Mirabilis Nili inundatio Ægypti terram irrigantis & fœcundantis, mirabilius quòd Spiritum sanctum in nos effudit, donum ad donum adiecit, vt his donis hominem quasi quibusdam funiculis traheret: Seipsum æternus pater simul cum alijs personis in præmium beatitudinis reseruauit, vt funiculis Adam homines traheret. Spe cognoscendi bonum, & malum (sicut cognoscit Deus) calidus serpens Adam in malum traxit, simili funiculo trahet Deus homines, promittit námq; beatitudinem, dicens: Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam, vt cognoscerés hanc promissionem esse funiculum similem funiculo, quo Adá in malũ fuit tractus, & inductus: Audi Christi domini discipulũ dilectum dicentem: scimus quoniá cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. 1. Cor. 13. cognoscam sicuti cognitus sum, similitudo Dei fuit funiculus, quo Eua fuit à serpente seducta: Adam quoque, licèt non seductus, vt docet Paulus, medio amoris Euæ quam corrigere deberet, fuit in peccatum tractus, desiderio eiusdem diuinæ similitudinis, tanquam quodam forti funiculo, vult Deus hominem trahere, ideo inquit Ioannes, similes ei erimus, verè erimus sicut Dij cognoscentes, sicut cogniti sumus. Fratres, funiculus triplex difficile rũpitur, id est funiculus triplex ad vnitatem redactus illius diuinę Trinitatis, & vnitatis imitator effectus, vnitatem seruat, semper integritatem suam conseruare & retinere volens, maximè dissoluenti vnitatem eius resistit, & non sine magna difficultate rumpitur, ideo rarò aut nunquam dissoluitur vinculum vnitatis eius. Dolendum quòd beneficium creationis, redemptionis, & iustificationis in baptismo & alijs sacramentis acceptum, facile rumpitur, atque amicitia cum Deo contracta dissoluitur, immemores horum & plurium aliorum donorum, quę de

Tentatio primorum parentum.

1. *Ioan. 3.*

Eccles. 4.

1. *Reg. 18.*

immensitate diuinæ largitatis susceperunt ; Deum offendunt, & ab eo recedere pro nihilo æstimantes ; Horum figuram contemplamur in Saül, qui ex inuidia insurgebat in Dauid, à quo multa bona acceperat. quid Saül faciebat ? vtique funiculos & vincula, quibus ad amandum & diligendum Dauid erat astrictus, rumpebat, & frangebat. De hoc conqueritur Dominus per Hieremiam dicens. Fregerunt iugum meum, ruperunt vincula mea. Ionathas astrictum se sentiebat, cum Sauli patri suo dicebat ; Ne preces Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu tua, & percussit
1. Reg. 19. Philisteum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israëli, vidisti & lætatus es, quare ergo peccas in sanguine innoxio ? Primò Ionathas Dauidem laudat à vitæ puritate, cum inquit, Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, postea commendat à triplici beneficio, quo tanquam triplici funiculo Saulem ligauerat, primo quòd eius opera bona erant Sauli, secundò quòd posuit animam suam in manu Saulis, idest inermis expositi se periculo mortis, cum congressus est cum Philisteo, & processit cum eo ad singulare certamen. Denique tertiò, & vltimò, quòd occidens illum, & reportans victoriam, magnam causauit lætitiam in Israël, vidisti & lætatus es, quare ergo peccas ? id est, quare nunc, hæc quæ tam aperta, & tam euidentia sunt, quę negare non potes, tanquam bona, acceptasti gaudenter, quare nunc tristitia affectus illum occidere paras. Sic populum commoneat concionator, primò laudet Deum ab innocentia ; qui malum non fecit, qui summè bonus est ; postea à beneficijs hominibus collatis, quæ sunt quidem ingẽtia & magna, præterquam quòd sunt
Coloss. innumera, præcipuum omnium in capite euangelicæ lectionis proponitur, dum dicitur ; Sic Deus dilexit mũdum. Exclamet & dicat concionator super omnia hæc, charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis, Le

clauces de todo, todo lo ajusta y contiene. Hoc vinculo astrictus Iob dicebat, Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? ad sustinendum patienter mala, funiculo aliorum beneficiorum astrictus sum, sanctus & pudicus Ioseph, inuitatus ab impudica fœmina, cognoscens se astrictum domini sui beneficijs, respondit, quomodo possum hoc malum facere & peccare in dominum meum? ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua. Typus, inquit Hieronymus, Oseæ 11. partem indicat, quod si totum præcedat in typo, iã nõ est typus, sed historiæ veritas appellanda est; ideo in Deo ignorantia poni non potest; quò ad cætera cum filium donauit omnia donauit, nam omne, quod factum est, in ipso vita erat; insuper, quia, qui proprio filio non pepercit, quomodo non omnia donauit cum illo; certè omnia in spe donauit. Fratres, ne paccemus, ne omnia Dei dona magna & desiderabilia valde amittamus; recepimus multa dona valde bona, æmulemur carismata meliora, vt boni æmulatores effecti, iam nihil sit, quod nobis noceat, sed pro accepta gratia conferatur nobis gloria, quam mihi & vobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui cum patre, & sancto spiritu viuit in sæcula sæculorum. Amen.

Genes. 39.

1. Pet. 3.

IN EODEM DIE DE EODEM THEMATE.

CONCIO XII.

SVmma illa atque veneranda Dei nostri vnitas miranda semperque laudanda Trinitas, hinc infinita apparet, quòd eam omnes creaturæ repræsentant, & adhuc, quid sit, humana infirmitas non capit. Cœli magnitudo Dei magnitudinem repræsentat: miranda:

eius pulchritudo Dei pulchritudinem manifestat, & velut expeditissima lingua continuò perpetuóq; enarrat, homo Dei trini imaginem exprimit, & denique nulla est creatura, quæ aliquid creatoris non promulget: sed quia Deus teste Aug. tom. 9. lib. de speculo, c. 7. magnus est sine quantitate, bonus sine qualitate, vbique præsens sine situ: creatura verò magna per quantitatē, bona per qualitatem Deum magnum sine quātitate, bonum sine qualitate, ad viuum sicuti Deus est, exprimere aut repręsentare non potest. Nec mirum, quando nullus artifex nullum luminare, ipsum Solem luminare maius, quod diei præest, perfectè potest repræsentare, nisi seipsum per seipsum, in die sub luce sua & splendore ortus sui, præsentem faciat. Tantus est Dei nostri in humanū genus amor, vt nulla illum creatura repræsentare, aut lingua narrare valeat: ideo in hac materia nec potest deficere, quod dicatur, nec potest sufficere, quod dicitur vtriusque, infinitus Dei amor existit in causa, vt aliquid dicere possimus. Ad verba syllabis finita, significatione infinita, in capite Euangelij proposita conuertamus sermonem, dicentes. Sic Deus dilexit mūdum, vt filium suum vnigenitum daret. In dono, quod datur respectus includitur ad donantem, ad eum cui datur, & consignificatur, quòd detur ex amore, nam donum si verè donum est, datio est irredibilis, id est, donum datum sine intentione retributionis, ideo cum aliquid datur, est persona quæ dat, donum quod dat, persona cui donum datur, amor ex cuius impulsu datur, nam amor est, qui impellit, & mouet ad dandum: iste amor suas secum affert proprietates, nempe, quòd non intendit, nec attendit ad proprium commodum, sed ad bonum eius cui datur, aliter non purus, & verus est amor, sed impurus & adulterinus proprio amore commixtus, mercenarius est amor, & mercatura suarum vtilitatum, propriam quærens mercedem, & retributionem, potius amor & dona desunt, quàm exempla, quæ satis ma-

Leo Ser. 10. de passione Domini.

nifesta sunt, ad id, quod dicimus comprobandum. Omnia ista in præsenti Euangelio continentur, & ex omnibus istis nonnihil huius diuini amoris innotescit. Qui donum dat, æternus est pater, quod datur, vnigenitus ac sempiternus est filius: cui donum hoc infinitum datur, mundus est, id est homines, qui sunt in mundo, quibus sanandis & illuminandis Deus vnigenitum suum lucem, & salutem dedit: Amor, ex quo vnigenitum dedit, declarari nullo modo potuit, nisi per donum infinitum, ideo dixit Christus, sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. Quòd amor sit purus. *Sin algun interes*, absque intuitu commodi manifestat Christus, dicens, vt omnis qui credit non pereat, sed habeat vitam æternam; singula expendenda sunt, & de singulis est dicendum per ordinem.

Qui donum dedit, est dominus Deus, ipse est dominus Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, primus & nouissimus, annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ nec dum facta sunt, ipse est Deus Deorum, & Dominus regum terræ, dominus faciens omnia, extendens cœlos, solus stabiliens terram, & nullus mecum, qui dico profundo desolare, & flumina tua arefaciam, qui concluſit ostijs mare, & aridam fundauerunt manus eius. *Iosue* 2. *Isai.* 44. *Isai.* 46. *Deut.* 10. *Isai.* 44 *Iob* 36.

Hic, cui nullus resistit, amore hominum victus vnigenitũ suum mundo, id est, hominibus dedit, mors omnem hominem vincit, omnem eius compaginẽ dissoluit, Deus non est compositus, mors ad domum Dei non appropinquat, nec malum ad eum accedit, rex est immortalis, inuisibilis amor accedit, imò ipse Deus amor est, amor iram Dei superauit, indignationem in misericordiam conuertit, opera amoris super opera iustitiæ, superauit amor iram, ideo mundo inimico vnigenitum suum dedit, sicut mors non sinit Reges perpetuò viuere, sic amor Deum solum manere, destruit mors, communicat amor, fortis est vt mors, dilectio. Nam sicut

mors reges, potentissimósque Monarchas superat: sit amor Deum vincit, vt omnia communicabilia cõmunicet, & nullo modo aliquid communicabile abscondat, magnus est, magna dat, mors separat, & fortis est ad separandum animam corpori vnitam, fortis fuit amor qui coniungere potuit hominem cũ Deo, & hũc Deum hominem nobis dedit. Si attendimus ad donũ, donum fuit vnigenitus filius Dei, eiusdem substantiæ, eiusdem virtutis, & potentiæ, cum illo, hoc quidẽ donum infinitum Dei indicat amorem: probatio amoris exhibitio est operis, quantitas amoris ex quantitate doni dignoscitur. Hispanè, *Obras son amores, donchi quito amor poquito.* Donum infinitum amor infinitus, Labam, Rachelem Iacob, Saul Dauidi, Michol tradere recusabat, & non vnicam filiam aliquis eorum habebat, infinitus iste amor ex infinito dono manifestatur: nam vnicum ac infinitum filium nobis dedit, hoc donum mundo inimico dedit, hoc etiam maximè manifestat infinitatem diuini amoris. Dei infinita potentia in creatione manifestatur, quia tunc agens non iuuabatur ex subiecto præsuppositō: ideo ad producendum totum esse creaturæ, requiritur totale & perfectissimum esse in causa, quod in nullo alio à Deo inuenitur, ideo ostẽditur eius omnipotentia, & infinita virtus, cum præsupponitur subiectum, in quo virtualiter continetur forma, iuuatur agens ex subiecto, ideo non apparet infinitas in agente: artifex ex ligno facit arcam, ex luto vas fictile, ex nullo subiecto nihil facit: similiter contingit in potentijs cognoscitius, oculis & luce videmus ea, quæ participant colorem: in tenebris nihil videmus præsente obiecto naturaliter cognoscimus, quæ naturali lumine demonstrantur, futura verò, effectus supernaturales, qui non ex causis naturalibus pendent, sed immediatè à Deo causantur & producuntur minime sine Dei scientia cognosci possunt: ideo bene propheta Isaias diuino lumine irradiatus capit. 41. di-

Dedit deus quic, id dare potuit.

Simile.

xit, Annuncia, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos. Cum obiectum voluntatis sit bonum, & in nobis nullũ meritũ præcesserit, ob quod nos Deus dilexerit, & filium suum vnigenitum dederit, sequitur, quòd ex infinito amore nobis illum dedit, sicut ex infinita potentia creauit mũdum. Cum nullum subiectum erat, ex quo creaturas produceret, necessarium quidem fuit, aut nõ produceret, aut ad suam se omnipotentiam cõuerteret si volebat producere, sic se ad suam infinitam bonitatem conuertit, & ex infinito illo amore infinitum suum vnigenitum dedit, nam cum quis iuuatur ex bonitate obiecti facile est illud bonum amare; ideo Matth. 5. dicebat Christus: si enim diligitis eos qui vos diligunt, nonne & publicani hoc faciunt? & Luc. 6. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia; nam & peccatores diligentes se diligunt: Deus mundum inimicum diligens, mundum positum in maligno: in quo omne quod est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. *Casa de orates y tienda llena de peccados* infinitum suum amorem ostendit; hoc significauit Paulus, cum dixit. Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus *Por su amor exceßiuo* nullum Dei opus, nullum attributum excessiuum dicitur, nisi charitas, ad condendum enim mundum ex nihilo tota omnipotẽtia fuit necessaria, aliquid si tollas non poterit esse creatio, sed cum posset multifariam multisque modis mũdum redimere, voluisse dare filium ad mortem, nimia & excessiua fuit charitas, quia alio inferiori remedio potuisset mundũ saluare, sed magnus est Deus, laudabilis nimis, magnificè fecit: annunciate magnificentiam eius in vniuersa terra, nam in hoc solùm creatura potest creatori suo repẽdere, si ex amore eũ laudet. Creator omnipotens est, virtuté, robur, atque fortitudinem à creatura, cui totum quod ipsa est, dedit accipere non potest: diues est, bonorum nostrorum nõ indiget; ideo

1. *Ioan.* 3.

in conferēdo bona non potest creatura repēdere creatori, solū potest repēdere, laudando & amando. Quicquid amplius est, officium est creatoris. *No ay reclamo que á si atrayga à Dios como alabarle* Saluum me fac & psalmos nostros cantabimus, da salutem, ego reddam laudem: vt illam concederet, vt ita dicam, cum laude Deum inuitabat, laudabat qui dicebat: Venite exultemus Domino, præoccupemus faciem eius in confessione, quare? quia ipsius est mare & ipse fecit illud, aridam fundauerunt manus eius: si propter hæc laudabat, & magni principis communia dona æstimabat, quantò magis hoc donum est æstimandum, æstimabat, quæ dicebat dilectus meus candidus, & rubicundus, ideſt, Deus, & homo, qui passione me redemit, explicui alibi post pauca. Ipse est amicus meus, *estimoen mucho su amistad*, quia magnus cum sit, me paruum diligit: altus cum sit, me hominem respicit: prophetissa cecinit, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. O fratres, quomodo hunc diuinum contemnitis amorem, quis tanto beneficio ingratus existit? Ruth cadens in faciem suam Booz adorauit, quia liberam ei fecit facultatem bibendi aquas de quibus bibebant pueri eius, Mephiboseph, Dauid adorauit, quia dixit illi, restituam tibi omnes agros Saul patris tui, *conocieron & estimaron el bien que recibieron*, at mundus Christum vnigenitum non cognouit, ideſt, homines, qui tunc temporis mundum in habitabant, & in mundo erant, hoc donum non æstimauerunt, nec cognouerunt: creauit quidem Deus mundum, & à magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri: cum autem cognouissent Deum, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum; Vt qui ex creatione cognouerant, nec gratias egerant, ex dono incarnationis, & redemptionis illum cognoscerent, & gratias agerent: filium suum vnigenitum

Ruth.

2. *Reg.* 9.

Sap. 13.

Rom. 1.

missit, vt saltim, si non prophetas, filium reuererentur, at stultus mundus dixit, hic est hæres, venite occidamus eum, *siempre fue de malem peor*, Dolore dolendum, irriguis lachrymis continuôq; plorandum, eò, quòd tot beneficia mundus contemnat: cum nondum vnigenitum misisset in mundum conqueritur Dominus per prophetam, dicens: Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt, & non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti? vbi numerat alia beneficia. Hispanè cum aliquem ingratum cognoscimus, & ingratitudinis eum arguimus, dicimus. *Que mal oshe hecho no sino mucho bien.* Sic Deus noster ponens rationem, cum seruis suis non dedignatur se iustum ostendere, discurrendo per singula, & examinando quodlibet, puta eius bonitatem, dona atque beneficia ingrato populo collata, vt ingratitudinem eius exprobret. Amplius latet aliud mysterium. Obiectum bonum de se, est de se diligibile cunctis alijs postpositis, sed si cum bonitate honestatis habet adiunctam bonitatem vtilitatis, est magis diligibile, vt potè quod pluribus, & omnibus modis voluntati se gratum reddit, quod syncera occultat veritas, pandat exemplum, est homo sanctus, iustus, & rectus, etiam si vitia nostra exprobret, arguat, & corrigat, & ministrari sibi necessaria postulet (quod auarus diuitiarum cupidus odit,) est diligendus: si verò simul cum vitæ honestate, morum grauitate simul nobis vtilis esset, inexcusabilis esset, qui hunc non diligeret; eluescit, hinc illud Cant. 8. quis mihi det te fratrem, ibi. Vt deosculer te, & iam nemo me despiciat, *porque te amo por ti mismo* hoc illud. Deosculer te, *por mi propris interes*, hoc illud nemo me despiciat *hallo te bue noy vtil*, hoc ostendit Dominus authoritate inducta, dicens, quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis? ideſt, Ego

Matth. 1.

Hierem. 5.

Simile.

Cant.

iustus, fidelis, rectus, absque vlla iniquitate imò cum summa bonitate, qui sicut à me ipso sum, sic à me ipso bonus sum, sicut sine me nullus habet esse, sic nullus per se, sine me habet bonitatem. Optimus, & expressus est locus Exod. 34. vbi cum Moyses Dominum in nube descendentem, & coram illo transeuntem vidisset exclamans, ait, Dominator domine. Deus misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax, qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullúsque apud te per se est innocens, ac si dixisset, legislator promulgans Dei bonitatem, antequam promulgaret legem, Deus per se est bonus, absque vlla iniquitate, sic est intelligendus locus Marc. 10. nemo bonus nisi solus Deus, idest, nemo per se est bonus, ex hoc capite, ex hac ratione, quòd Deus per se est innocens, & bonus, etiam si ingentia beneficia nobis non conferret, esset à nobis diligendus, ideo inquit, quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis? sic Christus dominus in Euangelio Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? sed commemorando beneficia inquit. Non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti. Fratres, Deus per se erat diligendus etiam si non dedisset nobis filium suum vnigenitum, licet non sit magis diligibilis, magis tamen tenemur eum diligere, vel saltim ex nouo vinculo, & ex nouo titulo, & obligatione; Non aucta est bonitas Dei vnigenitum donantis, ideo non est factus magis bonus, & diligibilis in se, sed, quia tantùm dedit bonum, ex tunc, quia nobis datus, nobis natus, & in mundo conuersatus, noua est causa vrgens nos ad diuinum amorem. Significauit Paulus cum dixit. 2. Corinth. 8. charitas Christi vrget nos, idest, noua est: quotidiana Christi munera visibiliter nobis quotidie collata de nouo nos obligant, vt illum amemus. Summum, ac maximum fuit beneficiũ ad nos venisse, Apostolósque elegisse, & post multa, ac innumera benefi-

Exod. 34.

Marc. 10.

Dom. in passione.

or. 5.

cia Apostolis collata in vita, post mortem cum ascendisset in cœlum misisse Spiritum sanctum, qui Apostolos doceret, ac illuminaret, quod in nostram vtilitatem redundauit, quia ipsi nos docuerunt; vnde ex hoc Deum diligere tenemur. Insignis est locus Genes. 39. vbi Ioseph nolens cum vxore domini sui adulterium committere, & operi nefario nequaquam acquiescens, dixit: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod non in mea sit potestate, non sufficiebat abstinere ab opere nefario propter odium vitij, & amoré castitatis? non, sed adiungit nouum titulum, dicens, dominum suũ omnia sibi tradidisse. De hoc nouo titulo fit mentio in præsentiarum cum dicitur. *Gen. 39.*

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret; satis diligibilis erat de se Deus, quia bonus, quia summè bonus, quia sine iniquitate, rectus in omnibus operibus suis, sed quia bonus, & summè bonus, & bonum est diffusiuum, & communicatiuum sui: humanam condidit naturam, & totum mundum visibilem, propter hominem, corpore visibilem, anima inuisibilem fecit: denique filium suum vnigenitum dedit, quia omne aliud parum Deo visum est, nisi dono filij, diuitias suæ misericordiæ ostenderet, & thesauros sui amoris manifestaret, dando filium in quo sunt absconditi thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Pro victoria Goliath, & tollendo opprobrio de Israël parum visum est Sauli magnas offerre diuitias, nisi victori filiam quoque dandam promitteret, vt ad victoriam, & pugnam quis se offerret; Terrenus Rex, meritum ante præmium, laborem ante mercedem, seruitiũ ante donum, requirebat: quia cum regni libertate, sui & filiorum libertatem prætendebat, non ex mera liberalitate donabat: Deus autem diues in misericordia, fortis, & potens, nullo nostrorum bono indigens parũ esse existimauit homini, quem de limo terræ plasma- *Saul victori Goliath diuitias, & filiam promisit.* *Deus, homini diuitias, & filium dedit. Gen. 1.*

uit; dixisse. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habẽt in semetipsis sementẽ generis sui, nisi ex summo in hominem amore filium, & hunc vnigenitum dedisset, & quod cœlum stupet, terra miratur, dæmones ignorant, & certiores fieri desiderant, ad mortẽ illum dedit, summum donum ad summam ignominiam subeũdam, ad summum sustinẽdum opprobrium, ad summum laborem tolerandum, summè misero in profundo miseriæ constituto. Summæ Deus clemẽtiæ, mundíque factor machinę ex summo, & infinito dedit amore: filius quoque natura Patri similis, bonitate consimilis, amore in humanum genus nullo modo dissimilis, sicut ab intra, cum patre, Spiritum sanctum produxerat, sic ad extra Spiritum sanctum cum patre misit, cum in summa illa Trinitate quaternitas nec inueniatur, nec vllo modo possit inueniri: & illam mente concipere, aut consideratione imaginari impium sit, nulla alia persona fuit, quam diuinus ille spiritus dare posset, nulla alia, quam mittere posset, cùm alia persona non esset, & in nullo communi, quod pertineat ad perfectionem essentialem patre, & filio minor esset: in seipsum reflexit ardorem, & qui donum, & amoris ardor erat, seipsum dono dedit. Firmiter teneat theologus, nullatenus dubitet, quòd licet diuina persona non mittat seipsam, tamen seipsam dat, nec aliud est in causa nisi quod missio includit ordinem, & relationem ad alium; ideo requiritur distinctio inter personam mittentem, & illam quam mittit: persona verò seipsam potest dare. Homo iratus, si non habet in quem irascatur, in seipso, & in seipsum irascitur; per oppositum cum Spiritus sanctus summum bonum esset sicut pater, non habens personam aliam, quam dono daret, seipsum dedit. Abraham filium habuit, quẽ ex præcepto Domini offerre in holocaustum attentauit, filius seipsum offerri permittebat, sic in diuinis, æternus Pater filium habuit, quẽ mundo

Nota.

Simile.

Gen. 22.

inholocaustum pro peccatis mũdi obtulit; filius nõ habuit alium filium, quẽ daret, oblatus est, quia ipse voluit, ideſt, ſeipſum in holocauſtum dedit; habuit Spiritumſanctum, quẽ mittere potuit, illum miſſit; Spiritus ſanctus nullam perſonam mittere potuit, nè in animãdo humanam genus, & in donando dona minor videretur ſeipſum dono dedit. De Paulino Nolæ Epiſcopo legitur, quòd poſtquam pro redimendis captiuis totam ſubſtantiam dediſſet, & quid daret iam non haberet, vltimò ſeipſum pro redimendis captiuis dedit; ſic Deus vnigenitum ſuum mundo dedit, Spiritum ſanctũ dedit, Spiritus ſanctus ſeipſum dedit, Angelos ſemper hominibus in cuſtodiam dedit, cum horum inferiorũ vſu. Cum filium dedit, iam nihil in terris, cœliſq; pulcherrimum quod non ſit cum autore cœli, ſpe aut poſſeſſione donatum inuenitur. Spe accipiendi Rachelem in vxorem Iacob promptè, & delectabiliter Labam ſeruiebat, & dies plures pauci ſibi videbantur. Spe conſequendi illam requiem, quam in æternum ſperamus, Deo ſeruiamus, ac eundẽ diligamus. Præcipua, ac prima omnium aliarũ cauſa huius amoris, ſumma Dei ſit bonitas, hac ratione etiã ſi nullũ ſperaremus præmium, illum diligere tenemur. & eum diligere iuſtum eſt: ſi infirmitas noſtri affectus ex hac ſuprema radice non mouetur ad Deum diligendum, moueatur ſaltim ex hoc quòd ipſe prior dilexit nos; ſi ſic autem Deus nos dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret propiciationem pro peccatis noſtris, nos debemus alterutrum diligere, & iterum. Nos diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos, ac ſi dixiſſet. Saltim ex hac cauſa moueri debemus in diuinam dilectionem; Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt, ac ſi dixiſſet *amor de proximo muy a nua anda con el de Dios*, alter alterius comes eſt indiuiſus, ideo conſequentia eſt, non adeſt iſte, ergo nec ille, ex fraterna dilectione conijcere poterit

Paulin.

1. *Ioan. 4.*

homo, an diligat Deum, ex odio in proximum euidenter scire poterit quòd non diligat Deum; Qui manet in dilectione in Deo manet; diligamus, vt nos Deus diligat, & hîc gratiam, postea gloriam præstet.

IN EODEM DIE

de eodem themate,

CONCIO XIII.

DIuus Ioannes, qui transcendens omnes campos aëris, omnes altitudines syderum, omnes choros Angelorum, legiones Archangelorum, cuneósq; prophetarum, perueniens ad eum per quem facta sunt omnia, dixit, (In principio erat Verbum, Verbum erat apud Deum) ob quod meritò in figura quatuor animalium aquilæ comparatur, ostendens in quo Dei charitas erga humanum genus manifestetur, inquit, in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, antea opus nullum, sicut nunc hunc amorem dignè, & perfectè repræsentabat, ostendebat, & probabat. Hoc opus amorem infinitum ostendit, manifestat, & probat. Verba ista non recitatiuè, aut merè speculatiuè accipienda sunt, vt nihil aliud, quàm in vocis sono denotant, significent, sed historicè accipienda sunt, ideo quicquid in regestum est, & alibi legitur nobis significant, legimus autem quòd [Verbum caro factum est,] qnòd in carne assumpta habitauit in nobis, quòd verbum erat Deus, tũc docemur, quòd charitas apparuit in hoc, quòd animam suam posuit pro nobis, ideſt, in hoc, quòd morti se exposuit, & ad tempus non viuere in natura humana nõ recusauit. Verba magistri discipulus debet explicare,

Ioan. 3.

vt alij

vt alij possint intelligere. Magister veritatis, magistrum legis, puta Nicodemum, id ipsum docere voluit, cum prædixit. Oportet exaltari filium hominis, & postea subiūgit, Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, ac si dixisset, quid mirum, quòd moriatur pro mundo inimico, primum mirum est, secundum ex primo admirationem non habet, sed tota causa, & radix admirationis in primo est. Theologi considerantes Dei maiestatem, & humanæ naturæ humilitatem, (videntes, quòd non bene conueniunt, nec in vna sede morantur maiestas, & amor ad carnem humilem) inquirunt, & quæstionem mouent, vt veritatem magis aperiant, an possibile fuerit, Deum carnem assumere; hoc suppositio nullo modo quærunt; an possibile fuerit mori, sed an necessarium: quia mors ex assumptione carnis mortalis nil mirum continet. Qui proprium filium dedit domino, vt illi seruiat, dedit: qui filium religioni tradit, vt prælato obedientiam præstet, illum dedit; qui homini indigenti vestem accommodat: ad vtilitatem illius, vt illam consumat, accommodat. Mundus captiuus erat, inops erat, redemptore, qui media morte illum redimeret, indigebat; qui dedit illum mundo, in redemptorem, dedit illum ad mortem, quia mundus hominis digni mortis, & morti damnati, filius erat, atque Deo iustè iudicante, non nisi morte mediatoris redimendus erat, non hircorum, aut vitulorum sanguine. Hac ratione, inquit Paulus ad Rom. 5. quòd commendat Deus charitatem suam in nobis, quia cum inimici essemus pro nobis mortuus est, id est, *su caridad haze raya*, super omnium aliorum charitatem. *Simile.* *Rom. 5.*

Rubem dolens, quòd fratres sui mortem Ioseph machinarentur, precibus, sine mortis periculo nitebatur puerum de manibus fratrum liberare, & consulens minus malum, quod licitum est volenti maius patrare dicebat; Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem, sed proijcite in cisternam veterem, *Gen. 37.*

Iudas Rubem dixit, quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinẽ ipsius? melius est, vt vendatur Ismaëlitis, frater enim noster est. Phinees ex zelo occidit virum Israëlitem, qui inhonestè agebat cum muliere Madianita, Ionathas magnam cum Dauide cõtraxit amicitiam, de quo inquit sacer text. anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauidis, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam, id-est, maxima amicitia. Dauidi Ionathas coniunctus erat, exterius quidem corpora se amantium medio amplexu coniunguntur, quod exterior amplexus indicat firmius, & perfectius in anima erat, nam anima Ionathæ Dauidis animæ conglutinata erat, ideſt, quasi quodam glutino, & vnionis vinculo indissolubili, vnita, multo fortius, & inseparabilibus, quam corpus corpori vnitur, magna quadam vi, & pondere amoris anima Ionathæ animæ Dauidis erat conserta, & in vnitatem quandam dilectionis redacta, manifestans autem huius dilectionis signa subditur, nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum vsque ad baltheum *que le honrro dandole las insignias de principe hijo de Rey diole vestido y honrra*, inter huius mundi habitatores magnum reputatur, plures tunicas possidendo vnam dimittere, & honorem deferre, quia hæc duo sunt ex tribus quæ mundus diligit. Superbo durum est, ac difficile alium honorare, ac venerari: auaro magnum est aliquid ex his quæ possidet communicare, & amico non importunè petenti commodare, quid hoc cum hac diuina dilectione? nihil est hîc quod huic diuinæ dilectioni posset iusto iure, aut simili quadam apparentia comparari. Transeamus ad patrem multarum gentium Patriarcham illustrem, diuinis promissionibus glorioſum, ac beatum prędicatum, in cuius semine omnes gentes benedictionem acceperunt, & redemptionem de captiuitate sunt

Phinees. Num. 25.

1. Reg. 18.

consequutæ ; Iste filio proprio non pepercit, propter quod ipsum Dominum laudatorem, & glorificatorem habere meruit. Videtur ergo, huius diuini amoris imaginem exprimere, & ad iustũ imitari. Quia sicut Pater suum vnigenitum, sic iste Isaac vnigenitũ suum in holocaustum, proposito sibi gaudio dedit: sed absit, quòd typus suum adæquet figuratum, vmbra corpus, figura veritatẽ, luna lumẽ solis. Hic superiori obediuit à quo miraculosè filium acceperat, non sine spe resurrectionis filium tradidit; pro inimico minimè dedit, ideo nullo modo cum hac diuina dilectione habet comparationem, Mulier animo tenera, filium suum maximè diligit, maior est diuinus erga homines amor: nam ipsa obliuisci potest, si tamen illa oblita fuerit ego non obliuiscar dicit Dominus; Maximè dilexerunt Dauid tres viri fortes, qui morti se exposuerunt vt desideranti aquam de cisterna Bethleem, aquam afferrent, sed spe premij facere potuerunt: & Dauid inimicus non erat; ideo maior est Dei erga nos dilectio. Maximè diligit vir vxorem suam, consurgens Adam de sopore illo, promulgans iura matrimonij dixit. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, in iudicium verò à Domino vocatus culpam commissi criminis in vxorẽ retulit, dicens: Mulier quam dedisti mihi. Christus verò propriam nostrã pœnam sustulit, & pro nobis illum pater ad mortem dedit, cum inimici essemus, quod magnificat Paul. dicens. Commendat Deus charitatem suam in nobis, in quo Paulum cõmendat, & aliorũ charitatem superat, die explica nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, ideſt, non solùm sicut Isaac est morti traditus, qui postea à morte est liberatus, sed traditus est, & mortuus est, *No fue juego de amenazar y segnalar como cumplimiendo, fue muy deueras*, relictis qui sunt domestici Domini, & habitant in domo domini transeamus, ad exitus viarum, & videamus, an extra domũ Domini con- *Genes. 12.*

similis sit amor, & talis inueniatur dilectio, nã Pilades & Oreſtes, Theſeus, & Phyrritous, Caſtor, & Pollux, amicitia magna coniuncti alter pro altero mortem ſubire cupiebat. Sed ipſa ſimilitudo diſſimilem ſeſe oſtendit, & valde diſſimilis ex ipſo, quod ſupponitur apparet, ſi vt appareat ſimilis amor maxima fuiſſe amicitia coniũctos ſupponimur, iam non conſtat amoris ſimilitudo, quia Deus pro nobis eſt mortuus, cum adhuc inimici eſſemus, ſtante inimicitia, nullus pro alio mori vnquã attentauit: ſtante inimicitia, & odio Saulis ad Dauidem, quando non rectis oculis Saul Dauidem aſpiciebat, & callidè morti tradere cogitabat, poſtulans centum præputia Philiſtinorum, quando inimicus Dauid cunctis diebus nixus eſt figere lancea in pariete, quando perrexit ad inueſtigandum Dauidem, ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt, legimus Dauidem noluiſſe mittere manũ in Saulẽ cum poſſet eum occidere, quando erat in ſpelunca, admiratusque Saul, dixit. Quis enim cũ inuenerit inimicũ ſuum, dimittet eum in via bona, ſed nullo modo pro inimico ſe ipſum tradidit, at miſericors pater vnigenitum ſuum mundo dedit ad mortem. O immenſa charitas, nulla ſimilis inuenitur: bene Paulus commendans charitatem Dei Rom. 3. inquit. Omnes peccauerũt, & egent gratia Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in Chriſto, Ieſu, *hazer bien al enemigo virtud, por conſeguiente gloria y grandeza vengar iniurias, luego dizen mira el ruin*, inquit ergo omnes egere gloria Dei, *todos ſon enemigos y tienen neceßidad que ſe honrre Dios con perdonarlos noſotros lleuamos el prouecho ſiendo perdonados Dios lleua la honrra*, iuxta hoc innumera explicabimus loca, primò illum. Gratiam & gloriam dabit Dominus, *eſto honroſo a nadie lo cometio*, eluceſcit illud Iſa. 48. Propter nomen meum longè faciam furorem meum, poſt pauca, gloriam meam alteri non dabo: lex per Moyſem

1. Reg. 18.

2. Reg. 19.

1. Reg. 24.

data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, *no fue obra de comission*, sic Giezi non cõmittitur suscitare puerum. Concinit per omnem modum Aug. tract. 3. in Ioan. ille dedit legem qui dedit gratiam, sed legem per seruum misit, cum gratia ipse venit, *tal grande cosa a naide se deuia dar sino al vnigenito*, hunc pater, sic mundum diligens mundo dedit. Regi sæculorum immortali soli DEO honor & gloria *quedando la gloria para Dios por lo mucho que vos ha dade cõ ẽtremonos con el prouecho honrra y prouecho no caben en vnsaco*. O homo da gloriam DEO pro tam infinito dono. Nec propterea plus dilexit DEUS mundum quam Christum. Cum aliquid ordinatur ad aliud tanquam medium ad finem, melior est finis, quàm medium: cum verò aliquid tanquam causa ponit aliquid in esse, non propterea est inferioris rationis, aut bonitatis: hac ratione causa nobilior est effectu, quamuis causa videtur esse propter effectum, & angeli, licèt custodiant homines, & illis videantur deseruire, nobiliores sunt & præstantiores, quia administrãt, docendo, regendo, illuminando & dirigendo, similiter vir nobilior est vxore, quamuis labor eius ordinetur ad sustentandam vxorem, quia vxor debet viro obedire, & præceptis eius obtemperare: sic æternus Pater plus diligebat Christum, quã homines, quãuis propter homines illum hominibus dederit, nam ipsa hominum redemptio, & filij datio, & in mortem traditio ordinabatur in gloriam DEI & claritatem Christi: in gloriam DEI, nam sic ostendit diuitias bonitatis suæ, sic commẽdat charitatem suam in nobis: In gloriam Christi, nam propter hoc fuit clarificatus. DE Christo loquitur Ioannes, cum inquit. In hoc cognouimus charitatem DEI, quoniam ille animã suam pro nobis posuit, hic DEUS, ex adiuncto determinatur ad supponendum pro Christo, nam nec Pater, nec Spiritus sanctus animam, & vitam assumpsit, quam pro nobis poneret: cũ ergo ordinetur in propriam gloriam, sequitur, quòd redemptio

humani generis non fuit finis, eo modo quo alij fines præstant medijs suis, ideo cum hoc, quod propter nos homines, & nostram salutem venerit, stat simul, quòd plus Christum dilexit, & vitam Christi, quamuis ad tempus voluerit, quòd pro nobis moreretur. Exponit se quidem paterfamilias morti, pro bonis suæ familiæ necessarijs defendendis. Et pro filio immuni seruando, & plus se quàm filium diligit; & Iacob Beniamin magis dilectum pro liberādo Symeone minus dilecto, importunis precibus Iudæ, & Ruben tandem dedit, quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? quòd vnigenitum magis dilectū pro minus dilecto ad mortem dederit, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua (vt inquit Isaias) hoc dono non emollitur cor tuum, vt redames amantem, & ames plus diligentem. O hominum vecordia, & manifesta vesania. Dat Deus magis dilectum pro minus dilecto. *El mayoraz go al trabajo, porque el adoptiua quede libre*, & tu teipsum Deo pro salute tua non das, sed interitum amas, stultitia maxima; Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Simile

Isai. 66.

Isai. 48.

Idest vnigenitus, non vt iudex, sed vt saluator venit, quod etiam ad infinitum illum amorem, quo inimicū mundum dilexit attinet: posset quidem funditus, penitusque euertere, & ad nihilum redigere mundum, si non subitò temporis spatio, ad pœnitendum cōcesso, posset quidem media voce prophetarum populum ad pœnitētiam commouere, non sic fecit, sed filiū in Saluatorem misit, & tempus iudicij detulit, longum pœnitendi spatium concedens, vt iustus appareat, & non potestate, sed iuxta existente ratione, veniat cum iudicio iniquorum, tanquam seuerus iudex fuerit iudicatus, hanc patientiam, & tolerantiam, amor quoq; sine dubio præstat. Occurrit huic murmuri impiorū, & amicabili querelę iustorum, quorum primi dixerunt, super cardines cœli perambulat, nec nostra considerat; se-

Apocal. 6.

cundi quoque supremum iudicem appellãtes dixerũt, vindica sanguinem nostrum Deus noster, & iterũ, quare taces conculcante impio iustiorem se, & impiorum via prosperatur, quam sine aliqua offensione percurrunt. In manifesto ponitur causa misericordiæ, & patientiæ. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum prius in Redemptorem, & Saluatorem quàm iudicẽ malorũ dederit. Adhuc tempus modicũ transire oportet, donec impleatur numerus iustorũ, quiescat vox à ploratu, oculi à lacrymis, quia merces est sustinentibus persecutiones propter iustitiam. Antiquitus Maria Moysi soror, propterea quod cõtra Moysem locuta est, lepra percussa est: filios Aarõ Nadab, & Abihu ignis deuorauit, & mortui sunt coram Domino, qui arreptis thuribulis ignem alienum Domino obtulerunt, Oza manum ad arcam extendente, & tenente, quoniam calcitrabant boues, iratus Dominus indignatione eum percutit, & statim iuxta arcam Domini mortuus est, Numer. 15. cum quidam homo collegisset ligna in Sabbato, & nescientes, quid de re facerent, dixit Dominus ad Moysem, morte moriatur homo iste. Nunc quare sic eos sustinet Dominus? Quia non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. *Vino a tratar medios de paz comen agora el pan de la boda del hiio de Dios.* Dolendum quia diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnimus; Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo perpetrant mala. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ.

Baruc.

Hiere. 51.

Num. 11.

Leuit. 10.

2. Reg. 6.

Rom. 1.

Eccleſiaſt.

Vt omnis, qui credit in illum.

Requiritur fides in Christum, nam quemadmodum quia Deum trinum, & vnum in patria visuri sumus, requiritur fides Dei trini, sic quia per Christum passum

Paul.

in carne redempti sumus Christi fides, & conformitas ad Christi vitã est nobis necessaria: dum sponsus sponsam absentem amat, figura suæ speciei oblectatur, nunc per fidem ambulamus, non per speciem, idest, nõ clarè facie ad faciem videmus: quemadmodum ante terminum oportet transire, & percurrere spatium, & inter mediam viam, sic ante speciem oportet habere fidẽ, qua amemus præsentẽ habere speciẽ, indignus est specie, qui non dilexit videre illam. Ante quàm terram illam, antiquis patribus promissam, filiis Israël Deus cõcederet, voluit notitiam habere de illa, & missi sunt exploratores, qui lustrantes illam, narrarent cuncta speciosa, quæ erant in illa: sic vnigenitus qui ex sinu patris enarrauit nobis, quæ sunt in illa æterna requie, & in illa Hierusalem, quæ sursum est, reuelauítque Trinitatis mysterium. Oportet ergo illud credere & Christũ quoq; reuelatum & mediatorẽ credere. Cum tã apertè de illa æterna requie fuisset locutus, & signa, quę nullus alius fecerat, fecisset, ad hæc mundus insanus eum non cognouit, cum diuinus ille amor infinitus esset, & nullo modo extingui posset, quia sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, misericors Pater tanto scelere offensus, iniuriæ tamen immemor cogitans cogitationes pacis, nõ iudicij, & afflictionis Spiritum sanctum misit in linguis igneis, vt nouo quodã lumine & manifestissimo signo de Cœlo verè venièti, quod Iudæi in portẽtis, & signis de terra Ægypti eductí, maximè desiderabant, saltim crederent & lumen reciperent; Homines quidem offensi in offensores irrati subtrahunt dona promissa, & sepè contingit amicis aliquid denegare, nè inimici tale bonũ participent. Deus ex dilectione, & meritis vnigeniti Spiritum sanctum in discipulos dilectos misit, vt ipsi quoq; non dilecti sed inimici, qui Vnigenitum non cognouerant, illuminarentur, & igne diuini amoris inflammarẽtur, sic Deo volente factũ est, quod vna die circiter tria millia con-

Nomine speciei clara Dei visio.

Simile.

Act 2.

uersi sunt, & in Christum crediderunt. Leuit. 16. assumpto thuribulo, quod implebat de prunis altaris, hauriés manu thimiama compositum intrabat sacerdos in sancta, vt positis super ignem aromatibus nebula eorum, & vapore operiretur oraculum. Thuribulum aureum igne plenum, & aromatibus repletum, Christi humana natura est omni virtute repleta, donis Spiritus sancti ornata, ardore charitatis inflammata, ex hoc amore, & charitate seipsum, non materiale incensum Deo Patri obtulit, intrans Sancta sanctorum, quæ ad dexteram Patris Spiritum sanctum in discipulos misit, congruit illud Apoc. 8. [Accepit Angelus thuribulum aureum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura.] Descensus ignis, diuinæ acceptationis semper extitit inditium. Cum sacrificium, dilectus Deo non falso fratri obtulit Abel, ignis de Cœlo descendit: similiter super sacrificium Eliæ alibique sæpè vt ex sacris literis constat. Multò magis debuit super Apostolos descēdere, quos in acceptum holocaustum Patri æterno dilectissimus offerebat filius. Vè nobis quos non accendit ignis diuini amoris. Cum Deus vnigenitum suum dederit, cum vnigenitus spiritum suum miserit, iustè potest dicere, Quid potui facere vineæ meæ & non feci? id est nihil pertinens ad amorem ommissi. Nos erimus in culpa, nostráque erit causa si tantam neglexerimus salutem. Diligamus ergo Deum, postea gloriam donet nobis Pater qui sic diligens mundum, vt illam consequeremus dedit filium qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto viuit in sæcula sæculorum. Amen.

TRACTATVS DE TRINITATE.

Quia secundùm Aug. I. de Trinitate. c. 3. nullibi periculosius erratur, nec fructuosius aliquid quæritur, & inuenitur, quàm in hoc mysterio, placuit breuem tractatum concionibus præponere, vt ipsæ conciones facilius à concionatoribus intelligantur, diuisi in tres distinctiones. In prima agitur de Deo, in secunda de Trinitate, in communi, & quædam capita velut loca communia pro omnibus mysteriis apponuntur, in tertia eà quæ sunt propria personarum habentur.

DISTINCTIO I. de Dei vnitate.

CAPVT I.

De nomine Dei intelligitur.

Plato. Arist. Mercur. Cicero. Philon. Suidas. Iustinus. Hieron.

PLato in Thimæo, quid Deus sit non noui, quid non sit noui, nam scio non esse colorem, neque quidpiam huius generis, sed his præstantiorem esse intelligo. Aristot. 12. metaphi. text. 39. inquit, esse magnum animal, animal sempiternum in quo vita optima est intelligere, id est, est viuens perfectissimum nam ibi animal non sumitur propriè, & vniuocè cum animalibus quæ videmus. Mercurius Trismegistus, id est, ter sanctus, quia de Trinitate ex notitia aliorum locutus est, vel ter maximus, nempe maximus philosophus, maximus sacerdos & rex maximus, inquit. Est sphera intellectualis, cuius cen-

Ex hoc capite concionator commouebit populũ nil infrà deum diligere quia ipse est super omnia.

trum est vbique, circunferentia nusquam, ideſt est quid perfectum; figura enim circularis maximè perfecta est ex omni parte æqualis, omnia quæ sub illa sunt continens, sic Deus est sicut sphæra omnis continens, quæ à nullo continentur, & ne putaremus esse corpus, dixit intellectualis cuius centrum vbique est, id est ipse est, & inuenitur in qualibet re creata iuxta quod dicunt theologi, Deum esse in omnibus rebus, per essentiam, præsentiam & potentiam, circunferentia nusquã, ideſt Deus infinitus non habens terminum, iuxta hoc dicamus quòd Deus est finis sine fine, principium sine principio, est omne, & supra omne, *termino sin termino, mar sin ribera*, Cicero 1. de natura deorum refert, quẽdam Siciliæ tyrannum dictum Hieronem, quæsisse à Symonide sapiente, quid esset Deus, sapiens trium dierum spatium postulauit, vt quæstioni satisfaceret, illo spatio transacto triginta dierum spatium postulauit, sub quo, cùm non respondisset petijt sibi prorogari vsque sexaginta dies, cum tyrannus iam conquereretur, existimãs illud à sapiente respondit sapiens. Non vt decipiam facio, sed quia Deus tam magna res est vt cum plus de ipso cogito, mihi minus menti quid de illo dicam suppetit, quibus verbis ostendit Deum esse ens perfectissimum excedens omnia entia. Philon, qui dicitur eruditissimus Iudæorum, libro de cõfusione linguarum inquit. Deus implet omnia, non contentus, sed continens, qui solus vbique, & nusquam est, nusquam quia nefas est Creatorem intra vllam suam creaturam includi, vbique autem quia nullam partem mundi destituit: virtus autem illa omnipotens quæ condidit, & gubernat omnia, verè Deus dicitur. Si autem quæ condidit & gubernat omnia penetrat, & cognoscit: Ex gentibus & Iudæis constat, Deum esse viuens perfectissimum, omnium rerum principium, iuxta quod inquit Suidas. Græci Deum esse arbitrantur, quod immortale, rationale, perfectum, spirituale, & beatum est, quod malum recipere non po-

test, quod mundum, & quæ in mundo sunt gubernat, quod creauit omnia, & est omniũ Pater. Iustinus martyr aduersus Triphonem parum post principium inquit, Deus est, quod in eodem similíque habitu semper est, cæteríque omnibus cur sint causa est. Basil. 1.hom. 1.in Exameron. Deus, est natura beata, immensa bonitas, diligibilis quidẽ ab his qui ratione sunt prædíti, pulchritudo, quæ ab omnibus desideratur, principiũ rerũ, fons vitæ, lux spiritualis, sapientia, quam nullus assequi potest. Deus inquit Hier. epist. 1. appellatio est naturæ, vel substãtiæ, quæ super omnia est, arcani, & ineffabilis sacramenti vocabulum est. Prædixerat Clemẽs Romanus epistola ad Iacobum fratrem Domini. Deus nomẽ est sempiternæ substantiæ. Deus inquit Aug. lib. de speculo, c. 7. est magnus sine quantitate, bonus sine qualitate, omnia continens sine habitu, vbique præsens sine situ, Dei nomine inquit Scotus in 1. dist. 2. q. 2. Ens necessarium, independens, increatum, immobile intelligitur, q. 1. quot. Est ens primum absolutum, independens, comprehendens omnem perfectionem, vt pelagus infinitum, & interminatum. Seraphicus Pater noster Frãciscus breuissimè dicebat, Deus meus, & omnia. Omnes istæ notificationes, significant Deum esse aliquid magnum, cui nihil est perfectè simile, ideo, omnes illi tribuunt supremam sedem, & deprecãtes ad Cœlum tollunt manus suas; inquit Arist. de mundo ad Alexãdrum: iuxta quod Aug. libro meditationum inquit, cũ Deum meum quæro, quæro quandam lucem super omnem lucem, quam non capit oculus: quandam vocem super omnem vocem, quam non capit auris: quendã odorẽ, super omnem odorem, quem non capit naris: quẽdam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus: quẽdam amplexum, super omnem amplexum, quem non capit tactus, ac si dixisset; Deus omnium entium continet perfectionem, est tamen super omne ens. Cyprianus de Deo loquens inquit. Videri non po-

Inst. *Basil.* *Clemens to. 1. conciliorum.*

test, visu clarior est: nec comprehendi, tactu purior est: nec æstimari, sensu maior est: ideo sic Deum æstimamus dum inæstimabilem dicimus; Mirum est quomodo omnes notificationes idem dicunt, & semper aliquid addunt, ex quo colligitur, Dei perfectionem esse summam, & infinitam, quia omnes notificationes non dicunt quicquid de Deo dici potest. Est manifestũ argumẽtum nullam notificationem esse diffinitionem, nam diffinitio est distincta cognitio diffiniti secundùm partes eius, quæ sunt genus, & differẽtia, quæ omnia longè distant à natura diuina, quæ quia simplex est, non habet partes, quia actus purus non habet potẽtialitatem, quia immensa non contrahitur sicut genus, quia infinita angustijs terminorum non clauditur, nec terminatur: ideo diffinitione non diffinitur, notificatur tamen, quia sunt voces & nomina quę explicant quod illi, non alij naturæ conuenit. Cum huiusmodi notificationibus cõgruit nominis ethimologia, nam Deus secundùm Dionysium, ca. 12. de diuinis nominibus, & Damas. libr. 2. Orthodoxæ fidei, c. 12. dicitur à Theaste, quod est videre vel cognoscere, aut ab Ethin quod est ardere: vbi eius claritas, puritas, & efficacia virtutis significatur: ignis enim maximè actiuus est, vel dicitur à thæin quod est currere, congruit illud, Sapiẽtia eius attingit à fine vsq; ad finẽ, suauiter disponẽs omnia. Hieroglifici vt refert Cyril. li. 9. aduersus Iulianum significabant Deum cum vno oculo circunspiciente omnia, habente sceptrũ erectum; per oculum designabant prouidentiam, per baculum regiam dignitatem, rectitudinémque iustitiæ, quę non potest flecti, sicut neque ipsa diuina natura deficere. Clemens Alexandrinus oratione adhortatoria ad gentes, ait Pytagoram diffinisse Deum dicens, Deus quidem vnus est, is autem non est, vt quidam existimant, extra mundi administrationem, sed est totus in ipsa, in toto circulo speculator totius generationis, vniuersorum contemperatio, qui semper est, & suas facul-

Dion.

Sap.

Cyril.

tates deducit ad opus omnium operum; in Cœlo illustrator, pater omnium, mens & animatio toti circulo: cum ergo Deus sit ens esse à se, à quo omne aliud habet esse, sequitur quòd non est mutabilis, sed sempiternus, quia quod mutatur, & non semper durat, ab alio est, similiter quod componitur ex pluribus partibus componentibus, & causa efficienti habet esse, ideo iustè, Exod. 3. dicitur. Ego sum qui sum, id est, à me ipso habeo esse inuariabile, cætera vt dicitur, Isa. 4. sunt quasi non sint.

CAPVT II.

Deum esse res est certa.

Arist. Cicero. Auicena. Euseb. Metina.

DEum esse omnes existimant, inquit Arist. 1. de cœlo text. com. 22. & 8. phisicorum 12. metaph. text. 29. sine Doctore esse notum affirmat, Cicero. 1. de natura deorum, ideo hanc veritatem anticipationem naturę appellat, id est, quod primò docet lumen naturale & 1. de legibus inquit. Nulla gens est tam inconsueta nec tam terrea quæ non etiam si ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat, & hoc inquit esse opinionem Epicuri. Qui Deum negat (inquit Auicenna) non minus indigent ratione, & sensu quàm qui negant niuem esse albam, hanc veritatem negauit Dyagoras, Ortheus, Theodorus, Cyrenaicus, Fuemerus, siue Euagoras, Egiatas, Diogenes, Climachus, & Euripides. Videndus est Euseb. li. 14. præparationis Euangelicę c. 6. noster Metina de recta in Deum fide, c. 2. dubitauit Protagoras. Hęc insania ita fuit Athenien. execrabilis, quòd publico decreto eius libri combusti fuerunt, *rastro de la inquisicion*, cum isti negauerint esse Deum & Prophetæ negauerint esse Deum, & Prophetæ cognouerint mysteria quæ prophetabant, sequitur verba illa Psalm. 13. & 52. [Dixit insipiens in corde suo,] non posse intelligi de insipienti, qui solo corde negauit esse Deum, quasi nulli

Hoc caput cum sequenti maxime deseruit pro exordio dicendo quod Deum esse, & vnũ esse naturaliter sciri potest, procedendo ad mysterium dicatur, sed trinum esse sine fide nullo modo cognosci potest habetur d. 2. ca. 10. 11. & 12. Psalm.

fuerint, qui ore hoc negauerint ideo Hieronymus explicat illa verba de populo Iudaico qui dixit, Christum non esse Deum, expositio est Arnobij qui præcessit Hieronymum, illam sequitur Cassiodorus, Hugo Cardinalis, & Burgensis. Fauere videtur Apostolus, qui ad hoc propositum adducit aliquot versus huius psalmi Rom. 3. Consonat versus sequens. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Si de vno solo loqueretur, non statim adderet corrupti sunt, tunc sensus erit. Domine ego redemptorem meum expecto, & salutare quod missurus es, sic enim habetur versiculo vltimo præcedentis psalmi. Exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi. Id est exultabo & gaudebo in Messia venturo, qui dicitur salutare, vt patet in cantico Symeonis, quia viderunt oculi mei salutare tuum, astipulatur translatio Chaldaica quæ habet. Exultauit cor meum in redemptione tua. Cum hoc dixisset propheta consequenter sine aliquo medio Psal. 13. incipit dicens. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. O Domine, ego à te illuminatus, desidero videre salutare tuum, solùm in spiritu video, & gaudeo, insipiens populus Iudæorum dixit non est Deus, ideo in Euangelio. Hic est hæres venite occidamus eum, blasphemauit faciens se filium Dei. Nicolaus explicat de Nabuchodonosore qui adorans plures Deos dicebat in Israël non esse Deum, qui posset terram liberare de exercitu suo. Titelmanus inquit quòd ibi negatur esse Deũ, qui habeat prouidentiam horum inferiorum, qui puniat mala & præmiet bona. Consonat illud Iob 22. circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, dixi hoc quia communiter à concionatoribus explicatur iste psalmus iuxta significationẽ verborum, nihil aliud intelligendo cum vix sit aliquis expositor, qui explicet verba psalmi de insipienti, qui solùm in corde negauerit esse Deum, sicut concionatores explicant.

Hieron. *Ambros.* *Cassiod.* *Hugo.* *Burg.*

Pro fer. 6. Dom. 2. quadrages. *Nicol. Titelman.*

Iob. 22.

Hæc verba habentur Sapien. 13. à magnitudine enim

Sap.

Rom. S. Thom. 1. ratio. speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri Rom. 1. inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; hanc veritatem docent omnes sancti quos non refero, quia est res certa: adduxi philosophos gentiles, quia hinc apparet quàm manifesta est hæc veritas. Videndus est, S. Tho. 1. p. qu. 2. art. 3. breuiter probatur sic, omne quod mouetur ab alio mouetur, quia quod mouetur est in potentia necessariò supponens aliquod ens in actu, à quo moueatur, quæro, illud quod mouetur ab alio? Si ab alio quæro de illo, & cum non sit processus in infinitum, deueniendum est ad aliquod ens primum, quod à nullo mouetur, sed quod à seipso habeat esse, & cum nomine Dei hoc intelligatur, sequitur Deum esse, esse

2. Rom. rem certam. Secundò arguitur ex parte causæ efficiétis,

3. Rom. Omne quod factum est, ab alio factum est, illud aliud ab alio, & sic deueniendum est ad primam causam habens esse à se. Tertiò sic. Omne quod est, aut est accidens, aut substantia: substantia prior, & nobilior est accidente, quia accidens in substantia fundatur. Rursum inter ea quæ sunt substantia, & per se existunt, vnum est nobilius alio, sic homo excedit omnia animantia, & vnus homo excedit alium in perfectionibus suæ speciei, ergo deueniendum est ad aliquam singularem naturam, excedentem omnem naturam, & habentē omne bonum, ergo res certa est esse Deum, quia nomine Dei, vt patet ex notificationibus præmissis, intelligimus ens subsistens, summè & infinitè bonum, magnum, sapiens, cum summa perfectione, sine aliqua imperfectione, omnium rerum existens principium.

CAPVT III.

Deus est vnus.

ANtiqui nescientes quid nomine Dei intelligeretur, existimarunt esse plures Deos, non enim putabāt in vno

in vno contineri omnem virtutem, ideo constituebant Deum qui eos defenderet tempore belli, alium qui regeret tempore pacis. Videntes bona, & mala constituerunt Deum qui esset autor boni, & Deum qui esset autor mali, hanc insaniam sequuti sunt quidam gnostici. Appellex vt refert Eusebius libr. 5. historiæ Ecclesiasticæ capit. 5. posuit esse vnum Deum bonum, qui solus erat principium omnium rerum, iste fecit aliũ Deum malum, qui Mundum in sua malignitate fecit: Manichæus sequendo hunc errorem, dixit testamentum nouum esse à bono Deo, testamentum vetus à malo Deo. Romani cum totius ferè orbis imperium haberent, Deos omnium gentium colebant, ideo noluerunt colere Deum verum Iudæorum, quia excludebat cultum aliorum Deorum. Videndus est pater Castro verbo Deus, hæresi 1. modus deueniendi in hunc errorem colligitur ex Arist. 12. metaphificæ text. commen. 50. vbi inquit: Quòd nomine Dei, non intelligebant substantiam primam, continentem virtutem omnium, à qua & propter quam sunt omnia, sed quamlibet substantiam separatam motricem cœli continentem aliquam virtutem, & excellentiam, Deum esse existimauerunt, & 7. Ethicorum, c. 1. inquit. Lacedemonij virum quem valde admirantur diuum appellant. Sap. 13. dicitur; Adorationem plurium deorum ortum habuisse ex hoc quòd Solem, & Lunam pulchritudine pollere viderunt. Vnde colligitur quòd nomine Dei, aliquid pulchrum intelligebant, cap. 14. insinuatur alia causa, nempe quòd pater acerbo luctu dolens filium mortuum imaginem faciebat, vt illius recordationem haberet venerabiliter tractando, quam vt Deum postea adorauerunt. Periti qui nomine Dei substantiam omnibus præeminentem, & continentem omnem perfectionem intelligebant, vnum Deum semper coluerunt. Pro hac veritate mortem subijt Socrates apud Athenienses, author est Augu. 8. de ciuitate Dei, cap. 9. Pitha-

Castro.

Arist.

Idololatriæ vnde orta.

Augusti. goras fuit relegatus in exilium: ita refert Euseb. lib. 5.
Euseb. præparationis Euangelicæ, cap. 10. Hieronym. ad Pau-
Hieron. linum, Damascenus lib. 1. orthodoxæ fidei c. 5. Eugubi-
Scot. nus de perenni Philosophia. Hæc veritas probari po-
S. Thom. test ratione naturali (oppositum dixit Moyses quem re-
fert Scotus in 1. dist. 2. q. 3. qui dixit hanc veritatem ha-
beri ex reuelatione) probat S. Thom. 1. p. q. 11. art. Sco-
tus vbi supra. Primò sic in his inferioribus videmus cõ-
tinuos motus, aliis, aliis succedentibus, hæc continua-
tio quæ est per accidens debet reduci ad aliquod vnum
per se, sicut omnia callida reducuntur ad vnũ primum
callidum: ergo deueniendum est ad aliquod vnum pri-
mum ens immobile per se subsistens, continẽs omnem
perfectionem, nam si essent duo Dij, aliquid conueni-
ret vni quod non alij: & sic si illud quod iste habet, &
non ille, est perfectionis, sequitur quòd alius non est
Deus, nam nomine Dei intelligimus ens summè perfe-
ctum, si nõ esset perfectionis, sequitur quod nec iste est
Deus, quia habet aliquam imperfectionem, & Deus est
summè perfectus sine aliqua imperfectione, ergo in
vno solùm inueniri potest summa perfectio.

Secundò Deus non est compositus, quia omnis com-
positio constat ex actu, & potẽtia: ideo necessario sup-
ponitur aliqua causa efficiens coniungẽs partes compo-
nentes totũ, nam omne quod reducitur de potentia ad
actum, reducitur ab aliqua causa efficiente existente in
actu, vt cũ ex ligno, quod est in potentia ignis, genera-
tur ignis: ergo si Deus esset compositus, præsupponeret
aliam causam efficientem priorem, quod est impossibi-
le quia nomine Dei intelligimus ens primum à nullo fa-
ctũ, etsi non composito, euidentissimè sequitur, quod
non possunt esse duo Dij, nam si essent duo Dij sicut
sub humana natura sunt duo, vel plures homines, in ali-
quo conuenirent, & in aliquo differrent, ergo essent cõ-
positi ex vna entitate communi in qua conuenirẽt, &
aliqua alia entitate particulari in qua differrent, & sic

supponeretur aliqua causa prior, quæ componeret illas partes quod est falsum vt probatum est. Nec sequitur hoc incõueniens in diuinis personis, nam cum verbi gratia humanitas indiuiduatur in isto homine, & in illo, & sic sunt duo homines, illud per quod distinguuntur illi duo homines, non est de essentia humanæ naturæ, ideo humana natura ab illa entitate recipit aliquam actualitatem, & vnitatem, propter quod humanitas est sicut potentiale, illa singularitas est sicut actus contrahens naturam: in diuinis, natura diuina est de se hæc, & singularis, non accipiens aliquam vnitatem à proprietatibus personalibus: insuper ob eius infinitatem est idem cum qualibet persona, ideo diuina personalitas sic constituit diuinam personam, quam ab alia persona distinguit, quòd nullo modo contrahit diuinam essentiam, nec facit aliquam compositionem, nec essentia est, vt potentiale, proprietas, vt quid formale: ideo si hæreticus arguat. Diuinæ personæ conueniunt, & differunt, ergo est compositio, ergo est alia causa coniungens partes componentes, vt dictum est, ergo in diuina essentia tantùm potest esse vna persona: totus discursus ruit, quia diuina essentia est idem cum proprietatibus ob eius infinitatem, ideo non contrahitur, non est compositio, doctrina est Scoti in 1. distinct. 5. quæst. 2. ad finem dubij 1. ex quatuor quæ illic mouet. *Nota.*

Tertiò si sunt duo Dij, aut sunt concordes, ita quòd vnus velit idem quod alius, aut discordes: si discordes quæro quis eorum prævaleret, & *quis esset inferior*: inferior non potest esse Deus, vt ostensum est ergo tantùm esset vnus Deus, si essent concordes, quæro an voluntas vnius sine alio esset sufficiens ad producendum omnem effectum, aut non: si esset sufficiens, ergo virtus alterius esset redundans, & ad minus impertinens, quia sine ipsa posset produci effectus sicut cum ipsa, ergo ex hac parte tantum esset vnicus Deus, si virtus vnius non

essent sufficiens, sed esset requisita virtus alterius, sequitur quòd nullus eorum esset Deus, & sic ex suppositione quòd essent duo Dij, sequeretur quòd nullus esset Deus, quod est absurdissimum. Notanda sunt verba

Lact. Lactantij libr. 1. cap. 3. dicentis; Nemo est qui Deum sapiat, qui non vnum esse intelligat: quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum, nisi fortè arbitremur, si plures sint, minus habere singulos neruorum? Ex quibus verbis potest rudi populo dicere concionator; Ad quid ponuntur plures? certè eo ipso quòd plures ponuntur significatur nullum habere perfectam virtutem, ideo, vt videmus, plures homines congregantur ad vnum opus, quia nullus eorum est per se sufficiés, nam si esset vnus sufficiens alij redundarent, si ergo rectè percipiatur quid intelligatur nomine Dei, *vnus* tantùm est ponendus.

Nota. Quartò si sunt duo Dij, aut concurrunt tanquam duæ causæ ad eundem effectum sine subordinatione, aut vnus eorum subordinatur alij, sicut nunc causa inferior subordinatur superiori, vt homo subordinatur Deo: (subordinari autem est, quòd vna non potest operari sine alia à qua dependet) si vnus subordinatur alij sequitur quòd ille, qui subordinatur est minor alio, & accipit ab alio, & sic non est Deus, quia nomine Dei intelligimus ens per se subsistens omnibus *dans* esse, accipiens à nullo: si non subordinatur, sed quilibet eorum concurrit ad effectum per se, tunc qui primò causauerit effectum erit Deus, quia ille est omnipotens, non alius, qui non potuit primò attingere, & producere effectū. Si dicas quòd simul producunt, dico quòd tunc nullus eorum esset *Deus*, quia plures causæ non subordinatæ non possunt concurrere ad eundem effectum, nisi quia nulla earum est per se sufficiens, vt cum duo homines portant eundem lapidem.

Quintò ex parte finis: Sicut Deus est vna prima causa, sic debet esse omnium rerum finis, si sint duo Dij, aut

vnus eorum refertur ad alium, aut non: si vnus eorum refertur ad alium, sequitur quòd vnus, qui refertur non erit Deus: si vnus non refertur ad alium, neuter erit Deus, quia de ratione Dei est quod omnia sint ab ipso, & referantur in ipsum: eleganter probat hanc veritatem Lactant. 2. lib. diuinarum institut. cap. 1. ex eo quòd *Lact.* omnes communiter concipiunt, dicens. Cum homines iurant, cum optant, cum gratias agunt, non Iouem, aut Deos multos, sed Deum nominant, si quis ad extremam mendicandi necessitatem ductus victum precibus exposcit, Deum solùm obtestatur, & per eius diuinum atque vnicum nomen hominum misericordiã sibi quærit: postquam metus deserunt, pericula recesserunt, alacres ad deorum templa concurrunt. Valde notãda sunt hæc verba: conueniunt enim cum illo Hierem. 2. ver- *Hierem.* terunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicunt surge, & libera nos. Hãc vnitatem ostendit creaturarum chorus, nã in apibus vnus est rex, in gregibus vnus dux, in armentis vnus est rector, Si cõsiderasti animalia, intuere cœlum, vbi innumeræ cũ sint micantes stellæ, quibus nocte præest luna solis vicaria; sole irradiante, omnes suum retrahunt lumen, obscuratæ excellentissimo solis splendore. Inter res corporales, quædam habent esse substantiale sine vita, quædam, vt plantæ viuunt, non sentiunt, quædam viuunt, & sentiunt: rationis tamen expertia non vtuntur discursu, vt animalia bruta, quædam sentiunt, & vtuntur ratione, vt homines, in ipso homine plures sunt sensus quibus omnibus, vnus communis est. Lactant. li. diuin. institutio- *Lact.* num inquit. Quemadmodum in vno homine diuersa continentur elemẽta, sic in Deo diuersæ creaturæ, ideo antiqui, Deum musicum appellauerunt, quia res tam varias in concordiam conciliauit: è cõtra nos, musicam diuinam dicimus, quia videmus diuersa in vnum conciliari, confusionem infernum dicimus, quia non splẽdet ibi ordo conditoris. Hier. ad Rusticum, omnia ele-

Hieron. ganter recenſet dicens; Muta animalia, & ferarum greges, ductores ſequuntur ſuos: in apibus principes ſunt, grues vnam ſequuntur ordine literato, Imperator vnus, iudex prouinciæ vnus, Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere non potuit reges, & parricidio dicatur. In Rebeccæ vtero Eſau, & Iacob bella geſſerũt, ſinguli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipræsbyteri, Archidiaconi, & omnis ordo eccleſiaſticus rectoribus nititur. Quibus verbis probat vnitatem in animantibus, & vita politica, & communi: nam inſtar naturæ ſe habet vita politica, quę eſt communis hominum habitatio: plures enim homines vnam domum conſtituunt, nam non poſſet vnus omnia quæ ſibi ſunt neceſſaria adminiſtrare, plures domus vnum populum, quia quæ neceſſaria ſunt vni familiæ non poteſt ipſa ſola præſtare: plures populi conſtituunt vnam ciuitatẽ, vt habeant neceſſaria: plures ciuitates conſtituunt vnum regnum, nam ciuitas vna non poteſt congruè ſe defendere ab inimicis. Communiter vna prouincia, à fortiori vna ciuitas indiget his quæ inueniuntur in alia: ideo communiter ſub vno regno plures ſunt prouinciæ, ſemper plures ciuitates, omnia ergo amãt, & deſiderant vnitatem. In ipſis virtutibus vna charitas eſt forma omnium, quæ benigna eſt, patiens eſt, &c. quod habet verum in charitate acquiſita ſuo modo, nam cum aliquem diligis non offendis illum, ſi agis perperam contra illum, eſt quia non diligis illum. Bene Ariſt. 8. Ethicorum charitas ſi eſſet iuſtitia non eſſet neceſſaria. Hæc veritas habetur; Deut. 6. Exod. 20. vbi dicitur: Audi Iſraël, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt, Ioſue 2. Dominus Deus noſter ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. Iſai. 44. [Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus, cap. 26. Ego ſum Deus, & non eſt vltra Deus] nec eſt ſimilis mei annuntians ab exordio nouiſſimum, & ab initio, quæ nec dum facta ſunt, Rom. 3. Vnus eſt Deus, 1. Corinth. 8. Et ſunt qui dicuntur Dij,

Ariſt. 1. Ethi 1.
Exod.
Deut.
Iſai.

si quidem sunt Dij multi, & domini multi, nobis tamen vnus Deus, Ephes. 4. Vnus Deus, & pater omnium 1. ad Timot. 1. Vnus enim Deus, & mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Diffinita est veritas in ca. firmiter, de summa Trinitate, & in symbolo Niceno. Diuus Petrus apud Clementem Romanum, lib. 4. inquit. Posuisse Deum duos Cherubim in propiciatorio, nè si vnus esset, existimaretur Deus, ac si dixisset Ponendo duos nemo poterat existimare esse Deos, quia certum est esse vnum Deum, & contra naturam est ponere plures Deos.

Rom. *1. ad Cor.* *Ephes.* *1. Timot.* *Clem.* *Duo Cherubim quare in templo.*

DISTINCTIO II.

de Trinitate personarum.

CAPVT I.

In diuinis est pluralitas personarum.

HAnc veritatem negauit Sabellius dicens, in diuinis esse tantùm vnam personam, quæ dicebatur Pater, quatenus nos creauit, filius quia in assumpta natura natus est de Virgine, Spiritus Sanctus quia nos sanctificat, probat ex illo Exod. 20. & Deuter. 6. vbi dicitur. Audi Israel, Deus tuus vnus est; Ex illo Ioann. 14. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, Et iterum, Pater in me manens ipse facit opera. Ex hoc errore, in quem deuenerunt, quia nesciebant distinguere inter substantiam, & subsistentiam; naturam, & personam, sequitur, patrem fuisse passum: ideo dicti sunt patri passiani, videndus est Castro aduersus hæreses verbo Deus Hæres. 5. Veritas probatur ex illo Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, in Hebræo habetur [Heloim.] cuius singulare est [Hel, vel Helon,] quod est idem

Deut. 6. *Castro.* *Gen. 1.*

quod Deus. In plurali ergo dicitur: [In principio Heloim] Id est Dij, ad denotandum pluralitatem personarum. Ad denotandum vnitatem essentiæ dicitur in singulari creauit. Eadem veritas colligitur ex illis verbis. Vidit Deus quòd esset bonum, & ait faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Genes. 3. Genes. 11. Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, Genes. 11. Ascendamus, & confundamus labium eorum, sequitur in singulari. Et descendit Dominus ad videndum ciuitatem, & turrim, ita August. 3. de Genesi ad literam, Gen. 19. cap. 19. Genes. 19. igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem à Domino de cœlo; DENOTANDO pluralitatem personarum dictum est. Pluit DOMINUS à DOMINO; Si esset tantùm vna persona non diceret, Pluit DOMINUS à DOMINO; Quem locum Conc. Syr. maximè explicat Concilium Syrmiense dicens. Pluit DOMINUS filius, à domino Patre: locus Genes. congruit cum illo Ioann. 1. Omnia per ipsum facta sunt, explicatio Concilij cum illo Ioann. Non potest filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, habetur veritas Psalm. 2. DOMINUS dixit ad me hodie genui te, sed nihil generat se, ergo in diuinis est pluralitas personarum, Ioann. 8. Pharisæis obijcientibus, testimonium Christi nullum esse, quia de se testimonium perhibebat: & testimonium, vt sit validum, non debet esse vnius: respondit Christus. [Si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado] & post pauca, [Si ego iudico, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater] & in lege vestra (DEUTERONOM. 17.) scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Hanc veritatem suadet Scoto. optimis rationibus, Scotus in 1. d. 2. qu. 4. Persona dicit quandam subsistentiam singularem incõmunicabilem, natura dicit substantiam cõmunẽ, tũc sic. Quælibet natura creata est communicabilis pluribus suppositis, er-

go conueniēter natura diuina ponitur communis pluribus personis: sed diuina natura nō est diuisibilis, quia non possunt esse plures dij, ergo in diuinis vtrumq; stat simul, & quòd sit natura cōmunis non diuisa, nec multiplicata, & quod sint plures personæ.

Secundò de ratione perfectionis simpliciter, iuxta Anselmum monolog. c. 15. est quæ in vnoquoq; est melior ipsa quàm non ipsa, ideſt, illa entitas est perfectio simpliciter: quæ in vnoquoq; ente reperiatur, cōstituit illud in excellentiori gradu entis, quàm esset sine illa, hoc modo sapientia, iustitia sunt perfectiones simpliciter, quia in quocunq; melior est sapientia: habere vero pedes ad ambulandum, non est perfectio simpliciter, quia non est perfectio in omni ente: Angelus enim licet careat pedibus non est imperfectus: ergo habere pedes non est perfectio simpliciter, & hac ratione colligit Scotus, & diuinas relationes non esse perfectiones simpliciter: quia licet filius non habeat paternitatem, non est imperfectus, secus si deesset illi sapientia: debet ergo perfectio simpliciter esse entitas communicabilis omni enti, sub quo intelligitur Deus, ideo perfectioni simpliciter non debet repugnare infinitas in aliquo ente, nempè in Deo: ergo diuina essentia debet esse communis pluribus personis, tenet consequentia: de ratione perfectionis simpliciter est, quòd sit communicabilis, sed si diuina essentia determinaret se ad vnam personam tantùm, non esset perfectio simpliciter, hoc est absurdum, ergo sequitur quòd est cōmunis, & perfectio simpliciter.

2. Ratio ex Anselmo.

Nota.

Tertiò de ratione naturæ est quòd sit communicabilis, de ratione personæ est, quòd sit incommunicabilis, ergo non est necesse quòd id quod est in vna persona sit in alia, ergo vna poterit manere distincta ab alia: cum autem essentia diuina sit perfectio simpliciter, & communicabilis pluribus, poterunt in eadem essentia esse plures personæ distinctæ; Pulchra ratio di-

Scot. commendatur.

gna Scoti ingenio. Vnitas essentiæ cum his tribus personis habetur Ioan. 10. [Ego, & Pater vnum sumus,] vbi non solùm exprimitur vnitas cõsensus, & voluntatis, vt malè vult Eunomius, sed vnitas naturæ: nam ibi Christus Dominus facit hunc discursum; Nemo rapit oues de manu patris mei, ergo nec rapiet de manu mea, probando consequentiam subiungit, [Ego, & Pater vnum sumus,] quæ consequentia nulla esset nisi loqueretur de vnitate virtutis, & potentiæ, quæ non habetur nisi cum vnitate naturæ: non enim est consequens, quòd si duo sunt concordes animo, & consensu habeãt eandem potentiam, nam tunc sequeretur, quòd vir, & mulier: iuuenis, & puer: fortis, & debilis essent eiusdem potentiæ, si sunt cõcordes, quod est falsum; Matth. 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: ergo vna est virtus omnium trium, cõsequẽter vna natura. Ad argumenta Sabelli patet ex dictis: quamuis enim sint plures personæ, singulariter dicitur, [Ego sum dominus Deus tuus,] quia illæ tres personæ sunt vnus Deus, hac ratione optimè dixit Christus, [Philippe qui videt me, videt & Patrem meum.] Philippe, Ego & Pater vnum sumus, qui in vita beata videt me, videt & Patrem, ideo malè quasi aliquid maius postulabat visionem Patris, nam si loquebatur de clara visione posset dicere. Ostende nobis diuinitatẽ tuam, & sic videamus Patrem: Si non desiderabat claram visionem Patris, etiam Pater sub humanitate non plus faceret quàm Filius, ergo in quocunque sensu malè inquietus erat præsentia Filij, appetens præsentiam Patris.

CAPVT II.

In diuinis est processio.

PRoceſſio, eſt origo qua quis ab alio, à quo realiter diſtinguitur, dimanat: quòd hoc reperiatur in diuinis patet Pſal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te, dicendo hodie denotat illam generationem eſſe ſemper præſentem, ideo ſi dixeris modò eſt non antea, mendacium eſt, quia hodie genuit pater: ſi dixeris nunc eſt cras non erit falſum eſt, quia hodie genuit, ſemper præſens eſt illa generatio ab æterno, numquamq; veteraſcit. Hunc pſalmum adducit Petrus Actuum 4. eadem veritas habetur Pſ. 109. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te, ideſt tu mihi es conſubſtantialis ſicut filius genitus ex vtero eſt conſubſtantialis in humanis, cæteri adoptiui ſunt. Hunc pſalmum adducit ſaluator Matth. 22. quo loco conuincit Iudæos negantes eius diuinitatem: eundem locum adducit Petrus Actuum 2. Ioan. 8. filius de ipſo. Ego ex Deo proceſſ. De Spiritu ſancto. Ioan. cap. 15. Spiritus veritatis qui à patre procedit.

CAP. III.

In diuinis ſolùm ſunt duæ productiones.

SCotus in 1. diſtin. quæſt. 7. hanc veritatem ſuadet ſic. Tantùm ſunt duo principia productiua formaliter diſtincta, nẽpe intellectus & voluntas, ergo tantùm ſunt duæ productiones: antecedens probatur, omnis pluralitas reducenda eſt ad maiorem vnitatem poſſibilem, ſed modus producendi per intellectum & voluntatem non poteſt eſſe vnus, quia principia pro-

ductiua, quæ sunt natura & voluntas, habẽt distinctum modũ producendi: ergo intellectus & voluntas in diuinis non operantur eodem modo, consequenter non sunt vnum, sed duplex principium. Rursum quodlibet principium productiuum natum est habere productũ sibi adæquatum, ergo sicut tantùm sunt duo principia, sic tantùm sunt duæ productiones, nam productio adæquata, est quando productum est ita perfectum, quòd illa potẽtia producit productum summè perfectum, & nihil aliud est iam producibile per illam. Quòd productio in diuinis sit huiusmodi, probatur Psalm. 2. Filius meus es tu, id est tu solus: nullus alius est mihi filius naturalis, cæteri adoptiui sunt, tu solus, nullus alius adæquat virtutem & fœcunditatem meam. Iob. 3. semel loquitur Deus, & secundò id ipsum nõ repetit, ac si dixisset. Verbum Dei est sibi adæquatum, ideo vnicum verbum produxit per intellectum. Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, idest, verbum perfectum producit intellectus meus, ideo non producit aliud. Ioan. cap. 1. gloriam quasi vnigeniti à patre. Ioan. cap. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ambrosius de fide ad Gratianum, legimus genitum (Psalm. 109. ex vtero ante luciferum genui te) vnigenitũ quia nemo post ipsum, primogenitum, quia nemo ante ipsum, sic Paulus ad Colos. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Ex hoc sequitur quòd tantùm sunt tres personæ, nam tantùm sunt duæ productiones, vna persona improducta, ergo tantùm sunt tres personæ, consequentia legitima est, antecedens quò ad vltimam partem suadetur, essentia est primum & necessarium ens, habens esse à se non ab alio, ergo debet habere aliquam subsistentiam singularem à se non productam ab alio, ergo conuenientissimum est ponere aliquam personam improductam: Nõ est necessarium ponere plures improductas, ergo sunt tres nec plures nec pauciores.

Productio adæquata.

Amb. lib. 1. cap. 6.

Notand. est hoc cor.

CAP. IIII.

Trinitas personarum multis locis scripturæ continetur.

IN primo cap. diximus in diuinis non esse vnicam, sed plures personas, nunc adducēda sunt loca in quibus cōtinetur Trinitas personarum, primus est Gen. 1. vbi dicitur: In principio creauit Deus cœlū & terram, vbi in Hebræo ponitur verbum, Bara, quod constat ex tribus literis Beth, Reph, Aleph, quarum prima significat filium, Aleph, est prima litera nominis patris, qui Hebraicè dicitur Ab, Chaldaicè, Abba. Reph, est prima litera nominis Spiritus sancti, qui Hebraicè dicitur, Rauah, per ly in principio, intelligitur Verbum Diuinum, congruit illud Ioan. 8. Principium qui & loquor vobis, Ita explicat Tertullianus, vt refert Hieronymus super Genesim, Origenes, Hilarius, & Ambrosius explicantes hunc locum. Per ly, Deus intelligitur Pater, de Spiritu sancto dicitur, spiritus Domini ferebatur super aquas, Vbi Basilius contra Eunomium, Spiritus hominis est vt illud, Aufers spiritum eorum, & deficient, diuinus spiritus est vt illud, Non permanebit spiritus meus in hominibus, Ventus etiam dicitur spiritus, quale illud, Flabit spiritus eius. Sed quia hîc additur, spiritus Domini, constātissimè asserendum videtur de Spiritu sancto loqui Moysen. Idē habet Ambrosius dicens: Et si alij pro aëre, alij pro spiritu quem spiramus accipiant: nos Spiritum sanctum accipimus, vt in constitutione mundi, operatio Ttinitatis eluceat, Hieronymus inquit, Vbi in nostris codicibus scriptum est, Ferebatur, in Hebræo habetur, Meraphet, quod nos appellare possumus incubabat, seu confouebat, in similitudinem volucris oua calore animantis. Ex quo intelligimus non de spiritu mundi, vt nonnulli arbitrantur,

sed de Spiritu sancto, qui & ipse viuificator omnium est, si viuificator consequenter & conditor, iuxta quod dicere possumus *Toto lo andana nada sin el se hazia.* Thargus Hierosolymitanus vertit, Spiritus misericordiarum ferebatur super aquas, figuratum fuit hoc mysterium in tribus viris qui apparuerunt Abrahæ. Iacob tres lapides capiti suppossuit, quos vidit postea in vnum connecti, ità Genes. 28. refert Lyranus ex persona Hebræorum, Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Dominus est pater, verbum est filius, spiritus oris, est spiritus sanctus, qui non solùm à patre, sed à filio procedit. Super quæ verba Gregor. homil. 30. de die sancto Pentheco-stes inquit. Verbum enim Domini filius est patris, sed vt tota simul sancta Trinitas ostendatur operata, repente de sancti spiritus diuinitate adiungitur. Et spiritu oris eius omnis virtus eorum; Ex quibus verbis manifestè colligitur, non solùm significatam fuisse Trinitatem, sed rationem communem producendi creaturas, sicut Ioan. 1. In principio erat verbum, & Deus erat verbum, subiungit statim, Omnia per ipsum facta sunt. Psalm. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus; est Deus vnctus qui est Christus, postea Deus Deus tuus, ideſt pater, & Spiritus sanctus qui etiam vnxit Christum, de se ipso Lucæ 4. dicentem, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me, Quæ verba desumpta sunt ex Isaiæ 6. Psalm. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui; & spiritu principali confirma me, ideſt, ô pater redde lætitiam filij tui, qui est salus & salutare tuum, & confirma gratia Spiritus sancti, nè reincidam in peccata, Isaiæ 6. Seraphin clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, cap. 45. Adorabunt te, in te deprecabuntur, tantùm in te est Deus, & non est Deus præter te: Tu enim es Deus & nesciebamus. Deus Israël cap. 48. Dominus Deus misit me spiritus eius.

Fugere huius mysterij.

Iudæos cognouisse mysterium Trinitatis ostendit Galatinus lib. 2. cap. 1. & 2. contra Iudæos, in nomine enim Tetragrammaton, intellexerunt esse insinuatam Trinitatem, quod cum ineffabile existimarent pronunciabant per nomen duodecim literarum, Abben verò vahh hacados, Quod idem est quòd pater, filius, & spiritus sanctus, hoc mysterium cognouit Rabbi Simeon, & Rabbi Yba. *Galatin. lib. de Arcanis.*

In lege noua Matth. 3. filius in baptismo, pater in voce dicens: Hic est filius meus dilectus, Spiritus sanctus in specie columbæ, Lucæ 1. Angelus ad Mariam. Spiritus sanctus superueniet in te, de filio, Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: si filius: ergo supponitur esse patrem, & sic exprimitur Trinitas Ioan. 14. Ego rogabo patrem & alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscum spiritum veritatis. *Probatur Trinitas ex Euāgel.*

Ioan. 15. Nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum, cum autem venerit paraclytus quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis qui à patre procedit, ille vos docebit omnia, Ioan. 16. Cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, post pauca, Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, hîc manifestè dicitur. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sunt alia plura loca in quibus de patre & filio fit mentio, hîc solùm adducimus loca in quibus exprimuntur omnes tres personæ.

Ad Roman. 11. ex ipso, & per ipsum, & cum ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula, ex ipso, est pater, per ipsum est filius, in ipso, est spiritus sanctus, ipsi gloria, exprimitur vnitas. Rom. cap. 15. vt sim minister Iesu Christi in gentibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio initium accepta sanctificata in Spiritu sancto. 1. Corinth. cap. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cū omnibus vobis. 2. Corinth. 1. Qui autem confirmat nos

vobiscum in Christo, & qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris; de Christo & Spiritu sancto clarè loquitur, de patre non obscurè inquit. Qui vnxit nos Deus 2. Corint. vlt. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis, hæc intelligitur sicut precedens ad Galat. 4. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater, Ephes. 2. Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in spiritum sanctum, ad Titum 3. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrũ, de Filio & Spiritu sancto constat. Patet, ibi. Saluatoris nostri Dei, nam humanitas ibi non sumitur pro natura humana, sed pro benignitate & mansuetudine 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.

CAP. V.

Nulla creatura repræsentat perfectè hoc mysterium.

DEus inquit S. Thom. 1. par. quæst. 12. art. 12. ad 1. non cognoscitur nisi in Phantasmate sui effectus, ideo vt inquit Scotus in 1. dist. 16. ad vltimum, semper prophetæ habebant aliquid sensibile præsens: videndo enim imaginem sedentis in throno cognouit Isaias maiestatem Dei quem nemo vidit vnquam; modò dicimus,

cimus, quòd ex creaturis nõ potest sumi aliqua perfecta similitudo aut imago. Ita Dionys. 2. de cœlesti Hierarchia cap. 20. vbi inquit, ex rebus possumus ascendere ad cognitionem immaterialium, non tamẽ perfectam: similitudines enim ad intelligẽdum immaterialia sunt multum dissimiles, idem habet Hylarius quem refert Magist. 11. dist. 19. qui explicans verba Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est, inquit. Affert plerisque obscuritatem sermo Domini, nec immeritò: natura enim humana intelligentiæ dicti huius non capit rationem, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit. Ratio huius est, magnitudo huius mysterij & paruitas creaturæ. Natura diuina, quia infinita, fundat tres personas, natura creata habet vnitatem sine Trinitate, si numeramus Trinitatem deest vnitas, ideo nunquam creatura repræsentat hoc mysterium, est exemplum, pictura declarat artem & ingenium artificis; mores autem, patrem, genus & numerum digitorum manus, non indicat: est ergo creatura, peregrina Dei similitudo insufficiens ad tantum mysterium repræsentandum.

CAP. VI.

Hoc mysterium cognosci non potest virtute naturali.

OPpositum huius veritatis docuerunt antiqui Philosophi, quorum meminit Durand. in 1. distin. 2. quæst. 4. qui dixerunt, hoc mysterium ratione naturali posse inuestigari: consentiunt quidam quos refert Magister in 1. distin. 9. qui de ingenio suo præsumentes dicunt diuinam generationem posse intelligi ratione naturali. Innituntur Hieronymo qui super Ecclesiastem explicans illa verba Isaiæ 53. Generationem eius quis enarrabit, inquit. In sacris literis, quis, non pro impos-

sibili, sed pro difficili ponitur. Ex quo inferunt, quòd quamuis cum difficultate, potest cognosci hoc mysterium. Alij per oppositum dixerunt hoc mysterium esse contra rationem naturalem: quam sententiam sequi videtur Holcot in 1. quæst. 1. art. 1. soluendo secundùm argumentum contra primum art. & art. 6. dubio 2. Catholica veritas est, quod non potest hoc mysterium cognosci sine reuelatione; reuelato tamen hoc mysterio, ad hoc quòd quis credat vt credendum est, requiritur diuina fides, habetur veritas Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, & patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare? Non dixit, nemo nouit Deum, sed filium, sed Deum cognoscere possumus ex creaturis, non tamen patrem & filium. Et cui voluerit filius reuelare, per hæc verba non excluditur Pater, de quo Matth. 16. inquit Christus. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Hoc ergo dixit significando filium idē facere quod pater, & esse Deum cum eo, aut quia reuelatur hoc mysterium ex meritis filij, qui misit discipulos ad prædicandum hoc mysterium; Consonat illud Ioan. 14. Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ratione probatur sic, Nihil cognoscitur nisi sit præsens in se vel in sua similitudine, aut in suo effectu per quem tanquam per similitudinem & speciem deuenitur in cognitionem causæ: Deus in se solùm beatus est præsens; species Trinitatis nulla datur, imò nec dari potest secundùm Thomistas 1. par. quæst. 12. artic. 2. nec ex effectu cognosci potest, quia vt dictum est, effectus non repræsentant Deum vt trinum, sed vt vnum, quia vt vnus causat creaturas, ex effectu solùm possumus cognoscere, Deum intelligere sicut & nos, sed non possumus intelligere an producat filium sibi consubstantialem, videndus est D. Thom. 1. par. quæst. 32. art. 1.

1 par. q. 12. art. 2. oppositum.

Scotus in 2. dist. 3. q. 9.

CAP. VII.

Fide acquisita, supposita Dei reuelatione, potest cognosci hoc mysterium.

SI Deus non reuelaret, & manifestaret hoc mysterium, nullus homo posset cognoscere Deũ esse trinum & vnum, supposita tamen hac reuelatione potest quis fide humana, quæ non sufficit ad salutem, ex amore proponentis credere hoc mysteriũ: posset enim filius Christiani sine baptismo, vbi infunditur habitus fidei, credere patri proponẽti hunc articulum. Ita Scotus in 3. distin. 23. quęst. vnica: Zumel. 1. par. quęst. 32. art. 1. quęst. 1. conclusio. 1. patet in hæretico, qui discredit vni articulo & non alij: hæreticus non habet fidem diuinam sed humanam, quia fides diuina facit credere ex hoc solùm quòd Deus reuelat veritatem, ideo ex fide diuina aut credit omnibus, aut nulli, ideo potest hîc adaptari illud Iacobi 2. Qui in vno deliquit factus est omnium reus, quemadmodum enim, qui vnum mãdatum nõ seruat priuabitur diuina visione, sicut qui omnia transgreditur, sic qui discredit vni articulo amittit fidem diuinam, & ex fide diuina nullum credit, sed humana. Non est hæc conclusio contra Concil. Trident. sess. 6. canon. 3. quia illic solùm dicitur, neminem posse sine Spiritus sancti præueniente inspiratione, credere, sperare, aut diligere sicut oportet, & huiusmodi fides acquisita, non facit credere sicut oportet. Per hũc modum (quod ego probabilissimum existimo) plures philosophi conuersantes cum Iudæis potuerũt habere notitiam Dei trini, aut quia de ore in os fuerunt à primo parente edocti, quæ notitia fuit postea obscurata. Videndus est August. 10. de ciuitate Dei cap. 29. vbi testatur Platonicos loquutos fuisse de hoc mysterio & dixisse. Initium Euangelij Ioannis, aureis literis conscri-

bendum,& per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendũ,& septimo confessionum cap. 9. testatur legisse apud Platonicos plures rationes quibus contendebãt quòd in principio erat verbum. Deniq; testatur reperisse non secundũ verba, sed secundũ sensum Euãgelium Ioannis,vsq; ad illud, Verbum caro factum est, Commemoratq; loca Ioannis,quæ non inuenit,& plura alia quæ inuenit. Eusebius lib. 11. præparationis Euãgelicæ cap.10.inquit. Scriptum fuisse ab Emilio. Nicephorus lib.10.cap.33.inquit.In fundamentis templi Salomonis, quod Iulianus reædificare attentabat, fuisse repertum principium Euangelij Ioannis. Plato in Epimenide loquitur de hoc mysterio.Plotinus Platonicus composuit librum trium hypostasim. Omnia ista cognouisse ex conuersatione quam habuerũt cũ Iudæis, testatur citatus Augustinus:latius & prolixius contendit hoc ipsum Cyril. lib. 8. contra Iulianum, Trismegistus,ideſt, ter maximus qui floruit ante Pharaonem, & Mercurius dictus est (vt de ipso scribit Suidas) dixit. Erat lumen intellectuale , & erat semper mens mentis luminosa,& nihil aliud erat quàm horum vnitas & spiritus omnia continens . Et libro qui dicitur Pimander Dialog.4.Monas genuit Monadem, & in se reflexit ardorem,ideſt,vnicus pater,genuit vnicum filium & vnicum amorem. Sanctus Thomas 1. par.quæst. 33. art. 1. ad primum, docens nõ cognouisse hoc mysterium,inquit, hæc verba esse referenda ad productionem mundi.Tunc erit sensus,vnicus Deus vnicum produxit mũdum propter se ipsum, iuxta illud Prouerb. 16.Omnia propter semetipsum operatus est Dominus,dummodo dicatur non cognouisse ex lumine naturali, sed ex reuelatione diuina immediatè , vel mediatè alijs facta, nullum est inconueniens.

CAP. VIII.

Conueniens fuit diuina mysteria reuelari gentibus.

DIuina mysteria conuenienter ante Euangelium nonnullis sunt reuelata, vt sic homines disponerentur ad credendam veritatem, quæ tempore Euangelicæ doctrinæ erat illis prædicanda, hanc rationem tangit Glossa Numer. 23. in illa verba, ædificauit Balam septem aras, vbi Glossa, ibi dat verbum suum mysteria & futura prænunciat, vbi maximè fides & operatio Gentilium pendet, vt qui nostris nolunt credere Prophetis, credant diuinis suis. Idem docet Nicolaus Numer. 24. in illa verba, orietur stella ex Iacob; Sumere potuerunt ex Ambrosio epistola. 37. quę est ad Cromatium, vbi loquēdo de prophetia Balam inquit. Non mireris infusum auguri à Domino quod loqueretur, quoniam infusum legis in Euangelio, Ioan. 11. Principi Synagogæ; Quia oportet vnum hominem mori &c. in quo, scilicet, Principe, non prophetiæ meritum, sed assertio veritatis est, vt aduersariorum testimonio manifestaretur, quo perfidia nō credentium vocibus suorum augurum redargueretur; ideo Balam ille Chaldæus ascitur ad fidem vt Chaldæorum superstitio conticesceret, non igitur confitentis meritum sed vocantis oraculum est reuelante Dei gratia. Hæc Ambrosius, quibus verbis apertè docet, Deum concedere infidelibus spiritum prophetiæ, vt annuncient veritates supernaturales, quas si nostri prophetæ annunciarent non reciperent: cum vident à suis annunciari recipiunt illas, patet ex loco allegato: nam Balam prophetauit dicens: Orietur stella ex Iacob, ideo postea stella comite tres reges, qui descendebant ex Balam, venerunt adorare solem iustitiæ Christum redemptorem nostrum,

Hoc & cætera capita sequentia communia sunt omnibus mysteriis ex quibus vti potest concionator exordijs.

Chrysost. homil. 39. idem habet Chrysostomus super Genesim vbi docens, Abraham significare transitum, quia transiturus erat de Chaldæa ad terram Chanaam, vel si, vt dicũt, significat patrem altum inquirit. Quis parentibus idololatris reuelauit mysteriosam significationem? & respondet per idololatras dispensari diuina mysteria. Corroboratur veritas; Nam Sybillæ idololatræ fuerunt, & filiæ infidelium, quod de se est manifestum, & docet noster Metina in 2. de recta in Deum fide cap. 7. & tamen multa supernaturalia prædixerunt quæ adduco q. 2. prologi super Scotum. Orosius, lib. 6. cap. 16. Innocentius sermo. 3. in ferijs natiuitatis, dicunt sybillam ostendisse Augusto Cæsari Virginem habentem puerum Iesum, & illum adorare monuit. Suidas inquit, Cæsarem interrogasse Apollinem Delphicum, quis ei erat successurus in regno, respondit idolũ, quòd puer Hebræus gubernator Deorum, à quo habebat præceptum vt statim discederet ab illo loco, Cæsar Romam rediens in foro, vbi erat Capitolium, ædificauit altare super imponens hunc titulum *altar del primo genito hijo de Dios* vnde docemur non solùm per infideles reuelari diuinas veritates, sed etiam per dæmones, nec mirum quia omnes, Dei facturæ sunt, ideo nimirum quòd exerceant diuinum ministerium, nam hoc non est meritum prophetantis, vt dixit Ambrosius, ideo concedi potest infidelibus & dæmonibus, Sanctus Thomas 22. q. 172. art. 6. & August. 12. super Genesim ad literam, & lib. 2. ad Simplicianum, manifestè docent dæmones certitudinaliter futura annunciare ex reuelatione bonorum Angelorum, ex diuina voluntate. Irrefragabilis apparet veritas ex Marc. 5. vbi spiritus immundus existens in homine clamabat voce magna dicens: Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei altissimi?

CAP. IX.

Nimirum quòd non cognoscatur hoc mysterium ratione naturali.

NEmo contristari debet, eo quòd hoc mysterium non valeat ratione naturali adinuenire, nam omnes nomine Dei quid magnum excellens omnia concipiunt, ex infinita autem perfectione essentiæ quæ in infinitum excedit omnem creaturam, prouenit fundare tres personas: cum hoc superet omnem perfectionem naturæ creatæ non possumus nos ex creaturis ascẽdere ad acquirendum cognitionem huius mysterij, quod inde fit manifestum, quia ipsas res naturales non possumus perfectè cognoscere. Habetur insigne testimoniũ Esdr. 4. (quamuis enim solùm duo primi sint canonici, adhuc est maximę autoritatis) vbi angelus ad Esdram: Ecce Deus excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam altissimi: tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te, de quibus si renunciaueris vnum ex his, ego demonstrabo tibi viam quam desideras videre. Vade pondera mihi ignis pondus 2. aut mensura mihi flatum venti. 3. aut reuoca mihi diem qui præterijt, cui respondit Esdras. Quis natorum poterit facere, vt me interrogas de his, cui dixit Angelus. Si essem interrogans te quantæ habitationes sint in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi? diceres mihi fortassis, in abyssum non descendi, nec in infernum adhuc, nec in cœlum vsque ascendi: nũc autem non interrogaui te, nisi de igne, vento & die per quæ transisti, & à quibus separari non potes, & non respondisti mihi de eis. Tu quæ tua sunt tecum coadolescentia, non potes cognoscere, & quomodo poterit vas tuum capere al-

tissimi viam: certè omnia ista verba sunt notanda. Si enim non possumus cognoscere naturalia quæ nobiscũ coalescũt, quomodo cognoscemus diuina & supernaturalia? iuxta vltima verba legitur de Augustino, quòd cum attentè consideraret mysterium Trinitatis, apparuit ei Angelus in forma pueri fodiens terram, à quo cum interrogaret Augustinus quid faceret, respondit. Velle concludere ibi mare, cum irrideret Augustinus, dixit Angelus qui apparuit in forma pueri. Difficilius est comprehẽdere mysterium Trinitatis. Iuxta hoc est quod legitur Iob. 38. vbi dicitur. Indica mihi si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui vt plueret super terram. Ecce quomodo ex libro canonico habemus similes quæstiones & res dubias quas ignoramus. Iob. 36. Deus magnus vincens scientiam nostram. Sap. 9. Quæ in prospectu sunt videmus cum multo labore, quæ in cœlis sunt quis inuestigabit? Eccles. 1. Cunctę res difficiles, nec potest homo explicare sermone Eccl. 8. intellexi quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem. Eccles. 11. Sicut nescis quæ sit via spiritus, & qua ratione cõpingantur ossa in vtero prægnantis, sic nescis qui fabricator est omnium. Eccl. 43. glorificate Deum quantum potestis, superualebit adhuc, benedicite dominũ, exaltate illum quantum potueritis, maior est enim omni laude. Nihil ergo mirum, si non intelligimus hæc inferiora, quòd non intelligamus eminentissimum ens & modum abditissimum quo vna essentia existit in tribus personis, iuxta hoc dixit Christus dominus Ioan. 3. Si terrena dixi vobis & non creditis, quid si dixero cœlestia? notanda sunt verba Gregorij dicentis: Qui in operibus Dei rationem non inuenit, in paruitate sua inueniet? idest, ratio quare non inuenit rationem & intelligentiam in operibus Dei, est paruitas sui ingenij, ideo nihil mirum si rationem non inueniat nec ex nostra

ignorantia debent esse minus credibilia: si enim oculos in solem defigere non valemus ob excellentem vim, qua est præditus, quomodo intueri poterimus eminentissimum diuinum lumen?

CAPVT X.

Hoc mysterium ex reuelatione habetur.

HÆc veritas constat ex dictis, habetur Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, & patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare? Matth. 16. Christus ad Petrum. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater qui est in cœlis. Nomine reuelationis non debet intelligi solùm externa propositio credibilium, sic enim Iudæis, qui non crediderunt, fuerunt proposita & reuelata, sed intelligitur lumen internum, aut diuinum auxilium, efficaciter ad credendum mouens, iuxta quod Scot. q. 1. prologi inquit, quòd reuelans misit in mente aliquod lumen & aliquam complexionem veritatis, & in 1. dist. 16. ad secundum principale docet. Quòd reuelatio exterior sine interiori non sufficit, ideo in 2. dist. 9. q. 2. de locutione Angelorum art. 4. inquit. Quòd esse in reuelatione, non est esse actu cognitum, quare qui actu non cognoscit adhuc velamen habet positum, sicut inquit Paulus de Iudæis, qui nondum credunt Christi aduentum in carne, ad credendum tamen sicut oportet requiritur fides diuina vt dictum est, comprobatur quod diximus ex Paulo ad Hebræos. Etenim & nobis annunciatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis. Sermo auditus non admixtus fidei ex his quæ audierunt.

Reuelatio quid.

CAP. XI.

Fide suppositâ, adhuc obscurè cognoscitur hoc mysterium.

HAnc veritatem docet Paulus ad Hebr. 11. dicens: Fides est sperandarum substãtia rerum, argumentum non apparentium, ideſt, est substantia & fundamentum cui innititur spes & omne spirituale ædificiũ: quemadmodum enim destructis primis substantiis impossibile est aliquid eorum remanere, ita destructa fide, impossibile est aliquid spiritualis ædificij remanere, hac ratione inquit Paulus. Iustificari hominem per fidem, quia est radix, fundamentum & initium salutis humanæ, verba sunt Concilij Tridentini sessio. 6. cap. 8. vbi sic explicat prædictam auctoritatem Concilium, Est argumentum; Nam sicut argumentum, est ratio suadens aliquam veritatem, quam aliquando euidenter, aliquando sine euidentia suadet, sic fides ineuidenter ostendit veritates fidei, & facit nos credere: illa verò quæ credimus non apparent, ideo dicimus quòd adhuc fide suppositâ obscurè cognoscitur hoc mysteriũ, quod vniuersaliter est verum de omnibus mysterijs: ratio huius est, quia in fide non repræsentantur credibilia: fides enim non est species repræsentans credibilia sicut species hominis repræsentat hominem, sed est lumen confortans intellectum, vt præstet assensum propositis credibilibus: docet hanc veritatem Augustinus in Soliloquijs dicens: Cognoui te non sicut tibi es, sed cognoui sicut mihi es, & non sine te, quia tu es lux quę illuminasti me, ideſt, non cognosco te sicut tu es in te ipso, sed medio lumine quod causas & producis in me, accipiendo terminos ex creaturis, nempe substantia, natura, vnum, tria, persona: coniungo terminos & dico quòd tu es trinus in personis, vnus in substantia &

Aristo. ca. de substan.

natura, cum non videam substantiam tuam, sed meam, non video Trinitatem tuam, sed Trinitatem creaturarum sine vnitate, non cognosco sicut tibi es, sed sicut mihi es, habetur figura Exod. 14. vbi dicitur de illa columna, quòd erat tenebrosa illuminãs noctem: sic fides illuminat contra errorum tenebras, sed est tenebrosa & obscura, vt distinguitur contra euidentiam, ideo bene Paul. 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc facie ad faciem. Cyrillus lib. 2. de Trinitate. Mente enim quæ supra mentem sunt neutiquam comprehendi possunt, nec sermone quæ super sermonem sunt, explanabilia sunt, nam quòd pater quidem Deus genuit, verè & propriè substantialiter filium, nobis tradidit fides, obsignauit autem. Quibus verbis docet diuinam generationem esse ineffabilem & sola fide cognoscibilem, ideo inquit obsignauit autem, *da nos lo como carta cerrada no se puede desemboluer.* 2. Paralipomenon cap. 6. inquit Salomon 3. Regum 8. Pollicitus est Dominus vt habitaret in caligine, ergo obscurè. Exodi cap. 20. dicitur. Quòd accessit Moyses ad caliginem in qua erat Deus. Psal. 17. Posuit tenebras latibulum suum, ergo sub caligine, videtur obscurè. De magno illo Patriarcha Abraham inquit Paulus ad Hebræos cap. 11. Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, & exijt nesciens quò iret. Nam Genesi cap. 12. solùm dicitur. Egredere de terrra tua, & veni in locum quem monstrauero tibi. Iustinus martyr tractatu de Trinitate. Fatemur nos ignorare manifestam veritatis scientiam, quoniam in hac confessione sita est bona pars victoriæ. Nec aliud quam sola fides vestras hæsitationes dissoluat, ac si dixisset, credere quæ non videmus; & pro absentibus quæ speramus, relinquere quæ possidemus, maxima est victoria & materia meriti.

CAP. XII.

Hoc mysterium est mirabile & ineffabile.

HÆc veritas constat ex dictis, excedit enim omnem facultatem nostri intellectus, habetur Prouerbiorum cap. 30. Quod est nomen eius, & quod nomen filij eius si nosti, vbi est sermo de filio in diuinis, quibus verbis dicitur esse ineffabile hoc mysterium. Geneseos cap. 32. Cum Iacob quæreret nomen Angeli, cum quo luctabatur dixit Angelus, cur quæris nomen meum? quasi diceret, mirabile est & ineffabile, cur quæris illud? patet Iudicum cap. 13. vbi cum Mane pater Sanson quæreret nomen Angeli, respondit Angelus, quid quæris nomen meum, quod est mirabile? si nomen Angeli est mirabile à fortiori hoc mysterium
Isai. 19. Psal. 8. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Isaiæ 19. admirabilis consiliarius, magni consilij Angelus, Deus fortis. Isaiæ 53. Generationem eius quis enarrabit? ad Philippenses
Ambros. 4. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. Ambros. 1. de fide ad Gratianum. Quomodo non est super omnẽ sensum tanta generatio? Super illa verba 2. Corinth. 12. Non licet homini loqui, inquit. Quomodo nos exprimere possumus paternæ generationis arcanum? & iterum cap. 5. Mihi impossibile est generationis diuinæ scire secretum, mens deficit, vox silet, non mea tantùm,
Cyril. sed Angelorum. Consonat Cyrillus citatus cap. præce-
Basil. denti. Basilius sermone de fide inquit. Quæ sunt Dei, sermone prosequi, & enarrare audax profectò facinus,
Aug. tom. 2. Platon. cum infra materiam tam arduam nostra sit longè cogitatio. August. 13. confess. cap. 12. Rara anima, quæ cum de illa loquitur (puta de Trinitate) sciat quod loquatur, Plato in Thimeo. Genitorem opificémque vniuersi, & difficile est inuenire, & inuentum impossibile est

explicare. Si hoc de Deo, à fortiori habet verum de hoc mysterio. Aegyptij significabant Deum figura Crocodili: Crocodilus enim animal est aquatile carens lingua, per hoc significantes non esse linguam ad perfectè loquendum de Deo. *Hieroglif.*

CAPVT XIII.

Hoc mysterium etiam videntibus est incomprehensibile.

COmprehensio scientifica, de qua est sermo, est quædam terminatio obiectibilis iuxta Augustin. 13. de ciuitate Dei capit. 18. vbi inquit. Quicquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur. Quod non est intelligendum (inquit Scotus in 3. distinct. 14. quæstione 1.) quòd absolutè finiatur, quia tunc Deus non comprehenderet se; sed finitur cognoscenti, quia respectu cognoscentis, obiectum, & res cognita se habet, ac si esset finita, id est tunc aliquid comprehenditur, quando cognoscitur omni, & perfectissimo modo quicquid de re illa est cognoscibile ab intellectu, & hoc modo dicimus, Deum, & hoc mysterium esse incomprehensibile, habetur veritas Iob. 11. Nunquid vestigia Dei comprehendes? Hierem. 32. Magnus consilio, incomprehensibilis cogitatu Rom. 11. O altitudo diuitiarum, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, inuestigabiles viæ eius. Oppositum huius fuit error Eunomij dicentis, se comprehendere Deum sicut semetipsum. Basilius libr. 11. Thesauri, impugnat errorem dicentium, Deum non plus scire de substantia sua, quàm nos scimus. Contra errorem Eunomij scribit Chrisost. quinque homilias de incomprehensibili Dei natura. Meminit de hoc errore Epiph. 3. contra hæreses, hæresi 36. Augustini epist. 112. damnatur error in Concilio Lateranensi, sub Innocentio 3. quæ verba habentur capit. *Augusst.* *Iob.* *Hierem. 32* *Rom. 11.* *Eunom.* *Basil.* *Chrysost.* *Epiphan.* *Augusst.*

firmiter, de summa Trinitate, damnatur etiam in Concilio Basilien si, sessione 22. & in directorio Inquisitorum, ita refert Metina 3. part. quæstio. 10. arti. 2.

CAP. XIIII.

Non debemus esse difficiles ad credendum hoc mysterium.

HÆc veritas suadetur sic, hominibus est fides adhibenda, ergo Deo, quia si minus credibile creditur, ergo id quod magis: homo est mendax, Deus in veritate loquitur, ergo magis credendum est Deo, hoc argum. vtitur Ioan. epist. 1. cap. 5. dicens. Si testimonium hominum accipimus. Testimonium Dei maius est. Aug. lib. 6. confessionum inquit. Tu Domine paulatim manu mitissima cor meum tractabas: considerabam enim quàm multa crederem, quæ non videram, nec cum gererentur affuissem, sic tam multa sunt in historia gentium, tam multa de locis atque vrbibus, quæ non videram, tam multa amicis, tam multa medicis, tam multa hominibus aliis, atque aliis credideram, quæ nisi crederentur omnino in hac vita nihil ageremus, postremò quàm inconcussa fide fixum retinerem de quibus parentibus ortus essem, quod scire non possem nisi audiendo credidissem. Quod hic multis verbis docet Augustinus, paucis Scotus quæst. 2. prologi. Aut nulli credis de contingenti, & de re quam non vidisti, aut alicui: si nulli credis, ergo non credis mundum fuisse ante te, nec locum esse in mundo, vbi non fueris, nec credes illum esse patrem tuum, & illam esse matrem tuã, quod est absurdum: cum autem ista credas, & multa quæ in historia habentur de vrbibus, & ciuitatibus, sequitur, quòd Deo est credendum: iuxta hoc, sic potest persuaderi veritas articulorum. Tu credis patri tuo nar-

Ioan.
Augusti.

Scot. q. 2. via 6.

tanti præterita, quæ audiuit à primogenitoribus suis, ergo credendum est miracula, quæ narrantur in Euangelio intuitiuè fuisse visa à maioribus, ergo Deus, qui non est testis mendacij reuelauit, & dixit illa, quæ credimus, in quorum confirmationem hæc miracula patrata sunt, hoc discursu, cui non innititur fides, maximè disponitur intellectus ad assentiendum articulis, ipse verò assensus, vt sit qualis esse debet, elici debet ex diuina motione, non ex hoc discursu solùm, aliàs non erit qualis requiritur, discursus tamen maximè disponit, nè fides, & diuina motio impedimentum inueniat.

Pithag. Pythagoras, vt multi tradunt authores, instruebat discipulos, vt per septennium non quærerent rationē eorum, quæ docebat, vnde si quando aliquis discipulorum eius rationem quærebat, alij statim respondebant Magister dixit. *Aristot.* Aristote. 1. elenchorum cap. 2. inquit. oportet addiscentem credere. Conuenienter quidem, quia cum necessariū sit in principio cuiuslibet scientiæ multa supponere, si discipulus illa non crederet, nihil posset discere, & 2. Metaphis. inquit, esse indisciplinati rationes omnium quærere. Euseb. lib. 12. præparationis Euangelicæ cap. 11. inquit quòd Plato præcipiebat, vt legibus ab eo datis subditi obedirent absque aliqua alia inquisitione.

CAPVT XV.

Diuina mysteria non curiosè scrutanda, sed reuerenter contemplanda sunt.

Eccles. 3. HAec veritas sequitur ex dictis, habetur Eccles. 3. Altiora te ne quæsieris, fortiora te ne scrutatus fueris, sed illa cogita, quæ tibi præcepit Deus, & in pluribus operibus eius, nè sis curiosus: plura enim supra

sensum hominis monstrata sunt tibi cap. 5. Nè temerè quid loquaris, nec sis velox ad proferēdum sermonem: Deus enim in cœlo, & tu in terra, idcirco sint pauci sermones tui. Rom. 12. Consonat Paul. Rom. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, Leuit. 1. Iubebat Dominus, turturem siue columbam capite ad colum retorto sibi offerri, & plumas proijci propè altare ad oriētalem plagam in loco in quo cineres effundi solent, significando, *que el buelo de nuestra razon*, debet subijci fidei, iuxta illud Paul. 2. Cor. captiuantes intellectum in obsequium Christi. Idem Leuit. 5. vbi dicitur. Retorquebit caput eius ad pennulas ita, vt collo adhæreat, & non pœnitus abrumpatur. Ezech. 1. illa quatuor animalia, quæ per firmamentum volando incedebant, facta voce stabant, & submittebant alas suas, significādo nos debere submittere alas intellectus nostri rebus diuinis. Elias. 3. Reg. 19. Operit vultum suū pallio, non contentus operire palpebris pupillam oculi, aut auertere faciem Isai. 6. Cherubin velant faciem suam. Apostoli in Baptismo. Matth. 3. audita Patris voce ceciderunt in faciem suam. Hoc ipsum faciebant viginti quatuor seniores Apocalyp. 4. Dicunt perspectiui, quòd si quis existat in profundo puteo, & inde cœlum aspiciat in meridie, quòd tunc videbit stellas quas aliter in meridie non videmus ob nimiam claritatem solis, quæ primò occupat visum, veritates: fidei per fulgidæ stellæ sunt, quæ non videntur nisi ab his, qui humiliter aspiciunt illas, iuxta illud Matt. 11. Abscondisti à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Clemens Papa Epist. 1. (quæ habetur tom. 1. conciliorum) inquit. Nec Deus ipse à nobis est discutiendus, sed credendus, qui in nobis ipsis nescimus, quod sapimus, quo modo mens nostra, aut intellectus generat verbum. Dionysius de mystica Theologia. Arcanū diuinitatis quod omnem intellectum transcendit, sacris animæ venerationibus, & ineffabili, & casto veneremur

Rom. 12. Leuit. 2. Cor. Ezech. 3. Reg. Isai. Apocal. Simile. Dionys.

remur silentio, Ambrosius de fide ad Gratianum explicans illa verba ad Ephes. 4. Pax Dei, quæ superat omnem sensum, post verba allegata, cap. 13. inquit. Tu ergo ori manum admoue, scrutari non licet superna mysteria. Basilius hom. natiuitatis inquit, Christi generatio propria, ac præcipua diuinitatis est, quæ quidem silentio magis, ac fide veneranda est, quam disputatione aliqua nostra, & curiositate inuestiganda. Cyrill. 2. de Trinitate, Opinor autem id quod fide susceptum, non vlterius inuestigationibus acutis inquirendum: etenim quod vltra inquiritur non est fides, Eusebius Emisenus, homilia de initio quadragesimæ. Diuina opera non discutienda, sed credenda: Non te confundat, nec trepidum faciat rerum nouitas, sed sufficiat omnipotentis authoritas, si hoc de operibus miraculosis, quantò magis de hoc mysterio iuxta quod dicamus. Non te incredulum faciat mysterij excellentia, & dignitas, sed sufficiat dicentis, & reuelantis veracitas, & authoritas, cuius sententia est fide digna, Augustinus serm. 2. fer. 4. Pent. credi voluit non examinari, Bernardus ad Eugenium. Sufficiat Christiano tenere sic esse, sacramentum hoc magnum, venerandum est non scrutandum. Cicero, (vt testimonio gentium veritatem pandamus.) Timidè de potestate deorum, & pauca dicenda sunt. Seneca Arist. laudat, quia dixit nunquam nos verecundiores esse debere, quàm cum de dijs agitur iuxta quod; cum Moyses vellet ad Rubum in quo erat Dominus, accedere, dixit illi Dominus. Ne appropries huc. *Ten respecto y esta apartado con reuerencia.*

Ambros. *Basil.* *Cyrill.* *Euseb.* *August.* *Bern.* *Cicero.* *Seneca.*

CAPVT XVI.

Periculosum est curiosè scrutari diuina mysteria.

REuerenter scrutari diuina mysteria, quæ in sacris literis continentur, docet Christus Dominus, Ioa. 5. *Ioan.*

dicens, [scrutamini scripturas, ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me, sed periculosum esse curiosè
Prouer. scrutari, docet sapiens, Prouerb. 5. dicens scrutator maiestatis opprimetur gloria eius. Exod. 3. cum Moyses accederet ad rubum qui ardebat, & non comburebatur, vbi erat Angelus Domini, qui aliquando Dominus dicitur, quia Domini personam repræsentabat au-
Texto. dit, [Nè appropries huc, solue calciamenta de pedibus tuis,] Vbi blandè corripitur, & piè mouetur periculosum esse ad diuina mysteria accedere sine debita reue-
Exod. rentia. Exo. 19. volens Dominus descēdere super montem Synai loquutus est ad Moysem dicens, contestare populum nè fortè velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Vide comminationem mortis volentibus videre vltra id quod Dominus permittit, & reuelat, vis videre
1. Reg. 6. executionem leg. 1. reg. 6. vbi Bethsamitæ puniuntur, quia ausi sunt videre arcam Domini: percussit (inquit sacer, text.) Dominus de viris Bethsamitis, eò quòd vidissent arcam Domini, & percussit de populo septua-
Gen. 17. ginta viros, & quinquaginta millia plebis. E contra Abraham pronus cecidit in faciem, & postea ascendens montem seruos ad radicem reliquit, humilis, & solitarius voluntatem Domini implens nihil inquiūendo.
Num. Num. 4. dicitur, Aaron, & filij eius intrabunt tabernaculum fœderis, ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quisque debeat, alij nulla curiositate videant, quę sunt in sanctuario, prius quàm inuoluantur, alioquin morientur. Vide quomodo vult Dominus, vt inuolutè non curiosè, quæ sunt sanctuarij videantur, vbi continetur veritas huius capitis, & capituli præcedentis. Maximè notandum est, quòd tunc ibant in via, ad denotandum, quòd in via non debemus scrutari curiosè diuina mysteria. Ambros. 1. de fide ad Gratianū, ca. 5. post allegata, c. 15. inquit. Licet scire quòd natus sit, non licet discutere quemadmodum natus sit:

illud negare mihi non licet, hoc quærere metus est.

Ægyptij sacerdotes, diebus festiuis coram populo apparebant, habentes orologium in vna manu, ramũ palmæ in altera: fructus palmarum illius terræ, si maturi comedũtur, lingua statim hebetatur, sensus turbatur, gressus impeditur, *queda vn hombre sin sentido y sin poderse menear*, Si verò ante maturitatem comedantur, extinguntsitim, temperant calorem excessiuum, quem ibi homines patiuntur: sic, si diuina mysteria voluerit homo, matura, & rationi proportionata gustare, turbabitur sensus, & intelligentia eius, impedietur gressus eius, *No sabra yr a tras ni adelante ni sabra de si, han se de engullir*, antè maturitatem.

CAP. XVII.

Multa exempla creaturarum iuuant ad cognoscendum hoc mysterium.

QVamuis ex creaturis non possit cognosci diuinarum personarum numerus, sed fides necessariò requiratur, vt dictum est, nihilominus, quia in omnibus ferè creaturis repræsentatur, ideo exempla ex creaturis maximè iuuant ad intelligendum hoc mysterium. Cum eradicatur planta, vt iterum alibi plantetur, effodimus terram operientem radices plantæ: postquam verò secundo plantata est, iterum cooperitur terra: sic cum plantamus fidem, dicimus non esse innitendum rationi naturali, sed testimonio diuino: Postquam radicati, & firmati in fide captiuamus intellectũ in obsequium eius, congruenter adducimus similitudines creaturarũ, quia fides non est cõtra naturam, sed supra, ideo huiusmodi similitudines multum iuuant ad intelligendum, quod fides docet: si enim Angeli quos vidit Iacob, ad descendendum scala vtebantur, quanto magis nos ad cognoscendum hoc mysterium indigebimus creaturis *Simile.*

tanquam scala ad ascendendum in Deum simul cum fide: in magnitudine ergo creaturarum cognoscitur potentia, quæ tribuitur Patri, in dispositione earum relucet sapientia, quę attribuitur Filio, in ornatu earũ apparet bonitas, quæ tribuitur Spirituisancto. Insuper omne quod viuit vita vegetatiua, vt plantæ, aut sensitiua, vt animalia, aut intellectiua, vt homines, & Angeli, qui quamuis non sint animalia, viuunt tamen vita intellectiua (quo modo in nobis, & Angelis sit imago Trinitatis latè, ser. 2. huius festi dictum est) in Angelis repræsentatur Trinitas, nam tres sunt Hierarchiæ Angelicæ, in qualibet hierarchia tres sunt ordines: in homine, qui post creaturam Angelicam principatum tenet, est vita vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, vna tamen anima. Potentiarum triplex est genus, aliæ potentiæ sunt sensitiuæ exteriores, aliæ interiores, denique sunt potentiæ intellectiuæ. Sensibus exterioribus manu ducimur ad cognoscendum, imaginatione indagamus, intellectu conspicimus veritates. In omni composito est materia, forma, & totum resultans ex partibus. Proprietates resultari ex partibus vnitis non potest negari: ergo est quoddam vestigium Trinitatis, nam materia est ingenita, forma ex materia educitur, totum ab vtroque nempe à materia, & forma procedit. Nec propterea sequitur, in Deo esse aliquid quod sit velut materia, aut habens se sicut materia, sed quod materia, & forma habent aliquam rationem vestigij, & similitudinis cum proprijs diuinarum personarum. In omni corpore tres sunt dimensiones, longitudo, latitudo, & profunditas: longitudo competit lineæ, quæ est longa sine latitudine, linea est velut improducta, quia punctus vnde linea ducitur non est pars lineæ, ideo assimilatur patri qui est improductus: superficies est longa, & lata sine profunditate, habet principium à linea, id est vestigium filij, cuius Pater est principium. Corpus habens longitudinem, & profunditatem, habet principium à linea, & à

superficie, ideo assimilatur Spiritui sancto, qui non causalitate, aut generatione, sed processione procedit à Patre & filio, de quo inquit Paul. 1. Corinth. 2. Quòd scrutatur profunda Dei, Quemadmodum vltra istam trinã dimensionem, non est alia, quæ procedat ab istis, sic vltra istas tres personas, nulla est alia; Sicut à linea superficies, à superficie procedit corpus vt dictum est, & à corpore non procedit aliud, ita ab Spiritu sancto nulla alia diuina persona procedit, sed ibi terminatur omnis processio ad intra, denique omne iudicium, omnis controuersia, trina sententia terminatur. Duobus testibus vno accusatore testimonium omne validum est, sunt innumera exempla quæ adduci possunt ad hoc propositum. Vltimo loco ponendum est illud, quod est celebre, & commune omnibus Theologis in 1. d. 3. In omni ente reperitur vnitas quæ repræsentat vnitatem principij, quę appropriatur Patri, qui est principium, & origo aliarum personarum, inuenitur veritas quæ appropriatur filio, bonitas quæ appropriatur Spiritui sancto. In omni creatura inuenitur modus, id est, limitatio, per quam repræsentatur potentia illuminata producentis, quæ potentia appropriatur Patri. Inuenitur species quę repræsentat pulchritudinem, quæ appropriatur filio, qui ad Heb. 1. dicitur imago, & splendor Patris. Inuenitur ordo in operationem Dei, quæ est amor, qui appropriatur Spiritui sancto, concordat illud Sap. 11. In numero, pondere, & mensura. Numerus respondet speciei. Pondus ordini; Mensura modo, sic, in omni creatura, est vestigium repræsentans Trinitatem.

DISTINCTIO III.

CAPVT I.

De propositionibus negandis & concedendis in hoc mysterio.

ISta est concedenda, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus, patet 1. Ioan. 5. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hj tres vnum sunt. Similiter est concedenda sua conuertens, Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ratio est, quia diuina natura est singularis, quæ non numeratur, nec distinguitur in diuinis suppositis, sicut contingit in humanis, vbi vna natura numero, solùm est in vno tantùm supposito.

2 Ista est vera, deitas est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ratio est eadem.

3 Ista est neganda Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus, quia denotatur quòd sint vna persona. Dicendo sunt vnus Deus, est vera, quia addendo ly Deus, Denotatur quòd sunt vnius naturæ, & deitatis, Neutraliter denotatur, quòd sunt vna substantia, patet Ioan. 10. Ego & Pater vnum sumus, quod similiter est verum de Spiritu sancto.

Ioan.

4 Ista non est concedenda, vnus Deus trium personarum, nec ista, tres personæ vnius Dei, quia Deus significat primum esse, principium omnium, Dominum omnium, quia omnia ab ipso, ipse à nullo, in hac autem propositione significatur quòd tres personæ habeant Deum superiorè, sicut cum dicit scriptura, Deus Abraham, significat dominium super Abraham.

5 Ista est concedenda, tres personæ sunt eiusdem essentiæ, quia solùm denotat quòd quælibet persona habeat eandem naturam.

6 Ista non est concedenda, Pater est de essentia, nec ista filius est de essentia, nec ista tres personæ sunt de essentia, quia ly de, denotat processionem, & in diuinis persona procedit à persona non ab essentia quæ non generat.

7 Ista non est concedenda tres personæ sunt ex eadem essentia, quia ly ex denotat principium efficiens, aut principium materiale, & essentia nec est principium materiale personarum, nec principium producés, quia

essentia, nec generat, nec generatur vt dictum est.

8 Quia omnes personæ habent eandem communem essentiam, concedi potest quod vna persona est in alia, ideo ista est vera, Filius est in Patre, & Pater est in Filio, idem dicendum est, de Spiritu sancto, probatur Ioan. 14. Ego in Patre, & Pater in me est. Ambrosius in hymno, qui canitur in feria secunda ad laudes. In patre totus filius, & totus in verbo pater, hunc modum essendi, qui nullius est eorum, quos ponit Arist. 4. physicorum vocant theologi, in 1. dist. 19. & sanctus Thom. 1. p. quæst. 42. art. 3. circum incessionem, vel circum insessionem, id est, circularem existentiam vnius personæ in alia, quia nec ista separatur ab illa, nec illa ab ista, sed vna simul est cum alia ad modum circum incidentium, vel circum sedentium, quorum vnus non separatur ab alio. Ad hunc modum essendi requiritur distinctio personarum, & vnitas essentiæ, nec vnum sine alio sufficit, & vtrunque simul requiritur: ideo si per impossibile essent duo Dij habentes duas naturas Diuinas non esset ista circum incessio, nec si in diuinis esset vna tantùm persona, vt imaginantur pagani, non esset ista circum insessio, ideo modò dici non potest, quòd pater est in se, nec filius est in se, hoc modo essendi de quo non loquimur, quia nullus eorum à se ipso distinguitur; Ad hunc modum essendi non requiritur quod vna persona procedat ab alia, nã pater à nulla persona procedit, vt factus, aut vt genitus, nec vt procedens, & tamen pater est in filio, vt dictũ est, ergo præcisè non requiritur ad hoc quòd vna persona dicatur esse in alia quòd procedat ab alia, sed requiritur quòd sint plures personę distinctę in eadẽ natura, ideo si per impossibile oẽs tres personæ essent improductæ, adhuc vna esset in alia. Deseruiunt isti casus, quãuis impossibile ad cognoscendũ quod est de facto: ad paternitatẽ autẽ, & filiationem præcisè requitur processio. Ex dictis constat quod cum dicitur, filius est in patre, non intelligitur quòd re-

latio patris sit in relatione filij, nam sic, vel vna relatio esset alia, & pater esset filius, aut esset in alia, sicut albedo in quantitate, quorum vtrunque est falsum, sed intelligitur quod totum esse filij est idem, & indistinctum ab esse patris, & vice versa iuxta illud, Ioann. 16. omnia quæcunque habet pater mea sunt, & iterum, non sum solus quia pater mecum est.

9 Ista est concedēda, alius filius, alius Spiritussanctus, similiter ista, Pater est alius à filio, filius est alius à patre, Spiritus sanctus ab vtroque, denotatur distinctio personarum.

10 Ista est neganda, pater est aliud à filio, quia neutraliter significat aliam rem, & denotatur distinctio substantiæ, & naturæ, quod est falsum.

11 Ista non est concedenda, Deus est multiplex, quia denotatur distinctio naturæ.

12 Concedi potest quòd in diuinis sunt tres res, quia res sumi potest adiectiuè, & est nomen transcendens sicut ens, proprius tamen dicitur quòd tres personæ sunt vna res, vnum ens. videatur S. Thom. expositores ibidem prima p. qu. 39. art. 3. ad 3. caueat concionator nè ex verbis inordinatis incurrat hæresim.

13 Cum videtur aliquid tribui vni personæ, & excludi alia, vt Ioan. 17. cum inquit Christus. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum, non est intelligendum quod excludatur diuina persona, sed quæcunque alia persona naturæ creatæ, quę non est eiusdem naturę cum patre, & filio, ideo cum canit ecclesia, Tu solus altissimus Iesu Christe, addit statim, cum sancto Spiritu in gloria Dei patris, videndus est sanctus Tho. 1. p. q. 31. art. 4.

CAPVT II.

De generatione filij.

IN diuinis esse processionem dictum est, dist. 2. processionem filij esse generationem Psal. 2. Filius meus

es tu ego hodie genui te: ratione, quia est similis ex vi productionis, producitur enim per intellectum, & intellectus producit expressam, & actualem notitiam obiecti quæ est similitudo rei intellectę. Quemadmodum proposito mihi speculo, producitur ibi imago mei, ita cũ ego video, & intelligo aliquid, producitur quędã notitia illius rei quæ est imago, & similitudo illius, ad hũc modum vidēs Deus pater suam essentiã produxit filiũ qui est imago patris inuisibilis, ad Colos. 1. Est autem magis similis patri ęterno, quã filius in humanis suo patri, quia in humanis plura sunt quę impediunt similitudinem, & quæ causant dissimilitudinem, concurrunt plures causæ quę mutuo se impediunt, in diuinis nihil est quod impediat similitudinem.

2 Filius est de substantia patris, ideſt, originatus à patre vnitate substantiæ, non sic creatura cuius esse est diuersum ab esse.

3 Ista est falsa, Pater est de substantia filij, quamuis sit idem cum filio in substantia, & natura: quia ly de, denotat originem vnius personæ, ab alia in vnitate essentiæ, & pater non originatur, nec procedit à filio; Quia filius procedit à patre cõuenienter dicitur, Filius est de substantia patris.

4 Filius non est de substantia patris, sicut de materia, quia essentia nullo modo est materia, nec habens se sicut materia, ad Philip. 2. Qui cũ in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo, ideſt, non vsurpauit potestatem, & honorem quia in forma, & natura diuina erat idem cum patre, ergo natura diuina potius habet rationem formę quàm materię. In rigore sicut non est materia, ita nec est forma actuans materiam.

5 Pater non genuit filium voluntate, ideſt, principiũ producendi filium non fuit voluntas, S. Tho. 1. p. q. 41. art. 2. ratio quia in diuinis iuxta duplex principiũ productiuũ est duplex productio, Spiritus sanctus produ-

citur per volũtatem, ergo filius non producitur per voluntatem, sed per intellectum: nec voluntas fuit applicans, aut mouens intellectum, ad producendum, vt cõtingit in humanis, vbi voluntas auertit intellectum ab hoc & inclinat ad illud, ratio quia diuinus intellectus est inclinatus, & determinatus ad intelligendũ essentiã suam; nullum enim agens, tam naturaliter agit, sicut pater æternus generat filiũ: ideo generatio filij est necessaria necessitate immutabilitatis, quia non potuit non generari, ideo Sap. 7. dicitur de filio, quòd est cãdor lucis æternæ. Ad Heb. 1. dicitur splẽdor, & figura substantiæ patris, non solùm quia ista habent symbolum cum productione quæ est per intellectum, quia sicut istud lumen est coæuum soli, ita filius coæternus patri, de quo sermone primo sufficienter dictum est; sed quia sicut illa agentia naturaliter producunt, sic filius in diuinis naturaliter producitur.

6 Concedendum est, quòd pater volens producit filium, quia complacet sibi in filio producto: sic illud, Matth. 3. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, *hijo al justo de mi voluntad*, sic intelligitur, illud Paul. ad Coloss. 1. Eripuit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, idest, filij dilecti, non tamen fuit productus per voluntatem, & actum dilectionis, & amoris sicut Spiritus sanctus.

7 Generatio filij est æterna, Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te, vbi glossa è secreta & occulta substantia mea genui te, ante luciferum, idest ante omne tẽpus, & omnem creaturam, Isaiæ. 43. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit, super quæ verba inquit Ambros. quis hoc dicit pater an filius? si dicit filius, sequitur quòd pater non est ante filium sed simul, si sunt verba patris, eo quòd dicitur, post me non erit Deus, sequitur manifestè quod filius qui est Deus non fuit post patrem, sed ab æterno cum patre, quomodo-

cunq; sit, semper sequitur quòd vna persona est æterna cum alia, ideo Ioann. 1. dixit, In principio erat Verbum, idest, ab æterno semper erat ante omne quod habuit principium, sic filius de seipso nomine sapientiæ. Ante omnes colles ego parturiebar, melius tamẽ significatur generatio diuina per præteritum cum præsenti simul, dicẽdo, filius ab æterno genitus est, videatur sanctus Thom. 1. p. q. 42. art. 2. ad vltimum.

8 Secunda persona Trinitatis conuenienter dicitur Verbũ, quia Verbum nihil aliud est quàm actualis notitia, quam producit intellectus de re quam intelligit, sed filius in diuinis producitur per intellectum similis ex vi suæ productionis, ergo, sic dicitur Psal. 44. Eructauit cor meũ Verbum bonum, loquitur de filio, de quo statim dicitur, Speciosus forma præ filijs hominum. Apoca. 19. & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei. Præcipuus locus Ioan. 1. super quæ verba Basilius sermone super; In principio erat Verbum inquit. Notanter dixit in principio erat Verbum, nam si diceret machinator Sophismatum, ergo non erat antea, quia si genitus est, nõ erat, & iterum si dixisset, in principio erat filius, appellatione filij cogitatio de motu subijsset, quoniam apud nos genita, & tempore, & motu generantur, ac si dixisset: quamuis filius clarius exprimat esse consubstantiale & generationem diuinam, tamen quia ea quę reperiuntur in humanis, vt motus, & alteratio, non reperiuntur in diuinis, & omnia quæ reperiuntur in productione nostri verbi, excepto quòd nostrum verbum non est substãtia, reperiuntur in diuinis: hoc nomen magis liberum est à calumnijs sophistarum, insuper hoc nomẽ continet, & includit rationem filiationis, nam si producitur per intellectum vt simile patri producenti, & pater est persona subsistens in natura diuina, rectè sequitur nõ producere accidens sed subsistentem personã & illic includi verbum esse filium, hoc inciditur, & nõ aperitur via

calũnijs ergo congruentissimè dictum est, in principio erat verbum, consonat idem Basilius ibidem dicens. Verbum dixit vt immobilis patris generationem ostendat, & perfectam filij substantiam Theologicè, & coniunctionem sine tempore, filij ad patrem per hoc ostendat, & iterum. Verbum dixit, quia impassibiliter natum est, quia est generantis imago, totum in seipso generantem demonstrans, ideò optimè concluditBasilius dicens. Omnem theologiam de vnigenito nobis Euangelista tradidit, conguunt per omnem modum verba Ambrosij lib. 1. de fide ad Gratianum, c. 5. dicentis. Omnes hæreses hoc capitulo breui, piscator noster excludit, de quo super In principio erat verbum ser. 6. fol. 217.

9 Secunda persona Trinitatis dicitur filius quatenus consubstantialis patri genitus de sua substantia, Verbum quatenus producitur per intellectum, Sapientia quatenus est actualis notitia, de re altissima: ideo quamuis nomen sapientia, sit essentiale commune tribus, tamen addendo sapientia genita, est nomen personale, & proprium filij. Dicitur imago quatenus est similitudo expressa, ad repręsentandum omnia quæ sunt in patre. Ideo ad Colossens. 1. dicitur imago inuisibilis Deo, cum autem Genesis 1. dicitur, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, non intelligitur fuisse factum hominem, ad similitudinem filij, qui dicitur imago, sed factum fuisse, ad similitudinem Dei, & totius Trinitatis, ibi enim Pater alloquitur alias Diuinas personas, vt serm. 2. dicitur.

10 Ista est concedenda, Deus genuit Deum, ratio, quia Pater est Deus, filius est Deus, Pater genuit filium: ergo Deus genuit Deum, habetur in symbolo, & ex patre natum, Deum de Deo.

11 Ista est falsa, Deus genuit alium Deum, quia denotatur quod sint duo Dij, nam ly alius denotat alieni-

tatem geniti à generante in natura, ideſt, denotat quod genitum ſit alterius naturæ à generante, ideo eſt falſa.

12 Iſta eſt falſa, pater genuit ſe Deum, primò quia pater eſt ingenitus. Secundò quia nihil generat ſe.

13 Hæc eſt falſa, eſſentia generat, ſimiliter iſta, eſſentia generatur, nam generans diſtinguitur à genito: eſſentia Diuina, nec à ſeipſa, nec à perſonis quibus eſt communis diſtinguitur, quia in Diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relatiua oppoſitio: ergo, nec generat, nec generatur.

14 Iſta eſt vera, eſſentia communicatur, eſſentia eſt communicata, quia vna, & eadem res poteſt eſſe communis duobus; communicari enim eſt relatio rationis: ideo eadem eſſentia in patre, non eſt communicata, in filio eſt communicata, quam ob cauſam non requirit diſtinctionem realem ſicut præcedens, ideo iſta eſt vera, alia falſa.

CAP. III.

De Spiritu ſancto.

NOmen Spiritus, de ſe ſignificat aërem qui eſt corpus delicatiſſimum, & ſubtile, Pſal. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis, Pſalm. 106. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellarum. 3. Reg. 19. Ecce Dominus tranſit & ſpiritus grandis ſubuertens montes. Aliquando accipitur pro anima, ſiue ſit rationalis, ſiue irrationalis, Eccleſiaſt. 3. & quis nouit ſi Spiritus iumentorum deſcendat deorſum, Geneſis. Mortua eſt omnis caro quæ habebat in ſpe ſpiritum vitæ. Aliquãdo ſumitur pro ſubſtantia carente quantitate, oſſibus & carne, ſic Geneſ. 2. inſpirauit ei ſpiraculum vitæ, ideſt animam incoporeã, mediante qua Adam habebat vitam, iuxta hoc

Ioan.10. de secundo Adam dicitur, quòd inclinato capite emisſit ſpiritum, ſic Angelos dicimus ſpiritus, ideſt ſubſtantias omni corpore carentes, in hac acceptione conuenit tribus perſonis, quia nulla diuina perſona habet corpus, patet Ioann.4. Spiritus eſt Deus, Lucæ vlt. palpate, & videte quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet. Oppoſitum dixerunt quidam hæretici dicti Vadiani, qui dixerunt Deum eſſe corporeum, & habere membra, propter quod dicti ſunt Antropomorphitæ quia Antropos Græcè idē eſt quod homo Latinè, & iſti Deum vt hominem conſiderabāt, quod eſt falſum, quia tunc eſſet compoſitus, eſſet finitus, & quantus. Cū ſcriptura tribuit Deo mēbra, vt cum dicitur, brachium Domini, digitus Dei, ex vtero genuiſſe, intelligendum eſt metaphoricè per quādam metaphoram, ſimiliter cum Iſai. cap. 6. vidit Dominum ſuper thronum excelſum, & eleuatum, & quòd Seraphin velabant faciem eius, non eſt intelligendum Deum habere faciem, & pedes, nec ſedere in determinato loco, ſed oſtendiſſe prophetæ illam imaginem & ſpeciem, vt per illam aſcenderet ad cognoſcendum quod eſt in Deo, ita docet Aug. to. 5. lib. contra Adimantū Manicheum c. 27. quod eſt maximè notandum ad ſermonem quintum, vbi latè exponitur illa viſio.

2 Nomen Spiritus ſanctus etiam cōmune eſt tribus perſonis quia quælibet perſona eſt ſpiritus, patet, teſtatur ſeraphica vox ter dicens Sanctus Sanctus Sanctus. Iterum ſancti eritis quoniam ego ſanctus ſum. Ob inopiam nominum accōmodatur tertiæ perſonæ, & ſic iā nomine Spiritus ſancti ſolùm intelligitur illa perſona quæ in diuinis producitur à patre & filio per voluntatem, iuſta autem de cauſa accommodatur hoc nomen tertiæ perſonæ, nam ſpiritus de ſe ſignificat quandam motionem & impulſum, voluntas autem producit ex amore, & impulſu in rem amatam, ideo amor eſt pōdus quoddam inclinans nos in rem amatam, ſicut grauitas

inclinat lapidé in centrum, sic Hispanè, *Tergo particular inclinacio aficion a esto*, Insuper sanctitas & bonitas ad voluntatem pertinent, cum tertia persona producatur per voluntatem iure optimo dicitur Spiritus sanctus.

3 Productio Spiritus sancti non potest dici generatio, quia nõ producitur similis ex vi suę productionis, ideo nõ est verbũ, nõ imago, nec potest dici genitus sed procedẽs, sic in symbolo Athanasij, spiritus à patre, & filio, nõ factus, nec genitus, sed procedens, intellige vt amor, sic in symbolo Niceno, qui à patre filióq; procedit.

4 Quamuis processio Spiritus sancti quia est per voluntatem non possit dici naturalis, sicut est productio filij, non tamen debet dici libera & voluntaria, quia ista nomina ex communi acceptione accipiuntur pro productione contingenti, ideo malè sonant, ideo in cõcione omnino fugienda sunt, poterit concionator media gradiendo via dicere, productio Spiritus sancti est necessaria habẽs se ad modum processionis naturalis, quia ex hoc quod essentia bona, & amabilis, & voluntas diuina infinitè recta producit amorem necessariò, non liberè habens se ad modum agentis naturalis, sic Hispanè dicimus. *Naturalmente os quiero y amo*. Id est amor meus erga te est feruidus, & efficax, iam quasi in naturam versus, non possum non diligere. *No puedo acabar conmigo dexaros de amar*, Seraphicus Bonauen. in 1. d. 10. d. 1. q. 1. inquit, quòd procedit per modum liberalitatis.

3 Spiritus sanctus procedit à patre, & filio, ita in symbolo. Qui à patre filióq; procedit, habetur veritas 6. lib. decretalium, de summa Trinitate & fide catholica, colligitur veritas ex illo Ioan. 14. Quẽ mittet pater in nomine meo, Ioan. 15. Mittam vobis à patre Spiritum veritatis, & iterũ, spiritus veritatis quẽ ego mittã vobis à patre, ille vos docebit omnẽ veritatem, ad Gal. 4. Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, si est spiritus filij à patre procedit. Act. 16. cum venissent Missiã tẽn-

tabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Hanc veritatem negarũt Græci, qui dicebant Spiritum sanctum non procedere à filio, sed à solo patre, sed in Conc. Lugdunensi apposita est hæc particula Symbolo Niceno. Ratione Theologica, sic, omnia quæ sunt patris sunt in filio: ergo si pater producit Spiritũ sanctum, etiam filius: similiter valet argumentum, omnia quæ sunt Patris, & Filij sunt Spiritus sancti, ergo si pater, & filius creant, Spiritus sanctus creat, si Spiritus non producit ad intra est, quia quælibet productio diuina est adæquata, & non est alia vltra: ad productionem creaturarum certè, & Spiritus sanctus concurrit, & argumentum valet. Videtur mihi haberi hoc argumentum Ioan. 15. ille me clarificabit quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis: omnia quæcunque habet pater, mea sunt, propterea, dixit: quia de meo accipiet, annuntiabit vobis, *darnos he vn otro yo*, si ego vos docebam, & instruebam, quia sum Sapientia genita sciens omnia, ipse de meo accipiet, & sciet omnia, ideo ille etiam annuntiabit vobis omnia inter me, & ipsum solum, est distinctio in modo processionis cætera omnia communia sunt. *En ser el de mi yo del Padre*, nos distinguimus; Facit ergo Christus Dominus hoc argumentum, omnia quæcunque habet pater, ego habeo, Spiritus sanctus procedit à Patre, ergo à me accipiet, & à me procedit: hic non alibi, vt puto diuina processio significatur de futuro, sed semper de præterito, in principio erat verbum, ego hodie genui te, &c..

6 Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio tanquam ab vno principio, quia non duplex, sed vna, & indistincta est virtus spirandi in vtroque; ideo, nec prius, nec plenius, aut perfectius, procedit à Patre quam à Filio, sed æqualiter ab vtroque, si quãdo inuenitur in sanctis quòd propriè procedit à Patre, est quia pater habet virtutem spiratiuam à se, Filius non nisi communicatam à patre, inde tamen non est inferendum in filio esse impropriè,

propriè, sed in patre esse quadam prioritate, & ordine originis, ab istis prioritatibus abstinebit concionator.

7 Pater, & Filius, possunt dici duo spirantes, non tamen duo spiratores, quia spirator nomẽ verbale dẽ notat virtutẽ spiratiuã quæ nõ multiplicatur: participium, spirantes, solùm denotat esse plures personas, quę spirant quod est verum, hac ratione tres personæ Diuinæ sunt tres creantes, vnus tamen creator.

8 Ista, Spiritus sanctus procedit à patre, per filiũ est vera, similiter ista, procedit à patre solùm, sed à patre, & filio, ita quòd inter patrem, & Spiritum sanctum mediat filius, ergo procedit à patre per filium, & mediante filio, ita Alex. 1. p. q. 46. membro 6. S. Th. 1. p. q. 36. att. 3.

9 Spiritus sanctus cõuenienter dicitur donũ, quia donũ est datio irredibilis, ideſt, quod datur sine intẽtione retributionis, aliàs nõ erit donũ; ideo in dono includitur respectus ad donantem, ad eum cui datur, & consignificatur quòd detur ex amore, & quia Spiritus sãctus producitur ex amore, cõuenit ab æterno, & potest dõnari, conuenienter dicitur donum, quia de ratione doni nõ est quòd actu donetur, sed quòd *possit donari ex* amore, & velit donari, qui communicat donum.

10 Spiritus sanctus est donum per quod donãtur nobis omnia, nam procedit ex amore, & omnia donãtur nobis ex amore: ideo quamuis amor ex quo omnia donantur sit communis tribus personis, iure optimo appropriatur hoc Spiritui sancto.

11 Spiritus sanctus dici potest donũ nostrũ, quia nobis datur, similiter potest dici Spiritus noster, sicut filius dicitur redemptor noster: & Deus pater noster, creator noster, quia illic non insinuatur quòd Deus sit nobis, quòd Spiritus sit à nobis, sed potius quòd nos sumus Dei, qui possedit, & creauit nos, pater qui genuit nos, redemptor qui redemit, & liberauit nos, Spiritus

qui viuificat & mouet nos, ipse enim postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ideſt postulare facit. 4. Reg. 2. Obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me, ideſt, peto vt Spiritus sanctus, qui tibi dat duo, nempè facere miracula, & prophetizare, sic etiã mihi det ista duo, & non det vnum sine alio, nam tunc fit simplex, & minus vtilis ero Ecclesiæ, & synagogæ Dei. Ex charitate hoc petebat, sicut ergo ibi dicitur spiritus tuus, potest dici spiritus noster.

12 Ista est falsa, Spiritus sanctus est spiritus nostri, quia ille genitiuus denotat possessionem, au processionem sicut ad Galat. 4. misit Deus spiritum filij sui, ideſt procedentem è filio, hac ratione nullo modo potest ista esse vera, filius noster, loquendo de diuina persona: quia filius idem est quod procedens ab alio similis in natura, & filius solùm à Patre æterno procedit, Pater verò dicitur Pater noster, quia Pater est nomen principij, & sic est quod est principium nostrum, similiter spiritus potest mouere nos, ideo dici potest spiritus noster, non sic filius, ideo de filio dici non potest filius noster, lege sanctum Thom. 1. p. q. 36. art. 1. ad 3.

13 Cum datur gratia, dicitur quòd datur Spiritus sanctus, quia datur præcipuum donum, quod potest dari ex amore, & tunc inhabitat Spiritus sanctus in nobis, ita quod simul cum gratia datur ipsa persona Spiritus sancti, nec propterea dicimus quòd ipsa gratia & charitas sit Spiritus sanctus nõ effectus eius, vt dixit Magist. in 1. d. 17. sed quòd datur gratia quæ est quædam qualitas, & vltra simul datur Spiritus sanctus, legendus est pater Bañez. 1. p. p. q. 43. art. 3. abstineat tamẽ concionator ab hoc tanquam à re difficili: nisi fuerit peritus sciés se explicare.

14 Missio in cõmuni est processio alicuius ab aliquo principio in aliquem terminum, in humanis est cũ motu, & mutatione, cum imperio, & dominio, vt cum mitto seruum ad amicum, cũ Deus sit vbiq; & sit Dominus

omnium, & quælibet persona diuina sit Deus, sequitur quod missio in diuinis non potest esse cum motu, dominio au imperio: erit igitur missio in diuinis processio vnius personæ ab alia per originem ad sanctificandum creaturas, vnde missio dicit respectum ad creaturam, quam persona missa sanctificat connotãdo respectum emanationis ab alia persona: missio dicit vnum temporale & aliud æternum, sic Sap. 9. dicitur mitte illam de cœlis, Ioan. 6. Misit me viuens pater, Ioan. 8. Non sum ego solus, sed ego, & qui misit me pater, ad Galat. 4. quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, sic Ioan. 15. & 16. sæpè promisit Christus Spiritũ sanctum quem misit in die Pentecost. terminis missionis Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt ex Israël.

15 Duplex est ista missio, alia inuisibilis alia visibilis: inuisibilis cum diuina persona venit ad animam & inhabitat ibi, visibilis est cum diuina persona apparet in aliqua specie visibili, vt quando Christus apparuit in carne humana, Spiritus sanctus in specie columbæ.

16 Missio visibilis passiua est cum signo sensibili cognosci personam procedere ab alia, ideo est discrimen inter missionem, & apparitionem, ná apparitio est manifestatio alicuius, siue procedat, siue nõ procedat, ideo pater æternus potuit apparere, & tota Trinitas potuit specie imaginaria apparere Isaiæ, vt dicemus serm. 5. sed missio nullo modo potest competere patri qui nũquam in scriptura dicitur, missus: quia missio vltra apparitionem, addit manifestationem emanationis ab alio, & pater à nullo dimanat, nec procedit, ideo missio nõ potest cõpetere patri, apparitio potest cõpetere, ita Alex. 1. p. q. 74. membr. 1. quamuis pater non mittatur, nec dicatur missus, dici potest datus, quia dare, & dari non dicũt respectum emanationis, potest enim quis se ipsum dare, similiter dici potest quòd inhabitat ani-

mam, iuxta illud Ioan. 14. ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

17 Filio cõuenit missio, vt dictum est, similiter Spiritui sancto qui Matth. 3. fuit missus in specie colũbæ, Ioann. 20. in flatu super Apostolos, Actuum 2. in figura ignis, sed Spiritus sanctus non vniuit sibi huiusmodi naturas, siue species hypostaticas sicut filius humanitatem, ideo Spiritus sanctus non dicitur minor patre sicut filius qui de seipso inquit Ioan. 14. maior me est, cum enim ratione vnionis naturæ sit communicatio idiomatum vtrumq; stat simul, & quòd fuerit æqualis & quod fuerit minor, vnum ratione diuinæ personæ, alterum ratione humanæ naturæ, cum Spiritus sanctus non vniuerit sibi hipostaticè columbã nullo modo dici potest minor patre, quia cum nõ sit vnio hypostatica non est communicatio idiomatum.

18 Seraphicus Bonauen. in 1. d. 16. Richard. ibid. q. 5. Durand q. 3. docent non fuisse veram columbam habẽtem animam, nec verum ignem, sed solũ species apparẽres sicut ignis, nubi Moysis, in Matt. 3. dicitur vidi spiritum descẽdentem tanquam colũbam, & Act. 2. dicitur apparuerunt dispartitæ linguæ tãquem ignis, nec fuit illusio, aut mendacium, quia ibi nõ intendebat Dominus ostendere veritatem rerum apparentiũ sed mysterium, ideo erant signum ad quod sufficit dicere species, & similitudines. Flatus Christi Ioan. 20. cum insufflauit Spiritum sanctum in discipulos, videtur fuisse verus flatus procedens à Christo, quia fuit spiritus, & flatus viuentis, ex quo sequitur quòd in die Pentec. in linguis igneis nõ descendebat persona Spiritus sancti sicut descẽdit filius cum homo factus est, sed dicitur descẽdisse, quia linguæ erant signum specialissimum gratiæ tunc Apostolis collatæ; quæ gratia Spiritui sancto tribuitur.

19 Multum refert ad intelligenda plurima loca scripturæ, & autoritates sanctorum, scire quid sit propriũ

personarum, & quid sit appropriatum personis, proprium quidē est quod sic est vnius personæ, quod nullo modo cōuenit alij, appropriatum est, quod est commune tribus, quia tamē habet cōuenientiam cum proprio vnius personæ tribuitur illi, ac si esset proprium, tamen re vera est commune, manifestamus veritatē exēplis. Proprium primæ personæ nulli alij conueniēs est paternitas per quā pater cognoscitur distingui, & verè distinguitur à filio, & cōstituitur in esse patris: insuper proprium est patris habere esse improductum, quia est prima persona: proprium est secundæ personæ esse genitum consequēter esse filium, quia cōstituitur in esse personę & distinguitur ab alijs personis per filiationem: similiter proprium est Spiritus sancti produci per voluntatem, similiter producere Spiritum sanctum nō est commune tribus, quia solùm cōuenit Patri, & Filio: at verò æternitas cōmunis est tribus; ideo Athanas. æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus, & tamē æternitas appropriatur patri iusta de causa, nā æternitas est duratio tota simul carens principio, & quia pater nullū habet principiū productiuū sui ficut filius, ideo Patri nō Filio, nec Spiritui sancto appropriatur æternitas: ideo Dan. 7. de Christo dicitur, ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit i. ad æqualitatē Dei patris, vel ad dexteram Dei patris, ecce nomine antiqui dierum intelligitur pater, quia est primus in æternitate, in claritate, in essentia, propter hoc autem non est dicēdus antiquior, nec magis æternus. Speciei pulchritudo appropriatur filio, quia patris imago, vsus appropriatur Spiritui sancto, nam vti comprehēdit sub se frui in quātum vti est assumere aliquid in facultatē voluntatis, & frui est cum gaudio vti, quia Spiritus sanctus est amor conuenienter appropriatur sibi vsus: similiter patri appropriatur vnitas, quia vnitas est principium numeri, & inter tres intētiones generales communes omnibus rebus nem-

pè vnitas, veritas, & bonitas: vnitas est prima conueniens cum patre, qui est prima persona Trinitatis: veritas appropriatur filio, quia veritas est in intellectu, & filius producitur per intellectum: bonitas appropriatur Spiritui sancto, quia bonitas est in voluntate, & Spiritus sanctus producitur per voluntatem, ideo peccatũ ex certa malitia dicitur peccatum in Spiritum sanctum, peccatum ex ignorantia dicitur contra Filium, peccatũ ex infirmitate, & pusillanimitate contra Patrẽ cui tribuitur potentia, vt dicemus, ita Bonauent. S. Tho. 22. q. 14. art. 1. Hiero. & Chrysost. explicando illum locum Matt. 12. qui dixerit verbũ in Spiritum sanctum non remittetur ei, & Ambr. lib. 2. de pœnitẽtia. Verbum in filiũ, vt quãdo eum dicebant voracem, quãdo verò opera virtute diuina facta tribuebãt dæmoni, dicẽtes in Beelzebub eijcit dæmonia, erat peccatũ in Spiritum sanctũ. Patri cõuenienter appropriatur potentia, nam potentia habet rationẽ principij productiui, & quia Pater producit à se, & est primum principium omnium productionum, siue ad intra, siue ad extra, ideo conuenienter sibi atttribuitur potentia, similiter ratione dissimilitudinis, nam in humanis Patri tãquam antiquiori, solet deficere virtus, nè ergo existimetur sic esse in diuinis iusta de causa patri tribuitur potentia. In humanis solent filij esse patribus robustiores, sed minus pollet in eis sapientia propter breuitatem temporis, etiam hac de causa iustè attribuitur filio sapientia, vltra hoc quod, quia producitur per intellectum iustè sibi attribuitur, Spiritus, in humanis verum significare furorẽ, timorẽ, & inflationem, iuxta quod Isai. 26. dicitur. Spiritus robustorum, quasi turbo impellẽs parietem. Nè ergo putaretur Spiritus sanctus esse crudelis, aut inflatus, iustè bonitas tribuitur Spiritui sancto. Hæc doctrina est valde necessaria, aliàs appropriatum dicemus propriũ, & incidemus ex ignorantia, in errorem Petri Abailardi

dicentis potentiam esse propriam patris non appropriatam, sapientiam esse propriam filij, bonitatem Spiritus sancti: conuincitur error Psal. 16. vbi de filio dicitur, Dominus fortis, & potens: Dominus potens in prælio, Isa. 9. Deus fortis, pater futuri sæculi, de Spiritu sancto Psal. 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum, quomodo virtus, & potentia non est propria patris, sed conueniens filio, & Spiritui sancto, Ioann. 16. cum autem venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ergo scire omnia non est propium filij, qui dicitur Sapientia Isai. 11. Sapientia numeratur inter dona Spiritus sancti, huiusmodi ergo non sunt propria, sed appropriata, videndus est sanct. Thom. 1. part. quæst. 39. artic. vlt. Doctores in 1. dist. 31. & 34. Castro lib. 5. aduersus hæreses, verbo, Deus, hæresi. 13.

Omissi multa, sed pro concionatoribus ista sufficiunt.

IN FESTO SS. TRINITATIS expositio Euangelij.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Math. 28.

IHESV potestas data est, inquit Hieron. qui paulò ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, in cœlo, & in terra potestas data est, vt qui antea regnabat in cœlo, per fidem credentium regnet in terris, quibus verbis de sola manifestatione potestatis loqui videtur Hieronym. Ita vt nulla potestas de nouo sibi data fuerit, sed solùm manifestata fuit potestas quam habebat, quòd enim res dicatur fieri cum innotescit, te-

ſtatur Cyrilius lib. 9. theſauri cap. 3. & lib. 10. cap. 7. Baſilius, 4. contra Eunomium Auguſt. lib. 83. quæſtionum quæſt. 69. explicans locum 1. ad Cor. 15. Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tum & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſibi omnia, ideſt apparebit ſubiectus, ſic explicat illud, ſanctificetur nomen tuum, ideſt, appareat ſanctum nomen tuum, ſic illud ad Rom. 3. vt ſit ipſe iuſtus, ideſt, vt appareat iuſtus, ad Philippenſes 2. donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen 1. magnificauit, & clarificauit nomen eius, illud Apocalypſi. 5. dignus eſt agnus accipere diuinitatem, ideſt, vt appareat accepiſſe. Conſonat Remigius dicens, volens ergo Chriſtus etiam hominibus notum fieri, quòd data eſſet ſibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, prædicatores miſſit, qui verbum vitæ cunctis nationibus prædicarent, vnde ſequitur: euntes ergo docete omnes gentes: hanc expoſitionem ſequitur Martinus Cantapretenſis, hypothe. poſion. lib 9. regula 44. Hieronym. libr. 2. ſuper cap. Epiſt. ad Epheſios, explicans illa verba Iſaiæ 63. quis eſt iſte qui venit de Edon, iniquit angelos ignoraſſe myſterium incarnationis vſque ad tempus prædicationis Apoſtolorum. Idem docet Chriſoſtomus, Theodoretus, Theophilatus, & Eumenius ad Epheſios 3. in illa verba, vt innoteſcat principatibus & proteſtatibus in celeſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. Ambroſius tenendo hanc ſententiam, lib. de inſtitutione virginum cap. 5. inquit ignoraſſe vſque ad tempus Aſcenſionis, videndus eſt Dionyſius de cœleſti hierarchia, cap. 7. vbi hoc ipſum docet.

Philip. 2.

Hiero.

Iſai.

Chriſoſt.
Theodoret.
Theophi.

Ambroſ.

Hanc eandem ſententiam quantum ad inferiores angelos ſequitur magiſter in 2. Dij Alexandra. 2. p. q. 63. memb. 10. Aymo ſuper 3. cap. ad Epheſios loco citato, Syxtus Senenſis in ſua bibliotheca annotatione, 199. notanter dicunt inferiores, quia Gabriel qui an-

nuntiauit incarnationem, & plures alij qui in die natiuitatis decantauerunt pariter, gloria in Ecclesis Deo, sine dubio ante prædicationem apostolorum cognouerunt si angeli ab apostolis fuerunt edocti maxima hominum est excellentia, sed hoc reputat inconueniens sanctus Thom. explicans locum citatum ad Ephesios, quia qui minor est in regno cœlorum, Luc 7. maior est Ioanne Baptista, ac si dixisset sanctus Thom. nullus beatus etiam minimus edoceri debet, à quocumque viatore, etiam si fuerit, sicut Ioannes quo nullus fuit maior. Iuxta sententiam horum sanctorum possumus dicere, quòd in cœlo data est potestas, quia Angeli, qui in cœlis non cognoscebant, cognoscere cœperunt, & adorauerunt Dominum Christum, & sic potest intelligi illud Remigij: sciendùm, quòd antequam Dominus surrexisset à mortuis non erat Angeli subiecti homini Christo, intelligendum est de his quibus non fuerat reuelatum mysterium incarnationis: Nam de his, qui cognouerant intelligendum videtur illud Pauli ad Hebræos, cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei, videndi sunt expositores S. Thom. 1. p. q. 57. art. 5.

Dæmones ignorasse res est certa sine dubio, ita Aug. de ciuit. Dei, cap. 21. Hierony. & Chrysost. super illud Matth. 4. si filius Dei es mitte te deorsum, Ambro. super Lucam, cap. 4. sanct. Thom. vbi supra, neque obstat vidisse miracula Christi, & quòd Gabriel prædixit virgini mysterium incarnationis, quia sicut discipulorum euntium in Emaus oculi tenebantur nè eum agnoscerent, sic intellectus dæmonis fuit detentus nè eum agnosceret, quod colligitur ex Aug. loco citato, ex Ignatio quẽ refert Hier. Matth. 1. in illa verba, [cum esset desponsata mater Iesu,] vbi inquit, quòd ideo de desponsata conceptus fuit Christus, vt partus celaretur diabolo, & quamuis ratio non sit præcisa nisi aliunde celaret Deus, manifestè tamen apparet, quòd secundùm istum do-

Aug. *Hieron.* *Chrys.*

ctorem dæmon ignorauerit, neque obstat, quòd Marci
Marc 4. 4. exibant dæmonia à multis clamantia, & dicentia. [Quia tu es filius Dei,] quia illud dicebant ex suspitione, determinatè autem non cognoscebant esse filium
Paul. Dei. Colligitur ex Paulo, 1. Corinth. 2. vbi loquendo de Christo nomine sapientiæ inquit, quam nemo principum huius sæculi cognouit, vbi per principes intelliguntur dæmones, iuxta illud, princeps huius mundi eijcietur foras, verum est quod alij, vt Nicolaus, intelligũt hunc locum de principibus Iudæorum.

Iuxta hanc sententiam dicemus, quòd post resurrectionem data est potestas in cœlo, vt dictum est, & in terra, quia dæmones in visceribus terræ existentes cognouerunt, & adorauerunt Christum, exhibentes vinIacob. ctos suos, consonat Iacobus de Valentia, qui illum geminatum versiculum, Psalm. 33. Attollite portas, semel explicat de Christo descendente ad inferos, postea de Christo ascendente ad cœlos, fauet Aug. ibi.

Alij explicant præsentem locum, non de manifestatione potestatis, sed de ipsa potestate in se: nam quamuis à principio habuerit eam Christus Dominus, tamen non fuit in persona propria missus nisi ad oues, quæ perierant ex Israël: extra Israël, vel non prædicauit, vel fuit obiter cum transibat ad alias ciuitates, vt quando secessit in partes Tyri, & Sydonis, & occurrit ei mulier Cananæa: nec mittere discipulos ante passionem ad gentes fuit pręordinatum à patre. Hoc dedit illi. Hunc modum dicendi insinuat Beda dicens. Qui ante passionem suam dixerat, in viam gentium nè abieritis, surgens à mortuis dicit. Ite docere omnes gentes, iuxta hoc dicemus. Qui mandatum accepi à patre ponendi animam meam patri, obediens, omnia eius mandata seruans, missus ad oues, quæ perierunt ex Israël, dixi vobis, in viam gentium nè abieritis, nunc morte intercedente quam vt vltimum pretium acceptauit pater in redemptionem præuaricantis Adæ,

quando venit plenitudo temporis mittēdi vos ad gentes, dico vobis: euntes ergo. Huic expositioni fauet verbum. Euntes ergo. Illud Psalm. 2. postula à me dabo tibi gentes [Data est,] id est, iam non sum subiectus Malci alapæ, Pilati prætorio, nec cœli inclementiæ, quæ omnia possem à me repellere, propter vestram tamen salutem voluntariè sustinui, nunc iam assumpto glorioso corpore, constitutus sum in magna authoritate, excellentia, & potestate: quemadmodum enim gloria corporis propter merita vobis necessaria, priuatus, subiectus fui principibus: nunc incorruptibili gloria corporis, & animæ fruens, authoritatem habeo supra mortem, mors mihi vltra non dominabitur, consonat Theophilactus explicans illa verba Marci. Non bibam amodo de genimine vitis vsque dum bibam illud in regno meo: vbi inquit. Regnum, resurrectionem vocat, quasi tunc regnauerit contra mortem: sic Dauid, Dominus regnauit decorem indutus est, id est, resurgendo regnauit, sic Paulus ad Rom. 14. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur, hæc explicatio, quæ colligitur ex Caietano, non videtur multum congruere cum verbis sequentibus. Euntes ergo, &c.

Expositio Caiet.

Theoph. Marc.

In expositione huius loci supponendum est, Christum non habuisse temporale dominium, aut regiam potestatem, siue hoc sit, quia descendebat ex Dauid, vt existimat Burgensis super Matth. cap. 1. additione 2. concl. 3. Armachanus lib. 4. q. Armenorum, capit. 15. Quia incertum est, an esset magis propinquus Dauid quàm alij. Siue ex electione populi quæ non constat, imò oppositum habetur Ioan. 6. cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem. Lucæ 12. homo quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos, aut iure redemptionis, & dono patris, vt tenet Antoninus de Floren. 3. parte titu. 22. cap. 5. §. 8. & tit. 3. cap. 2. Burgensis,

vbi supra. Abulensis Matth. 25. q. 327. Galati. lib. 4. ca. 26. 27. & 28. Almaynus de potestate Ecclesiæ, ca. 8. & 15. &
Ioan. 17. videtur colligi ex hoc loco. Quia Ioannis 17. manifestè dicitur. Regnum meum non est de hoc mundo, & Matth. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Angelus ad Mariam, regni eius non erit finis, ergo regnum eius fuit æternum, & spirituale non tem-
Hieron. porale, ita Hieron. Hier. 22. ad finem. Ambrosius super
Ambros. Lucam, lib. 3. c. 5. vbi inquit, quòd regnum eius non erat
Bernard. in sæculo, sed super sæculum. Idem habet Bernardus, hom. 4. super missus est. Vbi inquit, quòd non habuit sedem temporalem, sed æternam: non typicam, sed ve-
Fulg. ram: non terrenam, sed cœlestem, idem habet Fulgentius sermone Epiphaniæ. August. super illud Ioann. 6. cum cognouisset Iesus, quia venirent, vt facerent eum regem. Videndus est sermone de innocentibus, & Epistola ad manducantes. Idem habet Lyra. super Lucam.
Lyra. Driedo. Vual. Victoria. Soto. Castro. Driedo lib. 3. de dogmatibus sacræ scripturæ, tract. 1. ca. 4. Vvadensis lib. 2. antiquitatum Ecclesiæ, c. 77. victoria relectione, 1. de Indis, num. 25. & relectione de potestate Ecclesiæ, q. 5. Sot. 4. de iust. & iure, q. 4. art. 1. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. Castro 3. aduersus hæreses, hæresi 3. sic illud Psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, idest ad prædicandum habeo authoritatem, & potestatem Isai. 61. Luc. 4. spiritus Domini super me, ad annuntiandum mansuetis misit me: Ioa. 18. Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Rom. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, id est, prædicatorem, congruit illud. Filius hominis venit saluum facere quod perierat. Venit, vt dissoluat opera diaboli, sic illud Isai. 45. mihi flectetur omne genu, id est ex omni gente venient adorare me, iuxta illud Pauli, omne genu flectatur, de hoc regno spirituali, intelligẽdus est, Dan. 2. nam ibi non longè à fine illius capitis dicitur. In diebus autem regnorum illorũ suscitabit Deus

cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, nihil clarius: hinc videntur desumpta verba Gabrielis. Regni eius non erit finis, tẽporali potestate vtebatur ad vsum spiritualis, sic fecit flagellum cum eiecit vendentes, & ementes, & mittẽs discipulos præcepit soluere asinam, per hunc modum Summus Pontifex authoritatem habet super omnes reges: vltimò probatur ad Hebr. 2. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum, ergo regnum eius erat contra potestatem diaboli, ergo erat spirituale; Vt amplius rem explicemus, in potestate, & dignitate regum considerandasunt quatuor, nempè ius ad regnũ, iusiurandum quo regnum, & ciuitates astringuntur regi, actualis possessio, & denique actualis administratio. Primum nempè ius ad regnum spirituale, modo supra dicto, habuit Christus ab instanti conceptionis, ita Lyranus ad Heb. 2. quia indignum erat hoc deesse, cui dictum est, Psalm. 2. Filius meus es tu, quod nulli angelorum dictum est, ad Hebr. 1. vbi etiam dicitur. Quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula, cum talis authoritas fuerit quid creatum, & donum exterius, à tota Trinitate donatum est homini Christo. Secundùm nempe, iusiurandum quo inferiores astringuntur, non fuit necessarium, quia Deus ratione creationis absolutè est dominus omnium, ideo non habet necessitatẽ exigendi iuramentum, præstandæ sibi obedientiæ, & cum ipse proposuerit Christum propiciatorem ad Rom. 3. & non sit aliud nomẽ datum hominibus; in quo oporteat saluos fieri, Actuum 4. Non fuit necessarius noster consensus, sed debemus illum suscipere, nemo enim ad Rom. 11. prior dedit illi, id est, à nullo accipit Deus. *A todos da adelantad*, fuit tamen necessaria annunciatio, & manifestatio veritatis, vt cognosceretur Regibus per stellam, innotuit pastoribus per Angelos, Apostolis per Christum, Paulo mirabiliter ipse Christus apparuit, propter quod eius conuersio fuit miraculosa, & hac de

causa celebratur ab Ecclesia, gẽtibus innotuit per Apostolos, Angelis maior erat ratione vnionis, ideo illum semper venerati sunt. Tertium nempe actualem traditionem dominij & possessionem ex parte habuit Christus ante passionem, nam dum viueret, instituit sacramẽta, remittebat peccata, & hoc habuit ex meritis suis, incedebat tamẽ humilis, passibilis, subiectus Pilati prætorio, ab omnibus istis passionibus fuit liber post resurrectionem, & hoc modo dici potest, quod fuit sibi data potestas, quia habuit vsum & executionem, hoc Paulus ad Rom. 14. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & mortuorum, & viuorum dominetur, vt iam nulli sit subiectus etiam quò ad vsum, vltimum nempe, quod exerceat dominium super omnia, ita quòd omnia sint sibi subiecta, dicendum quod quemadmodum *Deus in creatione mundi*, spatio sex dierum creauit omnia: cum quo stat, quòd modò pater operatur, & filius etiam producendo singularia, sic omnia, cœlestia, terrestria, & quæ erant in inferno subiecta fuerũt Christo, cæterùm cum quotidie noua fiant, nondum omnia subiecta sunt Christo, nam relatio dominij & seruitutis requirit extrema habere esse, sic omnia nondum sunt subiecta, sic illud ad Hebræos 2. nec dum videmus illi omnia subiecta, vbi Glossa interlinearis. Quotidie aliqui, sed non omnes, donec in iudicio, id est, quotidie subijciuntur aliqui, sed omnes non ante iudicium, Nicolaus, non videmus subiecta omnia, quantum ad executionem, ad Rom. 1. non omnes obediunt Euangelio, Isa. 45. habetur ad Rom. 14. egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei, loquitur de vsu & cognitione, ideo addit Paulus, omnis lingua confitebitur Deo, ad Philip. 2. omnis lingua cõfiteatur, &c. antea prædixerat, in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorũ, &c. ad Colloss. 1. adimpleo ea quæ desunt

passionum Christi in carne pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius corporis factus sum ego minister, id est, passioni Christi nihil deest, requiritur tamen vt annuncietur, vt gentes veniant ad obedientiam Euangelij, de hac potestate illud Psalm. 2. postula à me dabo tibi gentes hæreditatem tuam, Psalm. 71. Deus iudicium tuum regi da, Psalm. 85. da imperium tuum puero tuo, Dan. 7. dedit ei potestatem, & regnum, hæc potestas fuit figurata in Salomone, posito in throno regio, in Ioseph gubernante Ægyptum. Omnes ferè expositiones complectitur illud Apoc. 5. dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem & diuinitatem, sapientiam, & fortitudinem, honorem, gloriam, & benedictionem, ideſt, qui visus est mortuus non existimatus Deus, sed peccator dignus est vt appareat habens virtutem contra vitium, diuinitatem, contra mortalitatem, ne hominem purum homines existimarent, sapientiam, ne existimarent passum fuisse ex ignorãtia: dignus est accipere fortitudinem contra infirmitatem, impassibilitatem contra passibilitatem, hanc de nouo accepit, antea passibilis erat. Dignus est accipere honorem, qui antea humiliatus fuerat vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum pater, dans nomen quod est super omne nomen, cum honor secũdùm S. Thom. 2. 2. quæst. 102. art. 1. excellentiæ existentis in homine sit testimonium, maximæ illius excellentiæ quæ est secundùm virtutem, non secundùm diuitias & fortitudinem, & testimonium dicat respectum ad testificantem (ideo honor non est in honorato, sed in honorante) sequitur ab aliquibus accepisse honorem, de nouo, nam prædicantibus Apostolis multitudo conuersa est populorum dicentium peccauimus & impiè gessimus, cum in Christo virtutes fuerint in summo, & honor debeatur virtuti, rectè sequitur Christum esse maximè honoratũ, cum humiliari exaltari opponatur, sequitur quòd si Christus summè fuit humiliatus vsque ad crucem,

quòd fuerit summè exaltatus vsque ad cœlum Empyreum, de quo Sermo. de Ascensione: ideo si alius fuisset humiliatus vsque ad mortem crucis, non esset ita humiliatus nec dignus tãta exaltatione, non solùm quia non faceret illud ex tanto charitatis ardore, sed quia non esset tanta persona, sic idem actus exterior non esset tanta humilitas, sic illud Psalm. 68. tu scis improperiũ meum, & confusionem meam, id est pater tu qui nouisti me filium, quem intelligendo essentiam tuam produxisti, cognoscis perfectè quanta fuerint opprobria & improperia à Iudæis mihi irrogata, nullus alius alterius naturæ à nobis, cognoscit plenè dignitatem meam, sic nullus sicut tu cognoscit improperium meum. Eluescit ex dictis locus Pauli ad Philippen. 2. exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ideſt, exaltauit illum propter humilitatem & improperia vt dictum est, non esset sufficiens præmium, nisi simul clarificaret nomen eius, faciens vt ab omnibus cognosceretur, & omni loco clara cum laude esset notitia eius: nam sic non aliter adimpletum fuit illud Ioan. 17. Pater clarifica filium tuum, adimpletum quoque fuit quod sequitur, clarificaui reuelando omnibus gentibus, hoc est quod deest ex auctoritate. Apoca. 5. nempe accipere honorem & gloriam, ideſt, claram cum laude notitiam, nunc sequitur in textu. Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & super terram, & subtus terram, & quæ sunt in mari, & quæ in eo sunt omnes audiui dicẽtes, sedenti in throno, & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sęculorum, ferè omnia opposita proponit nobis Isai. 53. vidimus eum, non erat ei aspectus, desiderauimus nouissimum virorum, virum dolorum, reputauimus eum quasi leprosum percussum à Deo, & humiliatum, sic intelligendum est illud Petri 1. c. 3. quæ est in dextera Dei profectus in cœlum subiectis sibi Angelis, vbi inquit Gloss. Semper Angelos subiectos fuisse filio Dei non dubitamus, sed ideo subiectionis meminit

meminit vt assumptam humanitatem, in resurrectione sublimatam monstraret: aut exponi potest quantum ad actualem possessionem supremæ sedis, ideo præmisit. Qui est in dextera Dei, quomodocunque fit, intelligendus est locus, iuxta aliquam explicationē ex tribus quas præmisimus, Nicolaus inquit, quòd per tres ordines Angelorum intelliguntur omnes.

Data est simpliciter & de plano dicamus, scitis quod data est mihi potestas ab eo qui me ipsum filium suum vnigenitū vobis dedit, ergo falsum est quòd filius non sit à patre, ergo non solùm erat filius fabri, nam ab eo non potuit hanc potestatem accipere, ergo falsum est quòd sit duplex dominium, sed vnum ab vno, ergo regnum Dei non est diuisum, ergo non in virtute Belzebub habebat, quia Belzebub non habet potestatem in cœlo. Euntes ergo docete omnes gentes, id est, si potestas data est, si plenitudo temporis venit, quando plenitudo gentium vocanda est, & mysterium Trinitatis, & passionis meæ iam consumatum, gentibus annuntiandum est, si thesaurus absconditus nulli prodest, consequens est vt statim sine mora eatis, emphasim habet coniunctio illatiua, Ergo, quæ rarò vel nunquam inuenitur, ideo in illa vis est facienda. Ergo Apostoli non fuerunt pseudo Apostoli, ergo non est prædicandum nisi mittantur, Præter nomen meum non est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat saluos fieri, datum est vniuersale ac generale remedium, non particulariter, sed vniuersaliter, docete omnes gentes. Non mitto vos ad vnam vel duas prouincias, ad vnam aut duas ciuitates, sed ad omnem gentem, ad omnem terram: peragrate maria, circuite mundum, vocate cunctas nationes, docete omnes gentes, in omnem terram, exeat sonus vester, *no aya potentado ni reynado cesar ni solar* vbi non annuncietur nomen meum: In veritate semper vidi quòd non sit acceptor personarum pater meus, sed in omni gente & natione à tempore passionis, & resur-

rectionis meæ acceptum est illi: ideo sicut misit me pater ad oues, quæ perierunt ex Israël, ita mitto vos ad omnem gentem, & populum barbarámque nationem quantuncumq; semotam & ab Hierusalem elongatam. Credere nullo modo possunt sine prædicante & proponente credibilia, instruite, & docete quid credere, quid operari eos oporteat, *dezid lo que ay en nuestra religion*, catechismus baptismum præcedat, vt liberè & voluntariè non vi, & coactè recipiant nomen meum, *milicia es de volútarios, no galera deforcados*, ergo falsum quòd ex defectu doctrinæ aliquis dãnetur, ergo falsum quòd Christus non sit legislator, baptizantes abluite & lauate eos à sordibus originalis peccati quod ex primo parente contraxerunt: & quia hoc sacramentum cæterorum sacramẽtorum ianua est, in quo quis efficitur professor fidei conferte illud sub præcipui articuli forma dicentes: in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Non vniformiter dixit baptizate, sicut docete, aut docentes sicut baptizantes, sed dixit docete baptizantes, ad denotandum quòd per seipsos deberent populos docere, baptizare siue per se, siue per alios, ideo non dixit baptizare: baptizare enim multum impedit officium prædicationis, ideo siue per se, siue per alios id facerent, non erat inconueniens, cum prædicatio requirat specialem gratiam & donum spiritus sancti, quod Apostoli ab eodem spiritu iam habebant: per seipsos debebant prædicare, ideo dixit docete, cum baptismus cõferat gratiam ex opere operato, & hanc causet per malum sicut per bonum ministrum; non requirebatur quòd Apostoli per seipsos baptizarent, ideo Paulus, 1. Cor. 1. ait, non me misit Dominus baptizare, sed euangelizare, id est, principaliter non me misit baptizare, sed euangelizare, ideo addit neminem vestrum baptizaui nisi Crispum, & Caium, ex quo sequitur quòd per ministrum illud officium exercebat, prędicationis vero officium per seipsũ, quia ad hoc sibi data fuerat gratia qua plus cunctis la-

borauit, vnde Matth. 20. pater familias per seipsum exijt conducere operarios, per procuratores verò mercedem reddidit, ergo falsum est quòd sacramenta non sint instituta à Christo: ergo baptismus sine doctrina non saluat, nec fides sine operibus sufficit, nisi seruent quæ Deus præcipit. Ecce ego vobiscum sum, mittere vos sine pera, sine sacculo ad gentem barbaram frementium bestiarum syluam, ad destruendum dæmonum cultus sacrilegiorum impietatem: iugum asperum est onúsque graue, *rebentones y cuesta arriba*, & sine me tale munus subire minime poteritis, ne terreamini nec deficiatis, quia ecce vobiscum sum, ego qui in me ipso cum patre, & Spiritusancto sum alpha & omega, principium & finis: Ego qui in mundo sum sicut rector & author, in Angelis sicut sapor, in Ecclesia sicut pater familias in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in reprobis sicut pauor & horror, in vobis sicut protector & adiutor fortis, & si ascendero in cœlum oculi mei in vos respicient: semper ero præstans auxilium, conferens gratiam, qua iugum meum suaue est, & onus meum leue, *con esto se allana la cuesta arriba, y facilita tota difficultad.* Vsque ad consummationem sæculi non solùm vobiscum ero, sed omnibus successoribus vestris adero. Vsque ad cõsummationem sæculi, quia doctrina mea, & Ecclesia mea in perpetuum est duratura: ideo in perpetuum cum iustis ero, qui nunquam deficient, mors enim & angustia non separabunt eos à charitate mea, nec portæ inferi aduersus hanc Ecclesiam meam poterunt prævalere. Hæc de litera. Propositis tribus distinctionibus de altissimo Trinitatis mysterio, & euangelici textus explicatione peracta, duo restant peragẽda, in primis aliquibus concionibus proponetur mysterium, & deinde concionibus alijs Euangelium elucidabitur.

PRIMA CONCIO.

Dei vnitas cognoscitur ex creaturis, cœli illam enarrant, Trinitatem non cœli materiales, sed Apostoli enarrauerunt, exemplo splendoris, & solis suadetur Trinitatis mysterium.

OMNIS numeri principium est vnitas, numeri transcendentalis vnitas transcendentalis, prædicamentalis, vnitas quantitatiua & prædicamentalis, ita Aristoteles 5. Metaphysicæ text. com. 12. & 10. Metaphysicæ text. com. 20. est autem numerus, multitudo & pluralitas vnitatum, diuinarum personarum numerus, transcendentalis, non quantitatiuus est, vnitatem diuinæ naturæ supponens: hãc vnitatem posse cognosci ex creaturis, testatur Apostolus ad Rom. 1. dicens. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, id est Deus, eiusque omnipotẽtia & virtus, cæteráque diuina attributa quæ inuisibilia sunt, sicut ipse Deus cognoscuntur ab homine, in quo præcipuè relucent attributa, ita S. Thom. & non solùm ab homine, sed per ea quæ facta sunt, id est, per alias creaturas quæ cum quotidie fiant, sine Dei fatigatione & labore maximè indicant indeficientem, sempiternámque virtutem Dei. Origenes super istum locum, & homi. 3. super Cantica, per inuisibilia Dei intelligit creaturas Angelicas, consentit Ber. hom. 2. super Cant. magis placet intelligere diuina attributa, nam facilius est ex his creaturis intelligere diuina attributa, nempe sapientiam, bonitatem, quàm intelligere esse Angelos inuisibiles, alludit Apost. ad illud Sapientię, magnitudine enim speciei & creaturę cognoscibiliter poterat creator horũ videri.

Arist. diffi. numeri.

Sap. 13.

Suadetur veritas ratione, quicquid est in effectu excellentiori modo est in causa quæ non producit nisi supposita quadam abundantia quæ redundat in effectum, cum ergo in omni ordine essentiali, sit deueniendum ad vnum primum ens, sequitur quod in genere entium deueniendum est ad vnum primum ens, continés omnem perfectionem, cum quælibet creatura sit effectus creatoris, quælibet indicat suum factorem, ideo quæ in ipso Deo sunt inuisibilia, sicuti Deus inuisibilis est, in effectibus sunt visibilia, quia quælibet creatura vestigium est creatoris, per quod in cognitionem illius deuenimus, licèt obscuram: sic inuisibilis in suis visibilis est in nostris, cognosco te dicebat Augu. non sicut tibi es, sed sicut mihi es.

Terra fundamentum cæteratum rerum, quas omnipotentis condidit manus, *cimiento de la casa que hizo Dios al hombre*, firmitate sua Dei firmitatem ostendit: Aqua transparentia & magnitudine sua, magnitudinem & claritatem Dei ostendit; Aër sensibilis existens inuisibilis tamen, ostendit Deum inuisibilem esse: sæpe nauem contra intentionem rectoris dirigentis in portum desideratum in contrariam partem impellit, ergo nimirum esse Deum inuisibilem dirigentem omnia in proprium finem, ideo Dauid: Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua, *Anda Dios con compas en la mano, y con esquadro en cinta*, nec aliquid reprehensibile in creaturis inueniatur, *para que quede sin desigualdad, y tacha y no aya vn fino*, vnumquodque elementum proprium occupat locum, conuenientia sibi accidentia habet, *no ay vn trocado ni demasiado*, nihil superfluum aut diminutum, *no ay vn tilde mas ni mengua*, in Dei operibus, si aliquid tolleretur dissolueretur armonia mundi, omnia in numero pondere, & mensura facta sunt, *no ay adarme, de peso ni soplo de ayre demas*, in magnis relucet potentia, in paruis prouidentia, in coordinatione horum & illorum, miráque eorum dispositione, splen-

det bonitas, & sapientia attingens à fine vsq; ad finem, suauiter disponens omnia, ideo Isaiæ cap. 6. Seraphin alternatiua voce decãtant, sanctus, sanctus, sanctus, plena est omnis terra gloria eius, *con colmo y sin mengua*, plena est omnis terra Dei gloria & maiestate, quia in omni creatura splendet gloria creatoris: gloria enim clara est cum laude notitia: illum glorificamus, cuius famam, & notitiam longè latéque diffundimus, vt nullus sit qui ignoret, quem glorificamus: omnis ergo creatura promulgat gloriam sui conditoris, & prouocat ad laudem sui factoris, ad quam incitans nos Dauid Psal. 94. inquit. Venite exultemus Domino, ibi, quoniam ipsius est mare, ipse fecit illud, aridam fundauerunt manus eius, ac si dixisset, homines quorum cognitio incipit à sensu, hilares, & læti manifesta lætitia extra saltantes (hoc enim est exultare) debent in vnum congregari, & simul se excitare ad laudandum Deum, eo quòd fecit mare, eo quòd fundauit terram, quæ est domus quam habitant homines cunctáque animantia, quam mare corpus magnum ferè semper inquietum existens, vndis tumescentibus, & frementibus continuò minatur velle cooperire & redire ad locum suum, vnius verò conditoris, & factoris, qui Genes. 1. dixit congregentur aquæ, verbo subiectum: nunquam audet iterum, vniuersaliter cooperire terram, sed fluctibus ad litus veniẽtibus confractis, conuertitur retrorsum, quia terminum posuit Deus aquis, quem non transgrediuntur, Circundedi illud (inquit Iob,) terminis meis, posui vectem & ostia, dixi, vsq; huc venies, & non procedes amplius, hic confringes tumescentes fluctus tuos: non præstaret mare hanc obedientiam, nisi esset Domini, est autem Domini iure creationis: quia ipse fecit illud, iuxta quod inquit Dauid. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas, dicendo ipsius est mare, ipse fecit illud: destruit errorem dicentium, aquam esse materiam primam coæternam Deo, à nullo genitã,

Creaturæ dicunt esse Deum, postea contra idololatras vtimur negatiua, non sum Deus. Psal.

Post generale diluuiũ nullum fuit aliud general. bene particul. Iob 38. Psalm. 88.

conuincitur ex illo, Prouerb. 8. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, id est, quando non erāt maria, quæ per abyssum intelliguntur, ergo aqua non est coæterna Deo, neq; eius sapientiæ, clarissimè Psal. 45. qui fecit cœlum & terrā, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Quamuis ex prædictis sit maximè laudandus Deus opifex rerum, mundi totius origo: maximè laudandus est, ex hoc quòd aridam, id est terram, tantæ & tam immensæ grauitatis, aqua superimposita nouam grauitatem adijciente, fundauerunt manus eius, quæ non solùm illa superiora operatæ sunt, sed hæc minima, infimúmque elementum terræ, & materiam primam: per quod reuincitur error Seleucij, & Hermiæ, dicentium materiam primam non fuisse creatam à Deo, contra quos scribit Aug. libro de hæresibus, ca. 59. Chrys. hom. 2. super Gen. vbi hunc errorem tribuit Valentino, Martioni, & Manicheo, videndus est S. Thom. expositores ibidem, 1. p. q. 44. art. 2. *Aug. Chrisost. S. Thom.*

Ex vtriusque elementi fœdere maximè laudandus est Deus: aqua enim, siue irrigua, siue pluuia, terra humectata generationi apta redditur, quia nihil de terra genitum absque humida essentia, natura consistere patitur: semine autem, aut ab homine iacto, aut motione aëris ab herba iam sicca excusso, in terram cadente per singulos annos facit fructum iuxta genus suum: herba virens, quam terra humida, magni luminaris, quod præest diei concurrente virtute, producit, animalium est pabulum, & alimentum. Terræ autem, tanquam antiquissimæ omnium matrum, author naturæ, amnium fluenta copiosósque fontes, velut mammas dedit, vt stirpes rigentur, & animalia copiosum habeant potum, ideo terra, mensæ paratæ, & refertæ cibis, & potus similitudinē habet. Omnibus prædictis creaturis, tanquam omnium creaturarum maior creatura, omnium linguarum expeditior lingua, exiſtit Cœlum, gloriam sui conditoris clarius manifestans, ita Dionys. *Dion. 3. de cæleſti Hie.*

Damasc. lib. 1. c. 9. Iob. & Damasc. non obscurè vir simplex, rectus, ac timens Deum nomine Iob, patientiæ patriarcha, ac tollerantiæ exemplar illustre, cap. 12. ostendit dicens. Interroga iumenta docebunt te, volatilia Cœli indicabunt tibi, loquere terræ respondebit tibi, & enarrabunt pisces maris, ac si dixisset. Terra, aqua, aër, suis decorata animantibus, linguam habent, gloriam sui conditoris promulgant, balbutientes tamen linguæ sunt non expeditæ, obscurè & confusè loquuntur, ad tēpus tacent, non nisi ad interrogata respondent, interrogatione facta, id est attentè considerata, indicant suum conditorem. Econtra Cœli interrogatione non facta, opportunè importunè sine intermissione loquūtur dicētes, magnitudinē nostram, magnus Dominus laudabilis nimis fecit, Solis splendorē, micātes stellas, cōcinos cursus siderū & planetarū sine interruptione, ipse causat: ideo c. 38. Cœlorum rationē concētum cœli quis dormire faciet? ac si dixisset. Nemo resistere poterit velocissimo, & regularissimo motui cœlorum, cæterę creaturæ continuo mutantur, elementa ex parte corrumpuntur, absente sole non videntur, ideo ad tēpus, non perpetuò loquuntur: at verò cœlū dum incorruptibile est, totam terram cæteráque elementa sub se continens, clarissima solis luce per diē apparens, Lunæ eius vicariæ, & stellarum splendore per noctem, sese nobis ostendens, semper est patens, nunquam latens, indeficiens lingua est, nunquam tacens, semper enarrat gloriam Dei: enarrare namque, est referre clarè, & distinctè, quod in prælio, aut in foro contigit, si confusè, & per signa refert non propriè enarrat: vox enim vt colligitur ex Aristot. confusum signum est, animalium, loquela humana est vox continens coordinatam vocum pluralitatem, vt in hac oratione. Dixit Dominus Domino meo: quemadmodum ergo se habet vox ad loquelam, sic cunctæ creaturæ respectu cœli, ideo sicut loquela clarè, & distinctè enarrat, sic cœlum clarè & distinctè indicat suum factorem,

Aristo. 1. de anima.

Simile. Hier. Mat. 8. in illa verba surgens imperauit ventis.

Psalm. 18.

todos viendole dizen, bendito se à quien tal belleZza crio, quocũque fis loco, cœlum si aspexeris, videbis illum narrantem gloriam Dei: non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, inquit Hiero. sed quia præbent occasionem cognoscendi Deum, Cœli enarrant gloriam Dei, ideſt omnes creaturæ mouent intellectum ad cognoscendum suum creatorem, & inter corporales creaturas rationis expertes, principatũ obtinet cœlum: ideo cunctis creaturis prætermissis, Cœlorum specialẽ fecit mentionem, quia præ cæteris clarius indicat suum factorem. Mirabilia & speciosa huius prouinciæ nõ habentur in alia, cœli mirãda pulchritudo, Dei pulchritudinem, & magnitudinem ostendẽs vbiq; est. Vates, ariolos, & diuinos Mẽphis & ciuitas Ægypti habuit, mundi sapientes nutriuit Græcia. Amazone mulieres fortes & robustæ, in Scithia propè Tanaym fuerunt. Carbunculũ sic dictum, quia est, vt carbon ignitus, cuius fulgor nocte non vincitur, sed in tenebris lucet, vt ignis scintillat, colori maris similis Ethiopia producit. Saphirus, cœlo sereno colore similis cor lætificans discordias reconcilians, licet pluribus locis habeatur, optimus tamen in India Orientali inuenitur. Longi latíque muri & horti pensiles in Babylone fuerunt, mirabiles pyramydes Ægyptus habuit, grandis statua Colossi Rodijs quondam fuit, sumptuosum Mausoleum vxor Regis Cariæ constituxit. Grandiosum templum Dianæ, Ephesus ciuitas Yconiæ habuit, fluxum & refluxum mirandum, Oceanum, non Mediterraneũ mare patitur: micantes stellæ, solis splendor, cœli miranda pulchritudo & magnitudo vbique terrarum est. Cęcus est qui lumen solis non intuetur. Firmamentum octauum tenens locum, in quo stellarum plurima existit multitudo, varios annuntiat inferiores effectus, nam media astrorum virtute, plures & diuersos effectus causat manus omnipotentis, alia hieme, alia verno tempore generantur, & corrumpuntur, secũdùm astro-

Mirabilia mundi.

rum, & planetarum prædominium. Quarta die (inquit Philon, de officio mundi) cœlum picturis exornauit Deus, non quòd terræ id posthaberet, dans inferiori naturæ priuilegium, potiorem verò, ac diuiniorem naturam (nempè cœlum de quo est sermo) secundo loco ponens, sed vt euidentissimè imperij sui potentiã ostẽderet: quippè qui præuidens opiniones nondũ creatorum hominum, qui solis, ac lunæ cursibus, æstiuis, hybernis, autumnalibus mutationibus annorũ terræ prouentuum, omniúmq; pascẽtium acceptum, laturi essent siderum cœlestiũ ambitibus, Ac si clarius dixisset. Sol, lunáque tantæ sunt pulchritudinis, qnòd conueniẽter Deus, non prima, sed quarta die creauit, vt homines certò scirent non esse Deum, & primum principium rerum quas causat, & generaliter. Ideo primò creata sunt alia plurima, non quia nobiliora, sed nè homines tribuerent soli & lunæ primam causalitatem, sed scirent esse creaturas, à prima causa, quæ cætera ignobiliora causauit, productas: iam enim cognoscebat Deus errores eorum, quia adoraturi erant solem, existimantes esse primam causam: non verò errarent, si soli, solùm tribuerent causalitatẽ, vt causæ secundæ. Ex quibus constat, quantæ excellentiæ sit sol, & quomodo cœlestia habeant symbolum cum Deo, si quidem diuina sunt existimata. Quid potest esse tam apertum (inquit Cicero secundo de natura Deorum) Cœlum si suspexerimus cœlestiáque contemplati simus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis? antiquissimus Trismegistes inquit; vniuersa hæc rerum natura perinde est, ac liber literis exaratus. Basilius homil. 1. exameron inquit. Verè mundus est ludus literarius, in quo animæ nostræ Dei cognitionem perdiscunt, & alibi inquit. Vniuersi orbis istius moles, & machina est veluti quidam liber scriptus.

Sol quace. 4. die nũ 1. fuerit creatus.

Cicero.

Iuxta prædicta dicimus. *Que es la criatura mi Dios vn vestigio, por donde terastreo vn christalino antoio por don-*

de te veo, otero donde te descubro, vos que me despiera ymagen imperfecta que te representa. Cum cœlum, & astra annuncient futuros effectus, qui annunciant suum conditorem, consequens est, quòd cœlum sit lingua linguarum. *Vos en grito denuncia que ay Dios, libro es de comunidat siempre abierto, esculela donde se ensegna tu conoscimiento mi Dios. Coro donde se cantan tus ala banças oraculo que da boces quien tu eres.* A magnitudine ergo cœli, magnitudinem tuam domine cognosco, ex rotũditate eius perfectionem tuam, & splendore solis & mira stellarum dispositione pulchritudinẽ tuã, ex immobili cœlo immobilitatem tuam, ex mobili cœlo quod indesinenter, & regulariter mouetur indeficientem virtutem tuam à cõsilio, & excognitione mouentem tam immensam magnitudinem. *No ay relox tan concertado que no se desconcierte*, ex defectu dirigentis: at verò motus cœlorum, cursus siderum, semper concini, semper recti nunquam obliqui sunt, eorum cursus causat diem & noctem, caliditatem, & frigiditatem, pluréscq; alios effectus, in quo manifestas bonitatem & prouidentiam tuam, dum aperis manum tuam imples omne animal benedictione, lege Isaiam, c. 42. vbi ex extensione cœlorum suadet Deus, se esse potentem admittendum redemptorem dicens, hæc dicit dominus creans cœlos, & extendens eos, & subdit de filio misso in mundum. Ego dominus vocaui te in iustitia. Proh dolor! eo quòd tam manifesta veritas fuerit obscurata, & deorum pluralitas introducta, omníscq; caro à suo illo maximo, venerandóque creatore, & amplissimo huius mũdi fabricę moderatore declinauerit, abiẽs post alienos, & falsos Deos. Solem quem Apollinem dicebant Assirij, Persæ, Ægyptij plurimæque aliæ nationes adorauerunt. Lunam quam Dianam appellabant Rodij, Cypri, Arcadij, Ephesij, coluerũt, quã Ægyptiæ mulieres cum parturiebant, inuocabant. Caldei, ignem vt Deum sunt venerati. Testis est Aug. 8. de ciuit. Dei

Epitheta cæli.

Idololatriæ quando inc epit.

cap. 5. cœpit Idololatria secundùm Hebræos à tẽpore Enos, qui Gene. 4. cœpit inuocare nomen Domini. Ita Hierony. quæst. Hebraicis explicans illum locum vbi ex mente Hebræorum, inquit tunc primùm in nomine domini, & similitudine eius fabricata sunt idola, idem habet glossa, Lyran. Diony. Cartuasia. Abulens. super Gen. q. 17. Genebrardus in suo Cronic. lib. 1. non est autem intelligendum, quòd prædictus Enos fuerit inuentor idololatriæ cum eum laudet scriptura, sed quòd eodem tempore quando iste cœpit inuocare nomen Domini specialibus orationibus, vel imaginum cultu cœperint filij perditionis tribuere idolis diuinum honorem.

Hierony. Lyban. Abulen. Genebrar.

In istis minor est querela quàm in Ægyptijs, qui è terra Tauros, Arietes, hircos, amplius immanes leones, ex serpentibus Aspidem, ex aquis Crocodilum, diuino honore sunt prosecuti: redarguit eos Paulus ad Rom. 1. dicens mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, volucrum, & quadrupedum & serpentum: non enim defuerũt, vt refert patr. Castro (verbo idololatria) qui serpentem in quo tentatus fuit primus parens fuerint venerati, sed adhuc in istis minor culpa quàm in illis qui appellauerunt Deos, opera manuum hominum, aurum, argentum, lapidem inutilem, sculptilia, artis inuentionem, qui potius se ipsos possent venerari, quia ampliorem honorem habet domus, qui fabricat illam, ad Hebræos. 3. & vniuersaliter melior est artifex, quàm opus factum ab eo. Deficiet me tẽpus enarrãtem de idolorum, & deorum diuersitate, cũ Eusebius lib. 5. præparationis Euangelicæ, cap. 11. referat ex Hesiodo fuisse triginta millia Deorum, beneplorat Isai. c. 2. dicens. Repleta est terra eius idolis, opus manuum suarũ adorauerunt quod fecerunt digiti eorum, ac si dixisset quemadmodum opera digitorum Dei enarrant gloriã eius, & iuxta seraphicam vocem Isai. 6. plena est om-

Heb. Euseb. c. 11. Isaia. 2.

nis terra gloria eius, sic è contra inuidia demonis idololatria est introducta, & digiti hominũ fecerunt. Idola quibus repleta est omnis terra, noster Deus cœlum, & terram implet, *cabal a todo satisfacey prouee.* E contra, cũ idolorũ, quæ sunt opera manuum hominum, artis inuentio: nullum sit sufficiens, innumera sunt fabricata vt multitudine eorum possit repleri terra, *hizo se el demonio mona de Dios anublando el diuino conocimiento* replendo terram idolis sicut erat plena maiestate Domini, *Quiso competir con su Dios,* inexcusabiles omnes isti, quia cœli enarrant gloriam Dei, à quorum magnitudine cognoscibiliter poterat creator horum videri, & infirmitas creaturarum quas diuino honore sunt prosecuti, detegi: nam quæ sub cœlo sunt, ortum habent, ratione materiæ ex qua constant corruptioni dum sunt obnoxia, non sub modio & in obscuro dicunt, ipse fecit nos. Terra dum ex parte corrumpitur, dicit. Non sum Deus, dum perpetuò stat, clamat, me fecit Deus, ideo secundùm Aulum Gelium lib. 2. c. 26. Rom. Deo ignoto, qui terram tremere faciebat templum dedicauerunt. Iusta quod Dauid, Psa. 75. Terra tremuit, & quieuit &c. Mare dum cõtinuum habet fluxum, & refluxũ, semper inquietum existẽs, cuius tumescentes fluctus in litore confriguntur, & conuertuntur retrorsum, palam non occulte inquit. Non sum Deus, dum terminos suos non trãsgreditur, reuelata facie loquitur, me fecit Deus, Aër quoque varietate temporũ, varia recipiens accidentia, & qualitates, nempè frigiditatem, caliditatem, lucem, & tenebras, salutis hominũ proficuas, & nociuas, amicas, inimicas, opportunas, importunas, patenter testatur, nõ sum Deus, quamobrẽ vt inquit Aul Gelius, Romani dedicauerunt tẽplum Deo qui causabat lucem, & tenebras, id ipsum fecerunt Athenienses, videntes Eclypsim in passione Christi, Dionysium, vt in eius legenda habetur certũ est, dixisse, aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissol-

Omnes creaturæ dicunt non sum Deus, discursus est iuxta August. 10. confes. c. 6 Deus ignotus. Psal.

uetur. Dum lenis & suauis fiat aura saluti hominum proficua, gloriam sui conditoris manifestat, animantia quæ supra dicta elementa inhabitat, interitui obnoxia, corruptionis non expertia, communi clamore decantant, non esse Deï; quia nihil quod habet ortum, & interitum, maiestatem, & authoritatem Dei habere potest. Quare Diogenes Laertius, in vita Epimenidis inquit, Athenienses (cum frequens apud eos esset mors & pestis) consuluisse Apollinem, quid deberent facere, quibus respondit, Nullo nominato Deo, Vt arua sacrificijs purificarentur, tunc Epimenides Ignoto Deo plura animalia sacrificauit. Cœlum quantitate magnum, præeminenti positum loco, Sole, Luna, & Stellis, mirum in modum explendens, cursu suo hyemem, & ver, diem, & noctem causans, videtur dicere. Ego sum Deus: dum tamẽ in circuitu semper ambulat, non in abscondito, in veritate sine mendacio dicit, non esse Deum, concinnos habẽs cursus siderum, & regularem motum apertè annuntiat, supra me est Deus. Congruit insignis locus j. Reg. 6. cum enim agrauaretur manus Domini super Azocios detinentes Arcã Domini, videndo se percussos inierunt consilium, congregauerunt concilium, cõsulentes sacerdotes & diuinos dixerunt. Quid faciemus de arca? quibus diuini inter alia dixerunt, Aspicitis si quidem per viam finium suorum ascẽderit cõtra Bethsamites, ipse fecit nobis hoc malum grãde. Ecce quomodo ex recto itineris regressu cognouerunt à Deo esse punitos: sic ex regulari motu cœlorũ, ex continua rerum prouidentia, ea cõcordia tam diuersarum rerum, poterat creator horũ videri. Quis à longe videns nauem descedentem à rupibus, & secretis locis offensionis, recto itinere, iterũ atq; iterum euntem & redeuntem, varijs & determinatis temporibus, ignorabit ibi esse rectorem & gubernatorem? Quis, velocissimo & regulariſſimo motu cœlum currẽte vidẽdo, negabit esse vnũ rectorem & gubernatorẽ? Quis videndo

Dyogenes.

Simile.

Simile.

Simile.

in cenobio determinatis horis, cymbalū tangi negabit esse prouidū moderatorē? de Prothogene dicitur Apellē cognouisse, vna sola linea, ab Appelle producta, habita pro obiecto. Phidias à quibus nō fuerat cognitus, ex operibus fama precone dignoscitur: dolēdū irriguis lachrymis, sine intermissione plorandū, eo quod Deus innumeris productis creaturis, quæ se habent sicut numeri, *vna maior que otra*, non sit cognitus, *trayendo en sus bases escripto*. Deus me fecit. Obstupescite Cœli super hoc, portæ eius desolamini, eo quod, supradictis omnibus claris accedentibus miraculis, Deo in nullo deficiēte, dilectus Dei populus impinguatus, & incrassatus, moram faciente duce & legislatore Moyse, qui primus illius populi extitit dux præclarus, recalcitrauit, cōgregatus, Exo. 32. aduersus Aaron dicens, fac nobis deos qui nos præcedant & communi omnium consensu nō parcendo sumptibus, inauribus aureis vxorum, filiorum & filiarum (quæ laborum suorum cum in Ægypto essent, precium iustum, Deo iudicante, erant) arreptis, cōflauerunt sibi idolum in similitudinem vituli comedentis fœnum, surgētésque mane cum iam rebus color redijt, iuuenes, virgines, senes cum iunioribus, per choreas diuisi, derelinquentes Dominum, fontem aquæ viuæ; alternatiua voce decantarunt pariter cū mendacio dicentes, Hi sunt Dij tui Israël, qui adduxerūt te de terra Ægypti, transite ad insulas Cœtim & videte, in Cedar mittite, & considerate vehemāter, videte si factum est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij, ac si dixisset. Nisi me gentes quas procreaui medio vno protoparente, quem de limo terræ plasmaui dereliquissent, nullus esset alienus Deus, quia Ego solus creans cœlos, stabiliens terram, suppositamen 1. gentium preuaricatione, videte & considerate vehementer, non leniter & remissè, videte dico iterū, vehementius vos ad cōsiderandum excitans si Dij non Dij, existimati dij, sunt quidem dij multi, dij omnium

Hierem. 2.

Idololatria Iudæorum.

1. ad Cor. 15.

gentium dæmonia, derelicti sunt à cultoribus suis, sicut me derelictum videtis à populo quem descripsi manibus, quem nunquam obliuiscar, cuius exisio tutritius, fortis adiutor, adiutor in tribulatione, super hoc cœli obtupescite, ideſt, O cœli materiales, quos ad audiendum prouocauit Moyses (Deut. 32.) qui enarratis gloriam & claram Dei notitiam, cum auditis & videtis

Luc. 1. obscuratam notitiam vnius Dei, à vobis enarratam & idololatriam introductam obstupescite *pasmad para dos* negando lumen vestrum, influentiam vestram subtrahite, vt saltem hoc homines cognoscant vnũ esse authorem cœli & terræ. O cœli aerei obstupescite, ideſt

Hieron. de primo aduentu Nicol. Alex. de secundo fanet contex. litere. immutamini notabiliter, fiant in vobis tonitrua, procellæ & fulgura, & quidquid horridum esse potest incutiens timorem hominibus, qui introducunt deorum pluralitatem, & derelinquunt Dei vnitatem. Cum Luc. 21. scriptum sit. Erunt signa in sole & luna, videtur mihi tacitè dicere propheta, *cielos commençad à hazer lo que el dia del juyzio*, quia ex tunc iam immania sunt hominum peccata. Congruit locus Isa. 64. Vtinam dissumperes cœlos & descenderes. O si post primum aduentum venires ad iudicium, *poniendo fin à la malad. O figlos mas que dorados*, quando Apostoli si de Cœlo firmiores, virtutibus cœlo clariores, dignitate superiores, narrauerunt nobis personarum Trinitatem, quemadmodum materiales cœli narrauerunt nobis

Iuxta secundum sensum. Psal. Dei vnitatem, quam accedentem ad Deum oportet credere. [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorũ) in hoc sensu adducit verba Psal. Paul. ad Ro. 10. consonat Augustſerm. 2. de Epiphania vbi inquit. Nobis hoc lingua nunciauit Apo-

Paul. Aug. stolorum. Stella illis tanquam lingua cœlorum, & nobis ijdem Apostoli, tanquam alij cœli, enarrauerunt gloriam Dei, vbi Aug. innuit vtrunque sensum, illius versiculi, [Cœli enarrant gloriam Dei,] alij enim explicant de cœlis materialibus, alij de Apostolis, quantum

tum ad Dei vnitatem secuti sumus primum sensum, quantum ad personarum Trinitatem, cum Paulo, & Aug. citatis sequimur secundum sensum.

Prosequendo ergo discursum, exemplo solis & splẽdoris, explicandum est hoc mysterium. Hoc enim vtitur Paulus ad Hebræos 1. dicens. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. In hoc exemplo ostenditur æternitas, simplicitas, atque consubstantialitas, filij cum Patre, & Spiritus sancti cum vtroque, vt potero explicabo.

Supponendo ex fide, filium esse consubstãtialem patri, ab æterno productus à patre, per intellectum & visionem, quia pater æternus vidit diuinam essentiam. Secundò sciendum quòd splendor procedit à Sole, tãquam aliquid eius ab eo inseparabile, & ei coæuum, *tam antiguo como el Sol*, per splendorem, sol cognoscitur & videri potest ab oculo confortato. Quod filius sit coæternus patri, *Sin tilde de prioridad.* (Omitto prioritates Origenis quæ non deseruiunt ad concionem) manifestatur hoc exemplo, nam quemadmodum simul sunt sol & lux, sic splendor eius, quia in eodem instanti in quo sol apparet emittit lucem, ita in eodem instanti æternitatis, idest ab æterno, sine aliqua præcessione. Fuit simul pater filius. Suadetur ratione, nam si filius non esset ab æterno, Pater non esset ab æterno, quia correlatiuè se habent, & correlatiua posita se ponunt, &c. non enim est pater, qui non genuit sibi simile, & non est pater ab æterno qui non genuit filium ab æterno: argumentum est Ambr. & Chrysost. Quemadmodum non reperitur pater sine filio, & filius nõ potest separari à patre iuxta illud Ioan. 14. [Ego in patre & pater in me est,] ita videmus quòd sol non reperitur sine lumine & splendore, videns autem Paulus nullam creaturam esse æternam, volens suadere coæternitatem filij cum patre, quæsiuit coæua, quæ symbolum habẽt cum coæternis. Quia filius pro-

ducitur à patre, & hæc productio, vt dictum est, est per intellectum, ideo dixit. [Splendor gloriæ.] Gloria non simpliciter, sed multipliciter accipitur, aliquando enim significat claram cum laude notitiam. Ioan. 2. hoc fecit initium signorum suorum Iesus in Chana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, idest medio illo miraculo manifestauit se, *dioſe à conocer*, manifestans nomen suum: authoritatem & maiestatem suam. Ioann. 1. vidimus gloriam quasi vnigeniti, id-est vidimus opera miraculosa, diuinam virtutem & famam, quæ longè diuulgabatur (diuinam essentiam sine dubio non viderunt.) Aliquando gloria sumitur pro visione, quo beatus videt Deum & habet quidquid vult, Deus autem in sui visione, est gloriosus & beatus, quia vilesceret intellectus diuinus, si aliquid extra se quęreret: dicere ergo splendor gloriæ, est dicere. Filius est aliquid productum per visionem & cognitionem, qua pater æternus distinctissimè, modo comprehensiuo vidit suam essentiam, hæc acceptio conuenit cum prima, quia sicut in prima acceptione est clara manifestatio alicuius, sic est clarissima visio rei cognitæ. Ideo verbum Apost. habet emphasim. Si lumen vel splendor, non est imago solis, saltim substantialis, quia splendor non est substantia, sed accidens inseparabile: ideo addidit Apost. [Figura substantiæ.] Vbi in Græco, dicitur, [caracter,] idest imago expressa, sigilli figura. Cæsaris imago, similitudo est expressa representans sigillum, & Cæsarem, sic filius est imago & similitudo Patris, sed quia similitudo sigilli & similitudo Cæsaris, sunt imagines accidentales in extera & externa materia, ad remouendum hoc & significandá identitatem naturę filij cum Patre, dixit, substantiæ eius, vbi in Græco dicitur Hypostaseos, quod idem est quòd persona, ex quo sequitur, quòd cum inquit Apostolus, [Substantiæ eius.] Idem est ac si diceret, est similitudo patris,

de quo loquebatur Paulus, nam essentia non generat, nec generatur, ideo filius qui est imago expressa, non est imago essentiæ, neque ad essentiam habet relationem realem, quæ inuenitur inter imaginem, & illum cuius est imago. Forsam substantiæ nomine, intelligitur essentia, non absolutè, sed vt est Patris: præmiserat enim Apost. multifariam, multísque modis olim Deus &c. vbi nomine Dei intelligitur Pater, quia est prima persona improducta: cum ergo nomine Dei intellexisset Patrem, subiungit. Qui cum sit splendor & figura substantiæ eius, idest figura substantiæ patris, quamuis enim essentia non generet nec generetur, nec filius sit de essentia, nec similiiudo essentiæ, verè tamen dicitur, quòd filius, est de substantia patris, filius est de essentia Patris: significaturenim, quòd persona producta, realiter distinguitur à producente, & designatur vnitas essentiæ in vtroque: ideo argumentum Arrianorum dicentiũ, si sunt similes, nõ sunt eiusdem substantiæ, quia quę sunt similia differunt, nullum est, nam bene possunt esse similia & distingui realiter & conuenire in essentia. *Arria.*

Eluceſcit amplius locus Pauli, ex Aug. de verbis domini sermone 38. dicente. Intelligere filium consubstantialem & coęternum patris, non ex vno solùm exemplo sumendum est, sed coęternum ex igne & splendore, quod facit Apost. ad Hebræos 1. dicens, qui cum sit splendor: sed quia splendor non est eiusdem substantiæ cum igne, ideo consubstantialitas ex processione vnius hominis ab alio summenda est. Iungamus ergo ambo genera, in vno æqualitatem naturæ, in alio coęuitatem inueniemus. His verbis ostendit Augustinus diuino spiritu Paulum pluribus similitudinibus vsum fuisse, creaturæ enim sunt imperfectæ similitudines Dei, *son pecados de cartarota*, ex pluribus resultat vna perfecta similitudo possibilis. Hoc ipsum facit Concilium Ephesinum, in professione fidei, vbi *Aug.* *Cont. Eph.*

de filio inquit. Filius est coæternus patri, splendor, substantia, figura, & caracter eius. Vt ex multis similitudinibus cognoscamus æternam generationem. Hoc exemplum habetur Sapientiæ 7. vbi dicitur de filio. Candor est lucis æternæ, speculum sine macula. Philon eruditissimus Iudęorum libro de opificio mundi, non longè à principio dicit, Lucem hanc esse imaginem diuini verbi, interpretem suæ generationis. Ad hoc exemplum alludit Trismegistus (si cognouit hoc mysterium) dicens, erat lumen intellectuale, ante lumen intellectuale, & erat semper mens mentis luminosa, hoc exemplo quod valde commendat August. Eugubinus, libro de perenni Philosophia, vtitur: symbolum Nicenum sub his verbis, lumen de lumine Deũ verum de Deo vero, dixit lumen de luce, ne sic tribueret ansam opinandi patrem & filium non esse eiusdem substantiæ; nam rerum naturalium tractatores dicunt, lucem esse claritatem existentem in ipso corpore lucido, lumen verò esse claritatem existentem in aëre, quæ est velut species & accidens claritatis existentis in sole: nè ergo existimaretur aliqua inæqualitas, vniformiter dictum est, [Lumen de lumine,] & relicta metaphora statim vtitur nomine naturæ dicens, [Deum verum de Deo vero,] ac si dixisset per lumen de lumine, intelligite vnam personam diuinam, procedere ab alia, sine distinctione naturæ, si forsam inuenitur distinctio inter lucem & lumen, & inter lumen quod est in aëre per radium directum. Hispanè *donde da el sol*, & lumen quod non causatur per radium directum, Hispanè, *donde no da el sol y ay sombra*, nullum tale discrimen aut inęqualitas, imaginanda est inter diuinas personas, sed verè absque vlla inęqualitate & diminutione, est veritas eiusdem naturæ in vtraque persona.

Sap. 7.

Forsam possumus explicare locum Pauli, [splendor gloriæ,] ideſt splendor claritatis, qui est ipsemet pa-

ter, nam 2.ad Corin. 3. nomine glorię intelligit Paulus claritatem, dicens. Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria &c. & 1. ad Timot. 6. vbi dicitur, [Lucem inhabitat inaccessibilem,] vterque Thomas intelligit, quòd Deus qui est lux incõprehensibilis, est in se ipso, ergo potest intelligi pater. Si dicas hac similitudine non explicari processionem Spiritus sancti, audi Iustinum Martyrem libro de confessione Trinit. dicentem. Eandem sciẽtiam tenemus de Spiritusancto, alter enim lumen de lumine, profluxit genitiuè, alter & ipse, lumen de lumine, non tamen genitiuè, sed processiuè prouenit. Iuuat diuinus Chrysost. eloquentię patriarcha, vbi sequendo hoc exẽplum quod nullus reijcere valet, inquit, Sicut sol radios & lumen coeternũ habet, ita pater filium & Spiritumsanctũ, vbi agnoscit plures radios in sole, & in se suadet processionem plurium personarum. Caueat concionator, ne totam authoritatem Pauli Spirituisancto adaptet, quia vt ex citato Iustino dictum est Spiritussanctus sicut nõ gignitur nec procedit gignitiuè, ita nõ potest dici imago, aut similitudo patris, quamuis sit similis, quia nõ est similis ex vi suę processionis. Sententia Iustini iuuatur ex alijs repertis in sole, quemadmodum enim in sole sunt tria, nempè sol, lux, & calor qui dimanat à sole & radio, ita pater ęternus est tanquam sol, filius tanquã splendor splendidissimus, Spiritus sanctus tanquã calor qui à Patre procedit. In quibus licet obscurè, est similitudo intellectus voluntatis, nam cum operatione intellectus splendor habet similitudinẽ: cognitio enim visio, & lumen est, actio voluntatis, nempe amor, feruor, & calor est. Vide quomodo inanimata substantia symbolum habeat cum operationibus supremæ mentis. Gregorius lib. 29. Moralium cap. 29. explicans illa verba Arcturum & Oriona, &c. inquit in septem stellis voluitur, & modo quidem tres ad summa eleuat atque ad ima quatuor inclinat, modò quatuor

De Spiritu Sancto.

Iust. Mar.

Chry. to. 5.

Nota.

superius erigit, & tres inferius premit. Sancta quoque Ecclesia, cum modò infidelibus Trinitatis notitiam, modò fidelibus virtutes quatuor, idest, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam prædicat. Ecce quomodo hic mysterium Trinitatis representatum agnoscit. Est autem Arcturus signum à septẽ stellis sitis in axe, in se reuolutis, constitutum.

Quomodo creaturę non sint ab vna tantùm persona, sed à tribus, persistendo in metaphora, non erit difficile ostendere; nam si iungas tres candelas, omnes simul idem spatium illuminabunt, ita vt non possit dici hanc partem illuminari ab ista candela, illam partem ab illa, sed quamlibet partem, omnes tres simul illuminant: quantò magis hoc erit verum in diuinis, vbi est summa simplicitas sine compositione, actualitas sine potentialitate, vnitas sine diuisione, identitas sine diuersitate?

Perduret discursus, nullo modo interrumpatur, quò ad vsque explicemus, quam ob rem, cum Deus agat per suum intelligere & velle, quòd est ipse Deus, creaturę sint diuersę naturę, filius verò, qui per intellectum producitur sicut Spiritus sanctus per velle, eandem cum Patre habeat essentiam. Dico quòd diuinus intellectus, plena quadam fecunditate, suam cognoscens essentiam, diuinum produxit verbum, quod est perfecta imago sui: hic aspectus, hæc visio, fuit visio essentiæ secundùm se ipsam, non secundùm aliquam specialem rationem essentiæ, productio verò creaturarum, fuit secundùm quòd Deus cognouit essentiam suam esse mirabilem ab eo quod diuina virtus poterat ex nihilo producere: ideo talis essentiæ repręsentatio, velut in obliquo est, non in recto, velut indirecta, non directa, non secundùm comprehensiuam rationem sui, sed secundùm quòd diuina essentia est mirabilis, est templum in assumpta metaphora, à Sole namque lux oritur in ipso manens, lumen

in aëre existens, procedens per radium obliquum, vmbra dicitur, quæ medium est inter tenebras & lumen: sicut ergo Sol alios effectus causat, per radium directum, alios per vmbram & radium obliquum, similiter aliter videmus obiectum à longe, aliter prope, aliter per aquam, aliter per virrum: sic diuinus intellectus media eadem essentia, secundùm aliam & aliam rationem cognita, producit filium consubstantialem, creaturas verò in diuersa substantia. Non obscurè indicat hoc libro de generatione & rerum productione. Primus canonicus scriptor propheta Moyses dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram, vbi alia litera. Faciamus hominem ad vmbraculum nostrum. Iuxta hoc dicemus, quòd filius, est lumen subsistens, de lumine procedens; nos non sumus lumen de lumine, sed vmbraculũ de lumine. Iuxta vulgatam dicemus, quòd filius est imago inuisibilis consubstantialis patri, nos non sumus imago, sed ad imaginem. Et conueniunt literæ inter se, nam vmbra hominis præ se fert imaginem hominis licet imperfectè. Sic nos vmbraculum sumus ad imaginem, ideſt, sumus imago imperfecta cum Deo essentialiter sumpto. Habet etiam Sol maximam similitudinem, nam quemadmodum Sol generat omnia, concurrit ad omnes effectus, ita Deus. Quam ob causam vt refert Macrobius libro Satur. cap. decimoseptimo, Sol dicebatur Iupiter, & pater omnium rerum. Sol iuuat ad operationem omnium indifferenter. Sic Deus sine acceptatione personarum Solem istum facit oriri super bonos & malos: quemadmodum Sol semper splendet nullas in se habens tenebras, sic Deus lucem inhabitat inaccessibilem, vbi tenebræ non sunt vllæ. Si non sit impedimentum semper illuminat, & immittit radios suos; Sic Deus semper illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ideo Ægyptij qui Solem vt Deum venerabantur, describebant Deum effi-

Simile.

Colos. 1.

gientes sceptrum, in cuius virtice ponebant oculum, significãtes Deum vnico intuitu intueri omnia: sol enim velut oculus est totius mundi qui indesinenter se communicat & illuminat, summáque celeritate circuit omnia, quia aliter non potest suam virtutẽ omnibus communicare. Deus verò quia immensus sine mutatione omnibus est præsens: sol illuminat ad bonum opus, malorum autem operum vindex est. Iuxta quod Num. 25. iussu domini principes contra solem suspenduntur, vt pœnam pro culpa commissa omnes viderent. Dauid quoque 2. Regum 12. cum occultè peccasset per Nathã dictum fuit illi. Tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis huius. *El sol te manifestara y me vengora de ti,* sic Deus iudex est malorum, & nihil occultum est quod non sit reuelandum.

Denique concludo cum Dionysio 1. de diuinis nominibus, quòd sol iste splendens est perfecta Dei imago, intellige qualis esse potest in irrationali creatura. Ad prędicationem huius tanti mysterij, secuta est cessatio idolorum sicut prædictum fuerat per os prophetarum. Sub metaphora lucis, habetur Numer. 24. vbi Balaam. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. Vbi secundùm Nicolaum, & Origenem, quem ibi refert Glossa, est sermo de percussione & cessatione idololatrię.

Sicut omnes creaturę ad creatoris cognitionem nos ducunt, sic ad amorem nos prouocãt, signa sunt, voces sunt clamantes esse Deum, iacula sunt ignita, eloquia sunt & incentiuum diuini amoris, omnia propter hominem creauit Deus cum nullo horum indigeret, omnia ergo vinculum sunt quo obligamur ad diligendum Deum, de opposito cõqueritur Dominus Isai. 5. dicẽs: Opus domini nõ respicitis, neque opera manuum eius consideratis, & subiungit dicens, væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. *Momi-*

tais las criaturas con buen ojo, sed intuitu lucri, *oje interesado teneis* attendentes solùm ad vtilitatem, quam ex creaturis excipitis, cum deberetis creaturis vti ordinãdo vsum earum in honorem & seruitium creatoris. Peruersè profectò agitis fruendo creatura, constituendo in illa vltimum finem, ponendo in ea vltimam requiem, cum potius deberetis quærere creatorem, qui omnibus istis speciosior est. Nulla maior, inquit Augustinus, est peruersitas, quàm vti fruendis, & frui vtendis, Vt iste processus præcedentis sit similis, cum Bernardo sermone de Sancto Martino dicamus. Considera hanc cœlestium gloriam corporum incessanter legibus obtemperare diuinis, neque vnquam sibi positas, in tam continuis motibus, metas excedere temporum, aut locorum terminos transgredi constitutos. Ecce quomodo cœlum, ô miser homo, indicat tibi diuinam non transgredi legem, trãsgreditur auarus & ebrius, sicut ex Isaia prædictum est. Hos reprimens & corripiens Paulus ad Romanos 3. inquit, nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus opera tenebrarum, induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus: ostendens, quæ sint opera tenebrarum subdit: Non in commessationibus & ebrietatibus, &c. id est, nox infidelitatis & ignorantiæ, quando pluralitatem deorum colebatis præcessit, venit dies manifestus, quando Deus vnus & trinus reuelatus est, abijciamus ergo opera tenebrarum, id est, commessationes & ebrietates, nam huiusmodi vitia, opera sunt tenebrarum & cæcorum hominum qui in tenebris ambulant, & non vident lucem. Quibus creaturæ, quæ deberent esse corpora lucida, & transparentia, per quæ cognoscere & amare debebant creatorem, factæ sunt corpora obscura, opaca, & tenebrosa, quibus sunt obcæcati & obtenebrati, hos prouocat Paulus dicens: Abijciamus opera tenebrarum, & quia non sufficit declinare à malo, nisi sequamur bonum inquit, induamur arma lucis, ideſt, arma lucida, *vistario nos de armas*

blancas y doradas. 1. Machabæo. 6. de armis lucidis dicitur. Resplenduerunt montes ab eis, id est, scuta, clypei & arma illa deargentata, & deaurata erant, ideo montes resplenduerunt ab eis, quia fulgebant & mittebant splendorem, quo ipsi montes splenduerunt, & noctem verterunt in diem, ad hunc modum relinquentes omne vitium & opera tenebrarum induamur virtutes, quę sunt arma contra aduersarium diabolum, contra rectores tenebrarum harum, ex his virtutibus procedat splendor boni exempli, quo alij prouocantur ad diuinã dilectionem & amorem. Quę conuentio Christi ad Belial, lucis ad tenebras? ortus est sol iustitiæ, reuelatũ est altissimum mysterium Trinitatis, & adhuc cor nostrum hæret terrenis, sequitur caduca, amplectitur trãsitoria, visibilium rerum specie oblectatum; O cæci scitote quanto his dominator speciosior est, habens pulchritudinem sine deformitate, lucem sine tenebris, claritatem sine obscuritate, sapientiam sine ignorantia, diem sine nocte: in ipso est abundantia sine defectu, diuitiæ sine paupertate, gaudium sine tristitia, delectatio sine dolore: vnum cum sit omnium bonorum est aggregatio. Qui dicit Deum nosse, & mandata eius non custodit mendax est, practicè enim dicis non esse Deum. Qui enim negat tibi possessionem alicuius hæreditatis, negat te esse legitimum successorem: negas Deo debitam reuerentiam & amorem, ergo practicè negas Deum esse. ad Titum 1. qui confitentur se nosse Deum factis autem negant: ebrius inquit, quòd venter est sibi Deus, auarus quòd diuitiæ. Deus est optimum ens, ventris saturitas est optimum quod intemperatus desiderat, iuxta quod Origenes, hom. 2. in librum Iudicum inquit, Vnusquisque, quod præ cæteris colit, quod super omnia veneratur & diligit, hoc dicit Deum, idem docet Chrys. 2. ad Cor. ca. 4. dicens, solet sæpè scriptura vocare Deum, non ad dignitatem eius qui sic vocat, sed ab infirmitate subditorum, vt quando mammona Deum dicit & ventrem: di-

ligamus ergo Deum toto corde vt hîc nobis gratiam conferat, & gloriam in futuro.

IN EODEM FESTO,

CONCIO II.

Declaratur mysteriũ Trinitatis ex similitudine nostri ad Deũ, ideo primò declaratur excellentia humanæ naturæ, ostenditur in quo sit Deo similis: declaratur postea, quòd per peccatum amiserit Dei similitudinem, & prouocatur ad pœnitendum, & recuperandum Dei imaginem.

S. Thom. ad Rom. 1.

COgnitio creatoris à creatura mundi, per quam intelligitur humana natura non prioristica, sed posterioristica est, vt aiunt: à creatura enim quæ creatoris est effectus, ad ipsum tanquam per scalam ascendimus, quia scala non indigẽt beati, qui Deum facie ad faciem vidẽt: sed nos qui peregrini & exules à sancta illa ciuitate, in qua lucerna eius est agnus, habitamus ciuitatem non permanentem, & futuram inquirimus. Inter omnes creaturas sensibiles, humana natura sine dubio tenet principatum, habens se instar intermedij elementi, quod inferius excedẽs sub superiori continetur: omnia namque animantia rationis expertia superat humana natura à separatarum substantiarum perfectione paulò minus minorata, instar earum prima principia, non obstante grauis phantasię famulatu, ad apprehendendum terminos necessariò requisitos sine discursu, qui vt aiunt temporis moram consumit, intelligit suum creatorem trinum & vnum; Cum eodẽ lumine gloriæ etiam si inferior natura sit, æqualiter videt, quia effectus gratuitus non naturæ viribus, sed Spiritus sancti gratię correspondet, quod mirabiliter igneo curru prę-ostensum est Prophetæ. Varia namque cum animalia

Ezech. 1. Pro laudibus Mariæ, quæ gratia, & gloria superat Angelos.

existerent, variáſque facies haberent, nempe hominis, bouis, leonis, & aquilæ, tot pennæ erant vni quot alij, quocunque ibat ſpiritus illuc pariter rotæ eleuabantur, & iunctæ erant pennæ alterius ad alterum, denotando, quod quamuis Angelus ſit ſicut aquila acutiſſimum, & perſpicaciſſimum habens viſum intellectus, & homo ſit ſicut bos animal ſtupidum, gradus gloriæ erit iuxta lumen gloriæ, & amor iuxta impetum ſpiritus, & quod humores & appetitus diuerſi, eodem diuino ſpiritu componuntur, iracundus vt leo, redditur manſuetus vt homo, *ſube el torpe leon a ſer ligera dama.*

Gratiam per quam homo meretur diuinam viſionem recipit in quantum eſt Dei imago, teſtis eſt D. Auguſti. 14. de Trinitate, cap. 8. Eſſe autem ad Dei imaginem teſtatur dilecti populi glorioſus Dux & Princeps Moyſes in perſona Dei; Geneſ. 1. dicens: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vbi maxima excellentia humanæ naturæ ſupra cunctas viſibiles creaturas manifeſtatur: cæteras námque vt Dominus imperando creauit dicens: fiant luminaria, fiat firmamẽtum, humanum genus non niſi conſilio & diuino decreto, præmiſſa diuinarum perſonarum allocutione, dicendo: Faciamus hominem, notat Ambr. lib. de dignitate humanæ conditionis, Greg. 9. Moralium, Cyrillus libr. 2. contra Iulianum, vbi inquit eſſe ſermonem hyperbolicum dictum cum exageratione, nam nulla creatura ſine conſenſu, nulla ſine conſilio ſanctiſſimæ Trinitatis facta eſt, idem notant Gregorius Nyſſenus, Origenes, Chryſoſtomus, Rupertus, & Iulianus Epiſcopus. Ex quorum verbis colligitur, pertinere ad excellentiam humanæ naturæ, quòd in hominis formatione, exprimeretur conſilium ſanctiſſimę Trinitatis. Quemadmodum enim in humanis res grauiores præmiſſo maiori conſilio decernuntur, ita productio humanæ naturæ cæterarum creaturarum corporalium reginæ, non niſi præmiſſo conſilio & diuino decreto exprimitur, quam-

uis enim ex parte Dei vnico & eodem actu consilij omnia sint facta, quia in Deo non est actuum frequens repetitio, sed vnicus & idem est actus, tamen vt actus transit super obiecta, congruè nonnulla vt magis volita, & maiori consilio præmisso producta exprimuntur.

Non est allocutio ad Angelos.

Dicendo: Faciamus, non alloquitur Deus Angelos, vt existimant Hebræi, negantes inde probari pluralitatem diuinarum personarum, quia Angelus & Deus nõ sunt eiusdem naturæ, ergo homo qui est nobilissima corporalis creatura condita ad imaginem Dei non est ad imaginem Angelorum, ergo dicente Deo, Faciamus hominem ad imaginem nostram, non alloquitur Angelos, qui non sunt eiusdem naturæ cum ipso Deo, Secundò, quia in formatione aliarum creaturarum, quæ sunt minus nobiles quam humana creatura, non allocutus est Angelos postulãdo consilium, aut causalitatem eorum, ergo nec in formatione humanę naturę, quę multum per omnem modum excedit alias corporales creaturas. Tertiò, quia Angelus non est tantæ dignitatis, vt ipsum deberet alloqui Deus in formatione primi hominis. Comprobatur veritas ex contextu literæ, nam statim dicitur: Fecit Deus, ergo non fecerunt Angeli, consequenter nec allocutus est Angelos, sed allocutus est ęternus pater diuinas personas quæ sunt Deus, cum eo allocutus est Angelum, & magni cõsilij Angelum, Deum fortem, principem pacis qui ad liberandum susceturus erat hominem, ideo bene Isaias inquit. Quis consiliarius eius fuit? quasi diceret, nullus consiliarius eius fuit, sermone 5. vide optimam rationem ex Chrysosto. Insuper dicendo: Inspirauit spiraculum vitę, declaratur animam immediatè à Deo esse creatam, non eductam de potentia materię, sed de foris aduenisse, vt aiunt: Similiter corpus fuit creatum à Deo de limo terrę sine aliqua media causa efficienti, quia dicitur: Plasmauit igitur Deus, &c. Per quod reuincitur error Seuerianorum di-

1. *Rom.*

2. *Rom.*

3. *Rom.*

4. *Rom.*

centium, dimidiam partem hominis, quæ est infra vmbilicum, esse diaboli, quæ verò est supra vmbilicum esse Dei, Testis omni exceptione maior est Epiphanius 1. aduersus hæreses, hæresi 45. Insuper declaratur eius dignitas, quia vltimo loco fuit creatus, quam dignitatem varij varijs & optimis exemplis declarant. Chrys. inquit quare tardus est creatus? Respondet, vt ingressuro in ciuitatem aliquam Regi, operæpretium est præmittere satellites, aliósque homines vt bene adornatis palatijs, Rex honestius ibi agat: ita simili modo quasi Regem & Principem aliquem rebus profecturus prius hunc ornatum fabricauit dicens: Dominamini piscibus maris, Consonat Gregorius Nyssenus lib. 1. de homine, cap. 2. dicens: non enim decens erat, vt esset princeps antè res quas gubernaturus erat, sed vbi cuncta ei subijcienda parata sunt, consequens erat Rectorem constituere. Theodoretus inquit. Quemadmodum si quis Rex, cum maximam vrbem ædificasset, multísque & varijs operibus exornasset, imaginémque suam, maximam, decentissimámq; in vrbis medio collocaret, vt hac imagine regem huiusce vrbis auctorem, conditorémq; indicaret, quam omnes vrbis habitatores venerarentur, & gratias agerent, eo quòd vrbem construxisset. Sic Deus postquam mundum condidit, hominem creauit, cui omnes creaturæ deseruirent. Philon eruditissimus Iudæorum libro de opificio mundi inquit. Vltimo die creatus est, vt homo mundum ingrediens, velut ad conuiuium inuitatus omnia parata inueniret, consonat exemplum cum illo Matth. 22. vbi cœna parata non attea vocantur conuiuæ, *Hazia Dios axuar al nouio que queria casar con Eua*, verba Philonis vsurpat Damascen. lib. 2. c. 11. vbi ait, quia Deus ex visibili creatura plasmaturus erat hominem ad suam imaginem, tanquam quendam regem vniuersæ terræ, & eorum quæ in ea sunt, perstruxit ei quandam veluti regiam, in qua diuersans beatam, & omni ex parte fœlicem duceret vitam. Iuxta

Domi. infra octa. corporis Christi & xix. post Penthecost.

exemplum Chryso. dicere possumus, quòd sicut Reges nonnulli præcedunt, nonnulli sequuntur, ita hominem præcesserunt creaturæ irrationales: secuta est Eua quæ data est sibi in adiutorium. Eodem die quo productus fuit homo producta sunt animalia, *para que fuessen como cauallos en que va el rey*, iuxta Theod. dicemus hominem esse medium inter creaturam angelicam, & creaturam corporalem, & sic, *es como escudo e insignia en medio de la casa real*, vbi est Dei imago, nam mundus iste domus est Dei magna, & ingens locus possessionis eius, vt dicitur Baruc 3. In hac domo positus fuit homo, qui est ad imaginem Dei. Tantum thesaurum videns in vase fictili Dauid exclamans ait, Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, & non potero ad eam. i. tam clara, & expressa cognitio tui nobis enituit ex me, id est ex hominis creatione, vt non possim eã celebrare dignis laudibus, nec perfectè cognoscere: scientia tua. i. scientia, quæ de te est, mirabilis facta est ex sciẽtia quæ de me est. sic dicim⁹, sciẽtia hominis sciẽtia, rosę. i. sciẽtia quę habetur de homine, & quę habetur de rosa. Cũ ergo ex creaturis cognoscitur creator, quia in omni creatura est vestigium creatoris, ex me. i. ex humana natura, quę est ad imaginem tui, & magis similis tui, mirabilis facta est scientia, & cognitio quæ habetur de te, *cosa que admirà ver al ombre*, inde colligitur, *quan grande sera Dios*, ex fructu terræ promissionis, apparuit mirabilis abũdantia illius terrę: sic. n. habet sacer textus. Venimus in terram ad quam misisti nos, quę reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognosci potest. Nota ly, ex his fructibus, nã quemadmodũ ex illis fructib. cognoscebatur mirabilis fœcũditas terræ, sic ex excellentijs humanę naturę, dignoscitur in Deo esse mirabilia, & incomprehensibilia, ideo inquit Dauid, mirabilis facta est. i. dum cõsidero me, mentem meã, spiritum meũ, subtili cõsideratione considerantem absentia, & præsentia, præterita, & futura, instant à mea cogitatione totũ circuire mũdum,

Theod.

Baruc 3.

Psal. 118.

Basil. in exameron. Hom. 10.

Num. 18.

da vn paſco por el mundo, aſſurgo ad conſiderandum, quãtus eris, cum ea quę in proſpectu meo ſunt intelligam cũ multo labore, video quàm magnus, & mirabilis ſis, ideo ſcientia tua, quę eſt ex me, eſt ſupra me, vbi vulgata habet, ex me, Hebraica lectio habet, ſupra me, vtraq; conuenit, nam ex me facta eſt ſupra me, quia ſi cognitio mei, eſt mihi mirabilis, à fortiori cognitio tui ex me. Iuxta hoc curſim conſequenter dicamus. Mirabilis quidem Domine ſcientia tui ex omni creatura, quia miranda quidem Domine cuncta opera tua, vt magnitudo cœli. At verò quod de materia vili, & labili, nempè è limo terrę ſine conſiſtentia, ſolida oſſa formaueris, cęteráſque partes plaſmaueris, oſſibus, & neruis totum hominem compexeris, mirandum profectò: mirabile quidem quòd homo animal paruum, omniũ creaturarum ſit epilogus, breue compendium, & epitome, in quo omnia in ſumma continentur, propter quod nomen omnis creaturę adeptus appellatione omnis creaturæ intelligitur, ibi. Prędicate omni creaturę, quia habet viuere cum plantis, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis: faſtidium pareret ſi quę dici poſſunt omnia dicerem. Quis de facili poterit pandere tunicarum numerum, quę in oculo continentur, nempè vuaceam, araneam, corneam, & adnatam? Quis breui ſermone manifeſtabit humorem aqueum, chryſtalinum, & vitreum? paucis exponi non poteſt, quę ſunt munera, & eorum officia. Exterius videmus colorem cœli habere, oculum ſi comprimas fulgorem emittit, minutiſſimęq; ſcintillę inde procedunt, vnde potes agnoſcere inter oculum, & cœlum cœlíque ſplendorem ſymbolũ eſſe, & proportionem, quę eſt, & ſemper inuenitur inter obiectum, & potentiam: Tam mirabilis facta eſt, quòd non potero ad eam, id eſt nunquam potero, hoc enim ſignificat illud verbum non potero. Exod. 3. vbi dicitur, ſum qui ſum, in Hebręo habetur, Ero qui ero, ac ſi dixiſſet Deus, quando tecum loquor conſtat quòd ſum,

Marc. vlt.

Miranda compoſitio

Exod. 3.

queris

quæris nomen meum, Scito quòd ero, qui ero, id est, semper ero indesinenter absque transmutatione, & vicissitudinis obumbratione, in hoc esse permanebo, & sic ero, qui ero, semper ero, qui in me sum, qui sum omni differentiæ temporis semper præsens, homo nunquã in eodem statu permanens, si mane quæsitus fuerit, nocte nociua à nocendo dicta, non subsistet, Ego verò sum, qui ero, ero qui sum, *mi titulo blason yren ombre es eternidad inuariabile*, ipsi peribunt tu autem permanebis, semper sapiens, semper potens, &c. Sic non potero, postea non potero, semper in impotentia ero, eò quòd confortata est, id est roborata, & fortificata, Ecclesiasticus capit. 3. Altiora te ne quæsieris, fortiora te ne scrutatus fueris, id est, illa quæ supra vires tuas sunt roborata, & confortata. Quemadmodum enim imbecillis viribus pugnare non potest cum robusto, & descẽdere in certamen stultum est, sic fortiora quærere insipientia est: scientia tua ex me, fortis est viribus, ideo quia confortata est non potero ad eam: sicut enim sunt quædam maxima quæ propter excellentiam sui, inuisibilia redduntur, vt lumen solis: Ad hunc modum est scientia tua ex me, ad quam non possum ob imbecillitatem intellectus mei. Si supportatis me, & sustinetis modicum quid insipientiæ meæ, copiosè explicabo in quo constat similitudo nostri ad Deũ, vt ad plures, non ad vnam tantùm concionem, habeat concionator materiam dicendi. Erit autem vtile prænotare quòd aliqua sunt similia similitudine vnitatis, & vniuocationis, qualia sunt duo alba, quæ habent communem naturam albedinis, alia sunt similia similitudine imitationis, & proportionis: prima similitudo esse non potest inter creaturam, & Deum, quia diuina natura non est communis creaturis, de hac similitudine intelligitur illud, quis similis tui in Dijs Domine, & illud Isaiæ. Cui assimilastis me, & illud Hieremiæ, hic Deus noster non conferetur alius ad illum: secundo modo, est similitudo ideati ad

Psal. 101.

Eccl. c. 3.

Simile.

2. *ad Cor.*

Cursim raptimque percurrat cõcionator, l. quærat hoc ignum net.

Psal. 58. Isai. 40. Hierem. ideam, domus exterioris ad interiorem. Tertia similitudo proportionis reperitur inter diuersa, imò de se requirit diuersitatem, hoc modo dicimus, quòd sicut se habet ridere ad hominem, sic florere ad pratum, ideo prata dicuntur ridere. Per hũc modum non erit inconueniens assimilare hominem Deo, tam secundùm animam, quàm secundum corpus, quod videtur renuere Epiphanius libro aduersus Hæreses non longè à principio explicans locum Gen. 3. Faciamus hominem. Origenes etiam, qui inquit, non enim corporis figmentũ, Dei imaginem continet. Et post pauca, is autem qui ad imaginem Dei factus est, interior homo noster est inuisibilis & incorporaliter. Idem videtur velle Zeno Episcopus Veronensis, libro secundo, sermone 2. 3. & 4. vbi inquit incomprehensibilis ergo Dei imago, inuisibilis sit necesse est, sed hoc intelligendum est principaliter & de similitudine imitationis, non de similitudine proportionis, aliàs cessarent innumeræ parabolæ, & superfluæ essent plurimæ similitudines, quæ habentur in Euangelio. Legendus est S. Thom. 1. p. q. 9. 3. vbi docet quod similitudo hominis ad Deum primariò consistit in anima, secundariò per modum vestigij in corpore. Hoc suppositio dicimus, quòd quẽadmodum Deus non habet corpus, sed est spiritus quidam inuisibilis, totum mundum, vt domicilium inhabitans, iuxta illud Isaiæ. Cœlum thronus meus est, terra scabellum pedum meorum. Et iterum. Cœlum, & terram ego impleo, & hoc sine aliqua sui diuisione: ita anima est tota in toto, tota in qualibet parte corporis, quod vt domicilium proprium inhabitat sine sui diuisione, aut extensione, quod non inuenitur in alijs animãtibus, quorum anima est diuisa, & extensa per corpus. Hæc similitudo colligitur ex Sco. in 1. d. 2. qu. An cum vnitate essentiæ stet pluralitas personarum, vbi hoc exemplo maximè suadet prædictam veritatem. Consonat Hugo de S. Victore lib. 2. de anima, cap. 21. dicens, per oculos videt,

Epiphan. Origen.

Multiplex Similitudo hominis ad Deum. Isai.

Hugo. 2. Similit.

per aures audit, cum non sit diuersa, per sensus operatur diuersa: ex qua re intelligitur, quòd ita anima est in corpore, sicut Deus in suo mundo.

Secundò sicut Deus omnia continet, sic anima quodammodo est omnia, vt dixit Aristo. 3. de anima textu commen. 37. nam per sensus est sensibilis, per intellectū intelligibilis, continens species omnium rerum, intelligit præsentia, memoratur præterita, iudicat de futuris, ex his præteritis, quæ memoratur. Quare cum omnia in homine contineantur, iure optimo dicitur microcosmos, id est, mundus breuis, ideo conuenienter Deus præcipiebat, vt summus sacerdos ingrediens templum, totum mundum supra se in figura portaret. In veste enim poderis (sapientiæ 18.) quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia, in quatuor ordinibus lapidum sculpta erant. i. repræsentatiuè totus erat mundus, tunica enim linea figurabat terram, quia linum è terra nascitur, Baltheus cingens tunicam illam, significabat Oceanum cingentem terram: tunica hyacinthina, ratione coloris hyacinti, aërem, Baltheus cingens tunicam hyacintinam, figurabat ignem, qui ambit aërem: super humerale cum rationali, ex varietate lapidum pretiosorum, & diuersorum colorum, figurabant cœlum sydereum Stellis ornatū. Duo lapides onichyni in superhumerali, significabant duo magna luminaria, nempè solem, & lunam. Duodecim gemmæ rationalis, duodecim signa Zodiaci. Mitra cœlum christalinum, & empyreum. Lamina sancta pendés in fronte, repræsentabat Deum omnibus præsidentem. Lege Exod. à cap. 28. & deinceps, Nicolaum sapientiæ 18.

Arist.

Homo mūdus breuis.

Sapien. 18.

summus sacerdos totum mūdum repræsentatiuè portabat.

Exod. 28.

Ex Nicol.

Tertiò sicut Deus non pendet à creaturis, sed creatura ab ipso, ita vita corporis pendet ab anima, anima verò non à corpore, Quartò sicut crescentibus creaturis non crescit Deus, nec decrescentibus decrescit, ita anima non crescit crescentibus partibus corporis, nec amputata aliqua parte corporis, amputatur aliquid animæ.

3. Similit.

4. Similit.

5. Similit. Quintò sicut Deus omnia mouet, gubernat, & regit, sic anima mouet, gubernat, & regit membra sua. Sextò 6. Similit. glossa. sicut ab vno Deo sunt omnia, ita ex vno homine omnes homines, ita glosa ex Ambr. ad Coloss. 3. in illa verba: 7. Similit. Expoliantes veterem hominem. Septimò sicut omnia per semetipsum operatus est Dominus, Prob. 16. ita omnia ista sensibilia sunt propter hominem, quod cognouit Arist. 2. phisicorum textu commẽto 24. non obscurè habetur hoc Gen. vbi dicitur, Dominamini piscibus maris. Colligitur etiam ex hoc, quòd nomina rebus imposuit. Nomen imponere denotat excellentiam, & dignitatẽ. Sic Deus Abrahæ, & Iacob, quorum specialiter Deus dicebatur, nomen posuit mutando antiquum nomen; Sic Nabuchodonosor nomina trium puerorum mutauit. Sic Deus Ioanni Baptistæ, & Christo nomina imposuit. Sic Christus Petro, sic Ecclesia omnibus in baptismo cum Christi militiæ ascribuntur nomen imponit. Lege S. Thom. 1. p. q. 93. art. 3. vbi nõnullas harum similitudines adducit, alia tacitè approbat dicens, secũdùm hæc, & similia maior inuenitur imago in homine quàm in Angelo. Ferè omnes habet Amb. lib. de dignitate humanæ conditionis, vbi ait: Sicut vnus semper, vbique totus est omnia viuificans, mouens, & gubernans, sicut Apostolus cõfirmat Act. 17. in quo viuimus, mouemur, & sumus; sic anima in suo corpore vbique tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans, nec in maioribus corporis sui membris maior, aut in minoribus minor est, & in minimis tota, & in maxima tota, & hæc est imago vnitatis omnipotentis Dei, ac si dixisset in hoc repræsentat Deum vnum, oportet ergo manifestare similitudinem, quam habet cum proprijs personarum, nam in nobis non solùm est similitudo ad diuinam essentiam, sed ad Trinitatem personarũ, & hoc non solùm, vt sunt in se, sed vt vna originatur ab alia. Videndus est S. Thom. 1. p. q. 90. art. 5. in corpore.

Arist. *Pro Ioanne Baptista, & pro circumcisione.* *S. Tho. 1. p. q. 93. in homine quodam modo maior similitudo quã in Angelo.* *In nobis nõ solũ est imago vnitatis Dei, sed Trinitatis. S. Thom.*

Incipiendo à primo parente, dicimus quòd quemad-

modum homo à nullo homine fuit productus, sed respectu aliorum hominum fuit improductus, ita pater æternus à nullo fuit productus, nec potuit esse productus, quia est prima persona diuina, & cum Deus sit à se sequitur, quòd aliqua persona necessariò habuit esse improductum. Fontalis plenitudo fœcunditatis patris in Adam, & Eua simul manifestatur, quamuis enim in Adam sit principium generationis, non tamen est comprincipium, quia sine Eua nō poterat generare, & quia in muliere recipitur virtus seminalis viri, & vnitur cum virtute mulieris producentis suum effectum, ideo Psal. 109. Manifestans Spiritus sanctus fœcunditatem patris ex persona ipsius dicit per os Dauid. Ex vtero ante luciferum genui te, id est in me est perfecta fœcunditas ad producendum filium mihi similem, sicut in muliere fœcundata à viro ad producendum sibi simile. Hanc similitudinem insinuat scriptura dicens, ad imaginē Dei creauit illum, masculum, & fœminam creauit eos, id est non solùm homo est imago Dei, sed Eua, non solùm secundùm animam, sed in quantum est principium productionis; nam ambo simul habent similitudinem diuinæ fœcunditatis: pater enim æternus à se solo, producit filium, Adam non siue Eua: vt ergo ostenderet quòd in illo erat fœcunditas quæ diuisa est in viro, & muliere, ideo assimilat se mulieri dicens. Ex vtero genui te, id est in me est perfecta fœcunditas. Ab Adam processit Eua, sicut à patre procedit filius, nec obstat quòd Eua fuerit mulier, non filius neque filia, quia non producta naturaliter, propter quod nec fuit consanguinea Adæ, eò quòd consanguinitas, est vinculum contractum ex carnali propagatione, nam hic non adducimus similitudinem, quę fundatur in vnitate naturæ, sed similitudinem proportionis, ideo sufficit ostēdere aliqualem modum similis emanationis: quemadmodum enim Eua fuit producta immediatè, de substantia Adæ, sic filius est productus de substantia patris: hac enim similitudine

Similitudo primi parētis cū prōprijs Personarum.

Epiphan.

Ad Heb. 7.

Richard. Iustinus.

producuntur phantasmata, & similitudines in phantasia quibus iuuamur ad intelligendum quod fides docet. Certum est Melchisedech habuisse patrem, & matrem (vt docet Epiphan. 1. aduersus hæreses, hæresi Melchisedianorum) tamen quia non legitur, quis fuerit pater eius, aut mater, nec legitur principiũ, aut finis, Paul. ad Hebr. 7. docet fuisse figuram Christi, qui in cœlis est sine matre, in terris sine patre, qui nunquam habuit principium temporis. Paul. Christus heri, hodie, ipse & in sæcula, sicut ab Adam, & Eua processit Abel, sic à patre, & filio processit spiritus sanctus, ita Ricardus de sancto Victore libr. 6. de Trinitate. Fauet Iustinus martyr tractatu de cõfessione Trinitatis dicens, in hoc quòd Adam formatus est, ostenditur subsistentia non genita, in hoc quòd alij sunt geniti, & subsistentiam habẽt per generationem, significatur ingenitum, & genitum cum communi natura, id est, significatur pater, & filius, qui habent communem eandem diuinam essentiã, in quantum verò postea innumeri filij processerunt ab Adam, possumus dicere repræsentari multitudinem creaturarum quæ processerunt à Deo, vel in hoc, quòd homo per artem ædificat plura, quæ sunt diuersæ substantiæ ab ipso.

Amplius, in temporis mora, quæ consumitur à tempore conceptionis vsque ad partum, reperitur aliqualis similitudo huius mysterij; nam in termino nonagesimi diei, qui est finis trium mensium mouetur fœtus, vt
Hypo. docet Hypocrates de natura fœtus, in termino nouem mensium profertur in lucem, vt in primo ternario, & in ternario ternarij repræsentetur Trinitas. Tres sunt Hierarchiæ Angelorum, in qualibet hierarchia tres
B. Cyril. sunt ordines, vt in omnibus, & singulis repræsentetur Trinitas. Bone Deus, Nè humanum genus (quod ab vno homine debuit propagari, vt arctius homines se
Pro domi. diligerent) multum esset ab Angelis minoratus, voluit
34. Deus, vt similitudo quæ in hierarchijs Angelorum in-

ueniebatur, in temporis mora, quæ imperfecta hominis formatione consumitur haberetur. Amplius in ipsorum digitorum iuncturis ternarius numerus, & similitudo huius mysterij conspicitur. Audeo dicere Cyrilli authoritate fulcitus, qui in illa verba, Luc 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, inquit, Spiritussanctus dicitur digitus Dei, filius manus, & brachium patris dictus est, operatur enim pater cuncta per eum: sicut igitur digitus non est alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic spiritussanctus consubstantialiter connexus est filio, & per eum filius omnia operatur. Quibus verbis, nostræ fauens similitudini, nouam insinuans dicit, quòd est connexus filio sicut digitus manui. Digitus dicitur spiritus sanctus, inquit Augustinus de quæstionibus Euangelistarum, propter participationem donorũ, quę in eo dantur: in nullis enim membris nostris magis apparet partitio, quàm in digitis: quòd filius dicatur brachium, patet, Luc 1. fecit potẽtiam in brachio suo, quòd spiritus sanctus dicatur digitus patet, Luc 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, huiusmodi similitudinibus fauet Augustinus 11. de Trinitate, c. 1. vbi inquit. In hoc qui corrumpitur homine quæramus quemadmodum possumus quandam Trinitatis effigiem, vbi loquitur de homine exteriori.

Augu. pro spiritusan.

Aug.

Præmisso ergo exordio, quod hoc mysterium est mirabile vel ineffabile, supponendo fidem, quę requiritur ad hoc mysterium, dicere populo, quod totus homo est plenus similitudinibus huius mysterij, & discurrere per prædictas similitudines iuxta suum ingenium.

Præcipua ergo ratio imaginis, quæ in vnoquoque homine inuenitur, consistit in potentijs animę, nam in corpore, non est propriè imago, sed vestigium, quod innuit Apostolus ad Colossenses 3. dicens. Inducentes nouum, qui renouatur in agnitionem Dei, secundùm imaginem eius, qui creauit eum: ac si dixisset, il-

ad Col. 3.

lam partem hominis esse magis ad imaginem Dei, quæ
S. Thom. renouari potest agnitione fidei. Vide Sanctum Thomam, 1. p. quæ. 93. art. 3. Anima ergo nostra, quædam est spiritualis substantia in qua est memoria, intellectus, &
Scot. voluntas, hæ potentiæ secundùm Scot. in 2. dist. 16. non distinguuntur ab anima realiter, sed sunt idem cum illa, in ipsis potentijs sine operationibus suis, inquit Sco. non est similitudo, sed in potentijs cum operationibus suis, nam in potentijs solùm, non est productio vnius ex alia, sicut reperitur in diuinis, vbi vna persona producitur ab alia: insuper memoria non est potentia distincta ab intellectu, sed ipse intellectus cum specie intelligibili existente ibi per modum habitus, id est permanenter: intellectus ergo cum specie, qui, vt dictum est, dicitur memoria, gerit vicem parentis, habens rationem improducti, in quo assimilatur patri, qui est improductus: producit autem intellectus cum specie, notitiam quæ est actualis similitudo rei intellectæ, in quo assimilatur patri, qui intelligendo suam essentiam producit verbum diuinum, quod est notitia expressa, & actualis similitudo & imago patris, vt habetur ad Colos. 1. vbi filius dicitur imago inuisibilis patris. Hæc similitudo nostri verbi, ad diuinum verbum adeo placuit Platonicis, quòd D. Augusti. 10. de ciuitate Dei referat B. Simplicianum, ex sententia cuiusdam Platonici
Hugo. dicentem, principium Euangelij Ioannis, vbi filium appellat verbum, esse scribendum literis aureis, & omnibus templorum ianuis esse affigendum. Hæc similitudo melior est, quam similitudo Hugonis dicentis, sicut ex patre filius, ex vtroque Spiritus sanctus, ita ex intellectu voluntas, ex ambobus procedit memoria. Si nomine voluntatis, non intelligit actum voluntatis, non apparet quomodo voluntas procedat ex intel-
Ambr. lectu, & memoria ab vtroque: sed quia eisdem penitus verbis vtitur Ambros. libr. de dignitate humanæ conditionis, non debet irreuerenter reijci. In hac similitu-

dine, maxima est dissimilitudo, quia verbum nostrum non est substantia, sed accidens, consequenter non est persona per se subsistens, nec vt principium elicitiuum producit amorem, sicut filius in diuinis, sed sola voluntas precedente cognitione, est quæ producit amorem. Sunt aliæ innumeræ dissimilitudines, quarũ rationem assignat August. 15. de Trinitate c. 13. dicens. Sicut omnis scientia nostra, illi scientię Dei, sic & nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, ideſt quia scientia nostra est finita non perfectè similis diuinæ scientię, nimirum quod verbum nostrum sit dissimile verbo diuino. In verbo exteriori, etiam est similitudo ad diuinum verbum, quia cor est sicut fons, verbum sicut riuulus declarans quod est in mente, sic verbum diuinum declarat patrem, & ea quæ sunt in patre. Ita Basilius homilia super, In principio erat verbum. *Aug.* *Basi.*

Ex obiecto cognito producitur amor correspondẽs Spiritui sancto, qui producitur à patre ingenito, & à filio per intellectum producto: quomodo sit amor à verbo manifestatur, nam cum concionator cogitat aliquẽ bonum conceptũ statim delectatur & recreatur manifestans illum alicui, dicendo, *oque galano concepto.* Sic pater dilexit verbum, & verbum dilexit patrem, ex mutuo amore productus fuit SS. qui vtriusque est nexus indiuisus est amori. *Similitudo Spiritus sancti.*

Hęc similitudo verbi interioris etiam reperitur in angelis, imo in ipsis est maior similitudo quàm in homine, nam angelus cognoscit se per suam essentiam, id-est ad cognoscendum se non indiget aliqua specie superaddita sicut nos indigemus ad cognoscendum lapidem vel quid aliud. Ita Sco. in 2. d. 3. q. 8. S. Tho. 1. p. q. 56. art. 1. Oppositum docuit Marsilius in 3. q. 7. ar. 1. docens cognoscere se per speciem: cæteras res præter ipsum, vt homines lapides non intelligit per suam essentiã, sed per species superadditas, quas malè negat Hen- *Sco.* *De Thom.* *Marsil.* *Henric.*

Durand. Gabriel. ricus citatus à Scot. in 1.p.3.q.6. Negat etiam Durandus in 2.d.3.q.6. Gabriel ibidem q. 2. Secũdùm omnes Thomistas, intelligunt per pauciores species, ideſt angelus ſuperior ad intelligendum hominem & leonem non indiget tot ſpeciebus, quibus indiget angelus inferior, ex quo ſequitur, quòd in angelo ſit maior ſimilitudo ad Deum, quàm in homine, quia Deus per vnicam ſuam eſſentiam intelligit ſe, & omnia diſtincta à ſe, quamuis ergo notitia angeli diſtinguatur ab S. Thom. angelo, quod etiam docet ſanctus Thom. 1.p. q.54. art. Marſil. 2. & 13. Cuius oppoſitum malè ſibi imputat Marſilius, vbi ſupra, tamen intelligit ſe per ſuam eſſentiam, ſecũdùm Sco. & ſanctum Thomam, quorum opinio eſt verior & communior, ergo magis aſſimilatur patri (qui cognoſcẽdo ſuam eſſentiam producit filium ſibi ſimilem) quàm homo, qui pro hoc ſtatu ſeipſum non cognoſcit per ſuam eſſentiam. Si quæras quare anima Sco. noſtra non ſe cognoſcat per ſuam eſſentiam pro hoc ſtatu, inquit Sco. in 2. d.3.q.8. quòd talis eſt connexio potentiarum pro hoc ſtatu, vt nihil ſit in intellectu quin prius fuerit in ſenſu: ſi hæc eſt præciſa ratio & nõ prouenit ex peccato, manifeſtè ſequitur quòd nec Adam cognoſcebat animam per ſuam eſſentiam: de anima ſeparata nõ eſt dubium quin cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam, tunc maior ſimilitudo angeli ad Deum, conſiſtet in hoc, quod habet perſpicaciorem intellectum, vel in hoc, quod intelligit per pauciores ſpe- Gregor. cies vt dicunt Thomiſtæ. Hanc veritatem docet Gregor. 32. Moralium, cap. 24. explicans illa verba Ezechielis 28. Tu ſignaculũ ſimilitudinis Dei, vbi inquit, licet homo ad ſimilitudinem Dei creatus ſit, angelo quaſi maius aliquid tribuens, ipſum ſignaculum ſimilitudinis Dei dicit: Si verum eſt quòd angeli ſuperiores intelligunt per pauciores ſpecies, maior erit ſimi- Simile. litudo in vno angelo, quàm in alio. Ita S. Tho. in 2.d. 16.q.1.art.3. Solent Reges in Numiſmate Æneo impri-

mere nomen suum, in numismate aureo. *coronas y doblones*, imprimere imaginem suam. Cæteræ creaturæ. *son tarjas viejas de metal.* Representantes solùm vnitatem Dei: homo, *es doblon de oro*. Vbi est imago Dei trini, sed filius iuxta Apostolum ad Colossenses 1. est imago inuisibilis, vbi glossa ordin. ex Augustin. Aliter imago Regis est in nummo, aliter in filio: nos sumus nummus, Christus filius, ideſt imago non in aliena materia, sed in eadem substantia. Dicamus ergo, nos esse medium inter creaturas & filium, qui est imago inuisibilis in eadem substantia cum patre, nos sumus imago in aliena, ideo homo dicitur ad imaginem, non imago: cæteræ creaturæ recedentes à ratione imaginis, solùm continent rationem vestigij in alie- *B. Chrys.*
na substantia, sic vt de filio sic de Spiritusancto, excepto quòd, quia procedit per voluntatem, non est simi- *Ad similitudinẽ nostram. Gen. 1.*
lis ex vi processionis, ideo non dicitur imago, ex dictis constat, quomodo homo sit ad imaginem Dei, vt dicitur Gene. 2. faciamus hominem. Ex quo loco eleganter Ambrosius de fide ad Gratianum, probat contra Arrium filium esse æqualem patri, nam si filius esset creatura, vt inquit Arrius, esset diuersæ substantiæ à patre; ergo homo existens imago personæ patris, non esset imago filij, ergo incongruè dictum esset, ad imaginem nostram, ostendendo vnitatem personarum in essentia. Accedit Chrysostomus sermone de Trinitate dicens. Non meam & tuam dixit, sed nostram, vt vnitas personarum monstraretur, quamuis ergo homo sit imago Dei, aliter filius dicitur imago Patris, vt dictum est. Relinquamus fines intellectus, succedamus in partes, & confines voluntatis, vt ipsam ad amorem prouocemus. Ad similitudinem nostram, inquit facer textus. Quid alij sentiant omittendo quod ad nostrum concionatorem pertinet, vt auditores moueat explicabo, prænotando quòd sicut Deus, secundùm suum *Nota.*
esse est trinus & vnus, secundùm sua attributa est bo-

nus, iustus, & sapiens: ita quoque anima nostra, secundùm suum esse, est ad imaginem Dei, vt dictum est, medijs autem virtutibus assimilatur Deo in iustitia, & bonitate. Quantum ad primum dicitur, faciamus hominem ad imaginem, quantum ad secundum dicitur. Ad similitudinem nostram, vbi seruauit ordinem naturæ; quia in nobis, prius est prima similitudo, quàm secunda, nam accidens in subsstantia fundatur, & subsstantia prior est accidenti, ratione, cognitione & tempore, teste Ari. 7. Methaph. Ratio imaginis fundatur in natura, nempè inanimis, intellectu & voluntate: ratio similitudinis, vt quod anima habeat sapientiam, charitatem, & iustitiam, qua anima est iusta, & assimilatur Deo iusto, & sapienti, fundatur in accidentibus, quæ adesse & abesse possunt à nobis sine subiecti corruptione, & Porphirij documentis instruimur, hinc est, quod ratio imaginis, nec deleri, nec amitti potest in homine, quia fundatur in subsstantia: ratio verò similitudinis deleri potest, quia potest homo amittere virtutes, quibus assimilatur Deo, qui est bonus per essentiam: ideo ratio similitudinis, non est in peccatore, qui non est sanctus, sicut Deus sanctus est. Similiter ratio imaginis augeri non potest, quia fundatur in subsstantia, quę non recipit magis & minus: ratio similitudinis augeri potest, quia fundatur in accidentibus, quæ recipiunt magis & minus: ideo quantò aliquis sanctior est, tantò est Deo magis similis. Ita docet D. Aug. 14. de Trinit. cap. 4. Quòd hæc sit differentia inter imaginem & similitudinem testatur citatus August. Ambro. lib. 10. in Lucam, vbi inquit, Solus Christus est plena imago Dei propter expressam in se paternę claritudinis vnitatem: iustus autem homo, ad imaginem Dei est si propter imitandam diuinę cõuersationis similitudinem, mundum hunc Dei cognitione contemnat. Idem habet Victorinus, & Eucherius, vt refert Pater Castro

Ratio imaginis fundatur in natura, ratio similitudinis in accidentibus, Ari.

Aug. Ambr.

Victorinus Eucherius.

verbo Adam hæresia, verba Eucherij sic habent, imago Dei, omnium, similitudo paucorum, imago Dei anima peccatrix esse non desinit: ad Dei autem similitudinem, nisi sancta fuerit non peruenit. Idem habet Grego. Nissenus, glossa ordinaria, & Liranus ibidem, Magister in 2. d. 16. Alexander 2. p. q. 62. membro 5. artic. 5. Suadetur ratione, nam imago & similitudo se habent sicut superius & inferius, sicut homo & animal, omnis imago continet rationem similitudinis, nõ tamen omne simile est imago, ergo superfluê postquam dixerat, Ad imaginem, adderet scriptura, [ad similitudinem,] vtranque similitudinem optimè complectitur Leo Papa sermone 1. de ieiunio decimi mensis dicens, Inuenimus hominem à Deo ad imaginem Dei conditum (ecce rationem imaginis quę est in natura) vt imitator sui esset autoris: & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo diuinæ bonitatis, forma resplendeat, dicendo imitator, denotat similitudinem per virtutes, iuxta quod inquit Saluator, estote perfecti sicut pater vester perfectus est. Ex Augustino locis citatis in principio concionis, vbi inquit eo capax gratiæ quod Dei imago, probatur, quod ratio similitudins fundatur in ratione imaginis: quod adnotauit Cyprianus super illum locum. Rationem similitudinis, non obscurè Simon Barionæ, cui pater filium reuelauit, Epist. 2. cap. 1. ostendit dicens, Pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugiẽtes eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem, idest Deus pater per merita Christi promisit dari nobis dona, non parua, sed magna, non vilia sed pretiosa. Verax & fidelis Deus (omnis homo mendax) seruans pactum, stans promissi: promissa dona donauit affluenter in die Pentecostes Spiritu sancto cœlo misso, quia omni repulsa formidine induit nos dono fortitudinis, nè à facie principum huius sæculi formidare-

Gre. Niss. Glossa. Lyran. Magister. Alexand. Leo.

Lyranus. 2. Petr. 1.

mus. Dedit os & sapientiam, donúmque linguarum, vt cum mysterio crucis Iudęis scandalum, Gentibus stultitiam annuntiaremus Trinitatis mysterium, conferentes simul baptismum in nomine eiusdem Trinitatis, vt suscipientes vos fidem, quam sequitur charitas, nisi adsit impedimentum efficiamini consortes diuinæ naturæ, quod consortium erit causa fugiendi concupiscentiæ corruptionem. Ad nostrum propositum. Si consortium est, ergo aliqua similitudo: non est similitudo in natura, quia sumus alterius naturæ à Deo, ergo est similitudo in donis, & virtutibus, vt dictum est. Nota quod dixit, vt efficiamini, non vt efficiamur, denotans quòd non loquitur de dono fidei, & gratię prout in ipsis Apostolis erant ad suam iustificationem, sed de donis quibus alij efficiuntur consortes, cuiusmodi sunt genera linguarum, & alia huiusmodi, his enim donis alijs prædicabant, qui recipientes verbum Apostolorum, fidem, & charitatem, efficiebantur consortes diuinæ naturæ, ideo dixit, vt efficiamini, ideſt dedit nobis gratiam & dona, vt vos conuerteremus, & sic efficeremini consortes diuinæ naturæ. Iuxta hoc explicabimus locum Geneſis, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, id est faciamus creaturam rationalem in qua sit imago nostri, cui, quia recta esse non potest per naturam, nè aliquid ad vltimum imperfectũ producamus, donemus dona & virtutes, vt sit recta & iusta sicut nos sumus. Ideo saluator. Sint vnum sicut ego, & tusumus. Et iterum Leuit. 19. sancti estote quoniam ego sanctus sum. Adhuc tres theologicas virtutes donauit, vt in hoc quoque suo modo Trinitas repræsentaretur: donauit fidem cui succedit visio. spem, cui succedit inhæsio: charitatem cui fruitio, quæ est amor rei præsentis, quem sequitur maxima delectatio: ipsum præceptum amoris & charitatis, Matth. 22. sub trina quoque circunstantia ponitur. Diliges Dominum Deum tuum, ex to-

Pro Spiritu Sancto.

Leuitico.

to corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, vt homo Dei trini memor Deum trinum diligeret. Notanda sunt verba Augustini, 14. de Trinitat. c. 4. vbi loquendo de anima nostra, inquit. Magna natura est, sed quia summa non est vitiari potuit, & quanquam vitiari potuit, quia summa non est, magna est quia summè capax est: Hæc Augustin. Nè ergo imperfecta esset vt vitio posset contraire, dona donauit Deus, quorum erat capax quibus esset & similis. Consonat Ambrosius libro de dignitate humanæ conditionis, vbi post multa inquit, quas virtutes, quantò plus quisque in seipso habet, tantò propius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Ad idem est Hugo, tom. 2. li. 2. de anima. Creata est anima magna à magno, recta à recto, magna quò capax æternorum, eò recta quò appetens superiorum, eò beata quòd Deo vnita. Ex quibus verbis satis constat, quomodo in huiusmodi rectitudine consistit similitudo nostri ad Deum. Nec ignoro S. Tho. 1. p. q. 93. art. 4. sequendo Cassiodorũ & glossam, super illud Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultu tui Domine, nomine similitudinis intelligere statum beatificum: duas vero similitudines de quibus fuit noster sermo appellare imaginem creationis & recreationis: cum autem sacer textus, de homine viatore dicat quod factus est ad imaginem & similitudinem, extra statum beatitudinis assignanda est differentia inter imaginem, & similitudinem.

Augustin.

Ambros.

Hugo.

D. Thom.

Creato primo homine, imposuit ei Dominus præceptum dicens. De ligno quod est in medio paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Multa hic essent dicenda, non placet amplius protendere discursum, ideo breuiter dico, imposuisse præceptum, vt in homine non solùm esset imago secũdùm naturam, & aptitudinem naturalem ad intelligendum & amandum Deum, aut secũdùm habitum, sed vt esset similitudo in actu, vt sic assimilaretur Deo, cuius

Posuit dominus Adæ præceptum vt esset similitudo in actibus.

perfecta sunt opera, omnes viæ eius iuditia: in bonis enim melior est actus, quàm potẽtia, *dar limosna que tener voluntad de darla*. Iuxta hoc explicandum est illud Gen. in qua hora comederis morte morieris, idest corpore eris mortalis, (nam non statim post peccatum mortuus est) secundùm animam statim quòd deserueris similitudinem secundùm operationem, morieris. *Estaras en mi desgracia* & auferam similitudinem, quę est per habitum charitatis, (habitus enim Theologici non efficienter, sed demeritoriè corrumpũtur à nobis) charitas vita est, patet Iacobi 2. Fides sine operibus mortua est, idest sine operibus charitatis nõ viuit, ergo charitas vita fidei est. Iuxta quod Bernardus serm. 2. de Resurrectione, vita corporis est anima, per quam mouetur & sentit: vita verò fidei, charitas est, quia per illam operatur, intellige meritoriè beneplacens Deo, nam aliter sine charitate bene fides elicit actum credendi.

Gen. 20.

B. Iacob.

Bern. 2

Proh dolor! proh pudor! totus homo est similitudo Dei, solùm in actu liberi arbitrij, quod in potestate tua est, quia nihil magis in tua voluntate, quàm ipsa voluntas, deest similitudo, magna dignitas arbitrij, magna infœlicitas tanti casus: ad tantam dignitatem honoris (de qua sufficienter) diximus subuectus es, ô homo, vt ex conditionis honore intelligeres quantum deberes tuo conditori, vt tantò ardentius conditorem diligeres quãtò mirabilius ab eo cõditum te esse agnoscis, habens eius imaginem & similitudinem. Nunc per peccatum obscuratum est aurum, mutatus est color optimus pulchritudinis tuæ: denigrata est super carbones anima tua, quæ erat lacte nitidior, rubicundior ebore antiquo, saphiro pulchrior: insignita Dei imagine, decorata eius similitudine, despõsata fide, viuificata charitate, eleuata spe, redempta pretioso Christi sanguine, hæres regni cœlestis effecta, maxima dona accepisti: O homo nunc soluens

Declamatio optima.

Vide ser. 2. Nat. ad fin.

minimum

minimum mãdatum, minimus vocaberis in regno cœ- *Ex Hiere.*
lorum accepisti dona pretiosa, nunc per peccatũ facta est nimis vilis anima tua iterans vias tuas, addendo peccatum ad peccatum, eũdo post amatores tuos quos expectabas sicut Thamar sedendo in via, reuertere & vide quàm amarum sit, dereliquisse te Dominum Deum tuum, & recessisse à Deo exemplari tuo, ad cuius similitudinem factus es: exuê te vestimentis iocunditatis tuæ, indue virtutes, quæ sunt vestimenta viduitatis tuæ, quibus ornaberis, & recuperabis antiquam pulchritudinem, & similitudinem. Ad hanc similitudinem diuino afflatus spiritu, sanctóque commotus feruore, vas electionis, Doctor gentium, prædicator veritatis, sanctus Paulus nos prouocat ad *ad Ephe. 4.*
Ephe. 4. dicens: Renouamini spiritu mentis vestræ, induite nouum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate: idest, induite Christum, qui est iustitia, & sanctificatio nostra est, induere iustitiam, & induere iustitiam est, induere Christum. Liquores, vtpote cera calida, recipit figuram vasis continentis, & frictissimus habitus, seu vestis constringit carnes, similiter calceus pedem: dicendo, induite Dominum Iesum Christum, *fue dezir, el os enmoldara*, & lasciuæ carnis excessum moderabit, *que dareys configuratos à Christo.* O homines, *vestid el alma desnuda, recuperad la imagen perdiday enuegecida*, dicendo. Induite nouum hominem, fecit allusionem ad fallacem modum quo Dæmon, qui Ioannis 8. dictus est *Ioannis. 8.*
pater mendacij, decepit antiquum & primum parentem, delendo similitudinem, quæ inerat illi per virtutes. Hoc idem 1. ad Cor. 15. Sicut portauimus ima- *1. Cor. 15.*
ginem terreni, portemus imaginem cœlestis, idest sicut exemplo Adæ dileximus terrena, reliquimus cœlestia, & per peccatum facti sumus similes Adæ peccanti, & amisimus similitudinem Dei sicut & ipse: sic portemus imaginem cœlestis, id est portemus ima-

ginem Christi de cœlo cœlestis : portabimus recuperando vitam gratiæ, curando conformes fieri imagini eius : aliter non erimus cœlestes, nec poterimus ad beatitudinem peruenire. Quantum hoc conari debeat concionator, quanto charitatis ardore debeat de hoc solicitus esse, docet Apostolus ad Gala. 3. dicens, Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus Dei. Ac si dixisset Apostolus, imago & similitudo Dei præcipuè in Christo in quo pater sibi benè complacuit est, nostra similitudo consistit in assimilatione ad ipsum, calore diuini amoris ego prægans, desiderio conuertendi vos ad vitam similem vitę Christi quotidie laboro, ne fortè si dominus vos inuenerit sine hac forma, sine hac pulchritudine, dicat, Nescio vos, ideſt, *estays feos y descoloridos.* Propter hoc admodum mulieris parturientis me habeo, donec formetur in vobis similitudo Christi. Vide ô miser homo quanto labore formata sit in te Dei similitudo, pretioso enim Christi sanguine formata est, ideo multum debes æstimare hanc similitudinem. De Demetrio Rege Macedonię dicitur. Quòd cum Rhodum obsessam haberet, consultumq; sibi esset, posse per incendiũ ciuitatẽ expugnare, & obtinere, facere recusauit, nè ciuitatem cõburẽdo, simul combureret precioſissimam effigiem, & pulcherrimam imaginem, quam insignis Prothogenes pictor depinxerat. O homo quare destruis similitudinẽ Dei, quã Dominus in te posuit? quemadmodũ imagines & figuræ, quę in hortis illustrium ex myrtis, vel thymis, aut alijs herbis fiũt, nisi quotidie herbę quæ crescunt amputentur, deperduntur: ita nisi curauerimus peccata resecare, & appetitus inordinatos frenare delebitur in nobis Dei similitudo, quæ inest nobis per virtutes, ideo continuò debemus animam à vitijs purgare. Plotinus Platonic. lib. de pulchro sic ait. Necesse est, vt qui diuinæ fœlicitatis particeps fieri cupit, diuinos mores, diuinamq; puritatem imitari, & Deo assi-

ad Gal. 1.

Pro virginibus.

Exemp. Demet.

Simile.

Platonicus

milari debet, & quòd nullus sit admittendus ad diuinũ intuitum, nisi diuinam similitudinem sumpserit. Ergo si ad imaginem Dei factus es, cura Deo virtutibus assimilari. Solus amor, inquit Hugo lib. 2. de ani. c. 21. est in quo potest anima suo respondere creatori, id est amor viæ assimilat nos Deo, quia deleri potest, similis est figuris supradictis. Amor beatorum, & eorum qui in gratia sunt confirmati, assimilatur imaginibus quę fiũt in ære solidissimo, quæ nunquam corrumpuntur. In diuinis pater est improductus, filius verbum est & notitia producta à patre: hæc notitia simul cum patre producit Spiritum sanctum, qui est amor: tunc similis eris Deo trino, si habueris memoriam Dei, quæ est velut improducta: si produxeris notitiam & cognitionem Dei, quæ est velut notitia producta, si habendo notitiam, & cognitionem Dei non producis amorem Dei, non est in te similitudo Trinitatis, in qua verbum quod est notitia patris producit amorem, ergo vt tu sis similis huic Trinitati, notitia Dei, quæ est in te debet producere amorem Dei. Insignis locus Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Patent verba hęc, de notitia Dei loquuntur. Sequitur, Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Ac si dixisset, Verbum tuum notitia tui efficacẽ in me produxit amorem, præ spiritus feruore, & ardoris amore, quem conceperam, & in me ardebat, irreuocabiliter mecum proposui, & firmissimè in animo statui, in perpetuum obseruare, & nũquam vltra transgredi præcepta tua iustissima, atq; æquissima: iuramento me astrinxi, & iure iurando iuraui custodire legem tuam, vt iuramenti obligatione firmaretur magis in me amor tui. Ad idem est illud in meditatione mea exardescet ignis. Iuxta hoc potest explicari illud Ioannis 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me, id est, omnis qui habet affectiuam, & viuam inspirationem, venit ad me diligendo me, & qui diligit me,

Hugo.

Spiritualis Trinitas ad mores

Psal.

diligetur à patre meo. Insuper in illa diuina Trinitate sunt tres personæ in vna essentia, ratione cuius, pater est in filio, & filius est in patre, quem modum essendi diximus appellari circum insessionem : qui ergo est in charitate, habet similitudinem huius vnionis, nam Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo: ergo tres personæ sunt in ipso, iuxta illud. Ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus, ergo secundùm affectum, est Trinitas in vnitate, ideſt sunt tres personæ in homine existente in charitate, & vice versa. Si qui manet in charitate, in Deo manet, sequitur, quòd est vnitas in trinitate, ideſt, est homo in Deo trino. Similiter, si vbi duo, vel tres ibi sum ego; sequitur quod vbi duo, & ibi Dominus est Trinitas, si tres, & ibi Dominus, sequitur quòd est Trinitas & vnitas secundùm affectum charitatis, quam iure optimo Paulus ad Gal. 3. appellat vinculum perfectionis, quia ipsa est quæ ex pluribus facit vnum affectum. Recusat Petrus lauari ab eo, qui abluebat peccata mundi, audita comminatione, non habebis partem mecum, ideſt, non eris per charitatem vnum mecũ, nè amitteret vnitatem, & Trinitatem de qua loquimur, inquit, non tantùm pedes, sed caput. Trinitas mundi, est superbia vitæ, concupiscentia carnis, concupiscentia occulorum. In diuinis, Patri tribuitur potentia, vt quia sunt homines qui desiderant dignitates, ambiunt honores, & potentiam, vt sibi alij subijciantur. Filio tribuitur sapientia, vt quia sunt homines, qui sapiunt secundùm carnem, & sapere secundùm carnem mors est. Spiritui sancto appropriatur bonitas, in mundo non est bonitas, non est iustitia, non est amor, nisi interueniant dona, & munera; nam in mũdo est cõcupiscentia oculorum, *Dauidas que brantam pegnas los ojos se les uam alrecebir*, nõ est amor, & nexus cordium, si nõ sint munera: hæc cõciliant animos, remittũt iniurias, reddunt dignos homines honoribus huius sæculi. Si ergo simili-

tudo est causa amoris, quia vbi est similitudo, *Ay vn mio y como yo*, & vnusquisq; seipsum diligit, quomodo Deum nostrũ, ad cuius imaginem & similitudinẽ facti sumus, nõ amamus? Quæ conuẽtio iustitiæ ad iniustitiã, virtutis ad vitium, recti ad obliquum? & vt compendio dicam, boni ad malum: quæ tibi hæreditas in terrestri domicilio, in ciuitate non permanente; Futuram inquire, diuitijs opulentam, auro fulgentem, pretiosis gemmis micantem, vbi est vita sine morte, iuuentus sine senectute: vbi renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua: vbi est lux sine tenebris, pax sine perturbatione, libertas sine seruitute, quies sine motu, requies sine labore, vbi nulla aduersitas turbat, nulla molestia inquietat, omne quod displicet deerit, cum summa exultatione, omne quod placebit aderit, hanc vitam mihi, & vobis concedat beata Trinitas vnus Deus. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO III.

Hoc mysterium est mirabile.

DIximus diuinam scientiam, ex humana creatura esse mirabilem: cõsequens hinc est, hoc diuinum mysterium esse maximè mirabile, excedẽs omne mirabile, quia ex hoc mirabili omne mirabile, propter quod vnũ quodq; tale & illud magis. Hoc est mirabile quod oculus non vidit, auris sine reuelatione non audiuit: nunc auribus nostris audiuimus. Patres nostri, de ore in os, ore Apostolorum Christi edocti, annuntiauerunt nobis. Deum ignotũ, quem gentes barbaræ ignorabant, Athenienses in confuso cognoscentes ex parte colebant, timor, & tremor non venerunt super nos, nec contexerunt nos tenebræ, quia qui dixit *Thesalo. 2.*

de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris,& accepimus verbum Apostolorum,nõ sicut verbum eorum,sed sicut est verè verbum Dei, cuius maiestati debetur adoratio, dominio seruitus, potentiæ subiectio, veracitati assensus, bonitati amor, misericordiæ spes, perfectionibus laus, beneficijs gratiarũ actio, deniq; vt iudex debetur timor, qui iuxta Prophetam est initiũ,per quod habemus accessum, & progressum ad Sapientiã,quæ sapida,& suauis est rerum diuinarum intelligentia, omnium bonorum mater, maleuola animam nolés introire. Alius inquit Chrysostomis,ait per potentiam, alius per maiestatem eius, vbi quod diximus, manifestè docet, significans esse angelorũ chorum, ad laudandum Dei maiestatem,destinatum. Ingenuè fateor quòd penitus ignorassem horum verborum sensum,recedere longè ab oculis mentis meæ tãti dicti mirabilis intelligentia, nisi scholasticæ doctrinæ splendidissimũ lumen doctor sanctus,in primo,d.2.q.1.art.3. incorpore ad finem, clarius me doceret dicens, ex citato Chrysost. esse angelos deputatos ad laudandum Domini maiestatem, alios ad laudandam eius bonitatem, his verbis, in hoc lumine, potui videre diuini Chrysostomi fulgentissimum lumen, & aure percipere quod os auri locutus est.

Sapien. 1.

Chrisost. tomo 1. ad finem explicans illud Psal. 148. Laudate eũ omnes Angeli.

Hæc laus in beatis, qui ex primo homine è limo terræ plasmato duxerunt originẽ, materialis est, & sonorosa. Colligitur in Hiero. sermone de Assumptione B. Virginis,docet S. Tho. gloss.ibidem 1. ad Cor. 3. in illa verba siue linguæ cessabunt, in 2. 2. q. 2. ar. 2.ad 5. in 4. d.44.q.2.ar.1.Henricus quolib.7.q.7.Ricar. in 4.d.49. Soto ibidẽ q.4.ar.5. concluſ.4.Abulens.25.super Matt. q.560.erit autem omnibus vnus sermo, & vnum labiũ, sicut in mundi exordio,colligitur veritas Apocal.4.vbi de animalibus dicitur, quod nõ habeant requiem die, ac nocte dicentia, sanctus,sanctus,sanctus.Idem faciebant Seraphin apud Isaiã 6. spiritus angelicos canere

S. Thom.

B. Hieron.

D. Thom.

Ricard.

Soto.

Gen. 2.

Isai.

habetur ex Chrisostomo citato, ex Aug. & Ambro. in hymno, Tibi Cherubin, & Seraphin &c. Ecclesia quoq; in præfatione per quem maiestatem tuam laudant Angeli &c. Si hoc sit sonora, & reali voce, sicut decantant alibi beati dicant alij. Ad Virginem Gabriel sonora voce locus est in apparenti corpore assumpto, sicut serpẽs ad Euam, in die natalis Domini Angeli ad pastores sonora voce annuntiauerunt gaudium magnum, & plurima multitudo cœlestis exercitus decantauit pariter Gloria in excelsis Deo.

Pro die natiuitatis, pro annunciatione.

Cum Dei bonitati amor, maiestati adoratio debeatur & ad hoc deputati sint chori Angelorũ, vt ex Chrisost. & S. Tho. probatũ est, quid tibi debetur. O sacratissimũ mysterium! Mysterium excedens omne mysteriũ! mysterium vnde dimanat omne mysteriũ. Mysterium existens sine principio, & causa: quam habent cætera mysteria. Lege secundũ, tertiũ, & quartũ sententiarũ, & inuenies, quod si Virgo, virgo si sine originali peccato, si de Spiritusancto cõcepit, si verbũ est cato, & quidquid aliud est, testante discipulo quẽ diligebat Iesus, factum est. Lege primũ sententiarũ qui de Dei vnitate, scientia, & potentia, diuinarumq; personarum Trinitate agit, & quidquid illic est increatũ, non factum est. Pater est principium sine principio, principium omnis principiati, principium vnde procedit filius. Filius principium est omnis principiati, quia omnia per ipsum facta sunt, tamẽ principiũ de principio, quia est de patre tanquam de principio, à quo fuit productus. (Caue prudens Concionator, nè dicas filium principiatum, sed solùm dices, de principio, quia principiatum dicit passionẽ receptam in materia, quod repugnat in diuinis.) Spiritus sanctus (qui eadem ratione principiatus dici non debet) est principium omnis principiati, quia spiritu oris eius omne opus eorum: sed est principium de principio: nempe de patre, & filio, quia sicut sunt duæ personæ: sic duo principiantes: sed sic eorum vna est

Exod 3. communis, & indiuisa essentia, sic non duo, sed vnum
3. Reg. 10. sunt principium Spiritus sancti, qui vtriusq; est nexus
1. Paral. 9. indiuisus amor, quo pater, & filius se diligunt. Cum hoc tantum sit mysterium, ei admiratio, & stupor debetur. Visione rubi, qui ardebat, & non comburebatur, admiratus est Moyses, videndo multitudinem ministrantium mensæ Salomonis, admirata est Orientalis Regina Prouinciæ Sabbæ, dominatrix non indigens, sed referta muneribus, quod ostendit maiorem causam admirationis, quid nos in consideratione tanti mysterij, in quo mirabile profectò est, quod in vna essentia indiuisa, tres subsistant distinctæ diuinæ personæ: hoc est n. primum in quo eius infinitas consistit, & ostenditur. Essentialia quæ ad diuinas personas attinent, vt bonitas, sapientia, iustitia notionalibus sunt priora: notionalia verò, vt generatio filij, & processio Spiritus sancti, essentialibus, quæ dicunt ordinem ad creaturas, vt creare & gubernare mundum, priora sunt. Ergo per prius infinitas diuinæ essentiæ dignoscitur, in hoc quòd vna & indiuisa, sit in tribus personis, quam in hoc quòd ex nihilo possit mundum creare, aut creatum in nihilum
In 1. d. 8. q. 4 ad 1. conuertere. Hæc infinitas, inquit Sco. est ratio quare in diuinis omnia sunt vnum: nam si essentia diuina infinita non esset, sine dubio in distinctis personis, sine distinctione, esse non posset, Hic est proprius modus
12 Metap. text. com. 5. eo. in 1. d. 2. diuinæ essentiæ communis ad omnia attributa, & perfectiones diuinas: ideo enim Dei sapientia est infinita, & eius iustitia est infinita, quia diuina essentia est infinita, omnium perfectionum plenitudo fontalis extrinsecæ perfectionis expers omnino, nam vilesceret intellectus Diuinus, si aliquid extra se quæreret; Est ergo mirabile, quòd sic sint tres personæ, quòd nec plures, nec pauciores.

Si angeli laudant Deum voce reali, vsu extrinseci corporis, nõ dubiũ quin sint angeli, qui non voce sed silentio suum autorem venerẽtur, iuxta, quod Psal. 64.

vbi dicitur. Te decet hymnus Deus in Sion, translatio Hiero. ex Heb. vt habetur Biblia trilingui, habet, te decet silentium Deus. Et hoc conuenienter quidem, nam iuxta Baruch, ca. 3. magna est domus Domini; in domo verò Monarchæ, & potentissimi Principis, varia sunt onera, & officia ministrantium; alij enim sunt Regi à secretis, alij à militia, alij à nutu, alij à legatione, alij loquuntur, alij cum silentio attentè, quid imperet expectant. Quid ergo mirum, quòd in Cœlo sint Angelorũ chori canentium, & laudantium Deum? alij verò non nisi silentio, & admiratione, quæ, iuxta Bernard. supremum genus est contemplationis: ex plena námque superexcellentis obiecti cum potentia, vnione, & præsentia intima, quæ obscuriori vocabulo, illapsus *dici solet*, intellectus capacitate repleta, admodum languẽtis corporis, quod præ infirmitatis grauedine non potest vltra progredi, aut regredi, suspensus, eleuatúsque manet intellectus, qui si in corpore sit, corpus rapiens erectum sustinet, & sæpenumero à terra eleuat, cupiens euolare ad Deum quem dilectum tenet, absentem videt. Regina Sabbea abundans fragrantia odoramentorum, quæ cerebrum confortant, à longè audiens Salomonis sapientiam, voluntario exilio sumptibúsque non parcẽs, longitudinem itineris non timens, alienigenarum gentium regna pertransiens, futurorum Regum, qui stella comite Regem regum Iesum Christum adorauerunt, figuram tenens: multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, audacter, sine timore, non minus corde referta quæstionibus dubijs, vt tentaret Salomonem in enigmatibus, intrauit Hierusalem: sed quæ fortiter egerat, cum à longè erat, stans coram, Salomonis sapientiam, domum quam ædificauerat, nec non, & cibaria mensæ eius videns, non erat præ stupore, in ea spiritus, *ay hachilleres de lexos, que no saben hablar de cerca*, & sic admiratione suspensa statim loqui non potuit:

Obiecta sensuum.

Pro Epise.

silentio Salomonem prius venerata, quàm verbis interposita temporis mora, reciprocato spiritu, *tomando huelgo*, prosiliuit in verba, erupit in exclamationem, alta voce locuta est dicens; Vicisti famam operibus tuis, verus est sermo quem audieram in terra mea, de virtutibus, & sapientia tua. Sic Regina Hester stetit coram Assuero, & Angelorum Regina coram cœlesti Paranimpho Gabriele, quare in Cœlesti Curia Paranimphus plenè edoctus prudenter se habens, suspensionem, & admirationem, quæ ex adiuncto timore, legationis suæ erat impedimentum manifestum (sicut alter Assuerus in throno positus) mollibus, & suauibus verbis, sedando Virginem, dicendo, [Nè timeas] legationem suam exhibuit dicens, inueniisti gratiam. Abraham, inquit Basilius, sermone de fide, cinerem se nominat. Moyses lingua balbum, ac sermone tardum: Quantò magis quis ad ipsius notitiam accedere videbitur, tantò maiorem sentit infirmitatem, nimirum ergo quòd superiores spiritus, quantò magis accedunt ad Deum, tantò magis suspensi maneant silentio laudantes Deum. Moyses, Exod. 4. dicebat. Ab heri, & nudius tertius ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. Insignis locus, Exod. 33. vbi petebat videre Dominum, sed cum veniret gloria Domini, abscondit se sub petra, postquam transiuit Dominus locutus est dicens. Dominator Domine Deus, misericors & clemens, *presente calla en absenca abla.*

Pro Annũtiatione.

Si Angeli sine voce reali, vt credendum est, laudant Deum interiori locutione, tanti mysterij visione suspensi, adhuc silentio laudant, quia laudem suam imparem agnoscunt præ excellentia, & magnitudine Diuinæ Maiestatis, iuxta quod dixit Spiritus sanctus, Eccles. 43. Glorificate Deum quantum potestis superualebit adhuc, exaltate illum quantum potueritis, maior est enim omni laude, idest quantumcunque cognoscamus Deum ex creaturis, cognoscendo esse bonum,

sapientem, per se subsistentem, quia videmus sapientiã, & subsistentiam in creaturis, maior est cognitio, cum cognoscimus, non esse substantiam, sed super substantiam, non sapientiam, sed super sapientiam, Illa negatio, quòd non est aliquid eorum quæ videmus, sed aliquid supra est perfectissima cognitio, quæ nunc potest haberi de Deo. Sic cum Deum laudamus siue exteriori siue interiori voce, perfecta laus est, cum cognoscimus esse supra omnem laudem, & non posse perfectè laudari, & sic semper congruit lectio Hieronymi; Te decet silentium Deus, Romani vt significarent Deos silentio esse colendos depingebant Deam Angeronam vti ori impositã. Ad idem denotandum Ægypti depinguebant Harpocratem digito ori impositõ, hãc admirationem mirabiliter ostendũt Cherubim quæ posuit Moyses, respiciebant enim se mutuo, sicut cum Imperator, & Monarcha diademate coronatus, quẽ plurimi equites magnáque militum turma præcedit ingreditur aliquam Ciuitatem, lapidibus, & gemmis pretiosis ornatus admirantur homines, mutuò seipsos, respicientes, *est an enucleſados*, sic cœlestes spiritus. Sumpsit ex Bonauent. in itinerario, c. 6.

Persuasio ad credendum hoc mysterium.

Ex hoc quod mirabile, nè existimes incredibile, imò hinc supposita fide maximè credibile suadetur. In naturalibus enim multa sunt in doctis mirabilia, & quasi incredibilia quorum causa cognoscens Philosophus facit credibilia, qualia sunt tonitrua, fulgura & similia. Igitur mirabile non infert falsum, aut incredibile, sed solùm dicit aliquid excellentissimum superans facultatem nostri intellectus. Huiusmodi est hoc mysterium; Rursus inferiorum perfectionem videmus contineri in superioribus, sicut paruus numerus continetur in maiori, Sic vegetatiuum continetur in sensitiuo, sensitiuum in rationali, ita vt concatenata sit omnium creaturarum perfectio. Cum autem secundùm Arist. de generatione text. 51. & Dionysium de Diuinis nominibus,

experientia testimonium perhibente, animalia perfecta generent sibi simile, consequens est nõ esse rationi dissonum, sed maximè consentaneum, quamuis rationem excedat, personam diuinam producere aliam: si enim locus circunstans ignem calefit ab igne, & stellæ luce solis participata splendent, rectè sequitur quòd magis calidus, & splendens erit ipse ignis, & sol. Igitur si creaturæ, media factione in extrinseca materia recepta, à Deo productæ generant; quantò magis in diuinis erat generatio. Arist. 2. de anima textu commen. 34. docet creaturas generare, vt conseruata specifica natura, supposito quod indiuidua non possunt perpetuò durare, assimilentur Deo in æternitate, nos huius mysterij veritate diuino lumine circumfulsi, instructi, dicemus generare sibi simile, vt assimilentur Deo patri in æternitate generanti filium, & sic stat ratio Aristot. quæ licèt falsa non sit, diminuta est tamen: sicut si quis diffiniendo hominem diceret, homo est animal sensibile, non falsò dicit, sed diminutè: sic verum est creaturas generare, vt assimilentur Deo in æternitate, adæquatè tamen non diminutè, dicendum est generare, vt assimilentur Deo patri producenti filium in æternitate. Hoc argumento vsus est Dominus per Isaiam, ca. 6. dicens, nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus, ac si dixisset, si fœcunditas, & partus in creatura perfectio est, nullo modo talis perfectio deneganda est mihi creatori. Videmus autem quod vnus homo generat hominem, non leonem, ergo diuina persõna generabit aliam diuinam personam. Non possunt esse plures Dij, vt distinct. 1. dictum est, ergo illæ personæ erunt vnus Deus. Iuxta hoc, quod ex Isaia inductum est, Scotus in 1. d. 3. q. 6. in corpore probat esse, productionem in diuinis. Omne suppositum habens à se sufficiens principiũ productionis potest producere productum adæquatum illi principio. Aliquod suppositum diuinum nempe pater habet à se sufficiens principium producendi,

quod est memoria fœcunda, quę est intellectus diuinus habens essentiam pro obiecto, nihil est adæquatum memoriæ fœcundæ infinitæ, nisi sit infinitum, ergo Deus qui est spiritus non corpus, per intellectum producit aliquod productum infinitum adæquatum sibi. Rursum non minus perfecta est voluntas Diuina, ad producendum, quàm intellectus, ergo per voluntatem est alia persona producta, similiter infinita: & cum quælibet harum productionum sit adæquata hoc est, quod per intellectum non nisi vna productio: per voluntatem etiam vnica tãtum productio, rectè sequitur, quòd in diuinis sit tantum duplex productio, omnis productio supponit aliquam personã improductã, quia nihil producit, aut generat se, ergo conuenienter ponitur in diuinis persona patris improducta, & sic fide supposita constat quomodo sit Trinitas in diuinis. Ad denotandum quòd generatio, & productio in diuinis est consubstantialis, dicitur à patre ad filium, ex vtero ante luciferum genui te, ideſt es mihi consubstantialis, sicut filij qui generantur ex vtero, & nè existimares hoc fuisse in tempore, sed in ęternitate dicitur, ante luciferum, ideſt ante primam lucem, & primam creaturam, *antes que remaneciesse alguna creatura*, consonat illud. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ sub hac metaphora dicamus creaturas esse diuersæ substantiæ à Deo, quia non sunt ex vtero sed ex practica Dei scientia, sicut artificiata ab artifice.

Hoc mysterium ex hoc quod mirabile amandum est.

Exod. 3.

Cum hoc mysterium sit mirabile ardentissimo amore debet anima nostra flagrare, & maximo desiderio teneri videndi hoc mirabile. Dauid, mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea, ideſt. Cum præcepta tua sint stupenda, omníque consideratione, & admiratione digna, tenuit me desiderium scrutandi & cõsiderandi illa, sic quia hoc mysterium est mirabile debet nos tenere desiderium considerandi & amandi illud. Ostendit magnus Dei populi Dux videns rubum

Ita explicat Nicolaus. Phil. lib. 1. de vita Moysi.

qui ardebat, & non comburebatur, Vbi significauit Deus, quòd licèt eius populus affligeretur, non erat labore consumendus, sed mirabiliter liberandus dixit, vadam videbo visionem hanc magnam; Ac si dixisset; Grande miraculum, non visum spectaculum, quid hoc est quod supra naturam est? Quid hoc est quod inconsuetum est? Quid hoc est quod visu videbo? interius intellectu clarè, non dijudico, magna distantia, quę Angelis impedimentum esse solet, forsan impedit nè obiectum immitat sufficientem speciem ad dignoscēdum hoc mirabile. Accedant cominus, non aspiciam eminus, sic forsam dijudicabo quid hoc; nam magnū hoc, quid de rubo cupienti appropinquare dicitur, vtique nè appropries huc, solue calceamenta de pedibus tuis, locus in quo stas terra sancta est. Quare sancta? quia Dominus habitat illam. Ita Hug. de sancto Vict. consentiente Caio qui inquit sanctus est, quia diuina electione dicatus est mons ipse ad apparitiones Dei, statim. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham. Quid fecit Moyses? Abscondit faciem suam, & non audebat aspicere contra Deum. O bone Deus, quando Bernardus, aut Bonauentura similem formam scripserunt regularis disciplinæ, *pie descalco ojo vendado, cuello humillado, en habito de pastor, dechado de Anachoritas forma de religiosos que nouicio mas mortificado no ay estampa mas viua de como se ha de llegar ala communion.* Discant monachi, & quotquot regularem obseruant iam profitentur; modum quem inter fratres debeant habere discant, medium deueniendi in diuinam visionem quam pastor gregis gener sacerdotis Madian videre cupiebat. Calceamentum iuxta consuetudinem terræ Madian erat, ideo vt nihil prophanum Deo alienum ex alienarum gentium regno haberet dixit, solue calceamenta, significans nihil alienum à Deo habere debere accedentem ad Deum, sed iuxta Paulum probare se debere. Consonat Theodoretus di-

Sco. in 4. d. 10. q. 5. ad finem corporis.

Pro Eucharistiæ susceptione. B. Paul.

cens, duas res hoc loco mihi significare videtur, primò ipsum Moysem magis, ac magis religiosum, ac reuerentem, his verbis reddit vt cum tremore mandata auribus percipiat, tunc etiam eruditur qua ratione sacerdotes in tabernaculo Deo ministrent, nudis enim pedibus sacerdotale munus obibant. Vbi vulgata habet, vadam est verbum Hebræum, Asur, vel Asurana, hoc est, recedam, vel declinabo, ideo litera Chaldaica habet, declinabo nunc, & videbo, ideſt, declinabo, & recedam à loco in quo sum, ibo ad locũ, vbi non sum, quẽ cupio videre. Recede ergo à malo in quo es, accede ad bonum in quo non es, quem iam fide incipis videre: De Regina Sabbea, quæ admirata venit videre Salomonem quid dicit scriptura? Vtique quòd referta muneribus, camelis portantibus aromata, aurũ infinitum nimis, venit videre Salomonem. Si desideras videre hoc mirabile mysterium, Domini claritatem, incircunscriptum lumen, à nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari; Angelorum choris interesse: superflua diuide, da pauperibus, porrige indigenti, pater multarum gentium cognoscit mysterium Trinitatis quando existens in via expectat pauperes, & peregrinos, tunc tres vidit quos in principio homines existimauit, aliàs incongruè cibum præparari iussisset, sed quia ex charitate inuitat, cœlesti irradiatus lumine, quod descendit à patre luminum, cognoscit mysterium Trinitatis, propter quod tres videns vnum adorauit sciens Deum trinum, & vnum esse. Discipuli *Can.* quoque euntes in Emaus dicentes Christo mane nobiscum non nisi in fractione panis eum cognouerunt; Si vis cognoscere, & videre hoc diuinum mysteriũ frãge esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam. Si frater, quem vides non diligis quomodo Deum quem mirabilem prædicamus nunquam à te visum diligas; Ratio, & argumentum est diui Ioannis in sua Canonica. Quid prodest, inquit sacer Augu- *Simile.*

stinus 11. de Ciuitate Dei, c. 2. nosse quo eundem sit si ignoretur via quà eundem sit ideſt parum refert cognoscere Deum, si ignorantur virtutes, & media quibus assequendus est Deus. Addendo dicamus. Quid prodest scire quo eundem, sit, si vis declinare à via, vel sedere in capite, aut principio viæ, recusans, subire laborem itineris, quid medicus infirmo proderit si medico obtemperare renuit? Quid nauis, & arca (vt verbis scripturæ vtar) de lignis leuigata proderit peragranti mare, si aquis se profocat? Quid lucerna liberans pedem à lapsu ei, qui præcipitio se collidit, & perit? Verbum Domini, lex eius, testante propheta, lucerna est pedibus viatoris, lumen semitis eius, sed quid proderit eis, qui vitijs se collidunt, & pereunt, nolentes opera habere. Iuxta quod Iacobus frater Domini, c. 2. inquit: Quid proderit fratres mei, si fidem aliquis habeat, opera vero non habeat, nunquid poterit fides illum saluare? Quasi dicat, minimè. Certè videntibus cunctis tonitrua, & montem fumantem, Exod. 19. data est lex audientibus cunctis, proposuit Moyses legem, sed quia cognouerunt, & noluerunt custodire, scimus testimonio regiæ dignitatis, Psal. 94. Quod iratus Dominus iureiurando iurauit, non per alium, quia majorem per quem iuraret, non habet, sed per semetipsum iurauit. Si introibunt in requiem meam, ideſt, non introibunt in requiem meam, Hispanè *si llega da ros le han para vos esta guardado*, nota dilectè quòd iurauit in ira, non insuper Dei iuramentum, signum esse irreuocabilis sententiæ, iuxta illud, Psalm. 109. Iurauit Dominus non pœnitebit eum, ideſt, efficaciter dixit Deus non reuocaturum sacerdotium Christi; Nam pœnitere Dei, cum non possit esse dolor, qui in pœnitenti inuenitur, quia non corpus sed spiritus est Deus, quem in spiritu adorant veri adoratores, nec possit esse mutatio sententiæ, quia Deus immutabilis est, iuxta illud Malachiæ 3. Ego Deus, & non mutor. Consequens est quod si mutare

D. Iacob.

effectum

effectum, è contra non pœnitere denotat effectum esse irreuocabilem, & perpetuum, & sic contigit, quod solus Iosue, & Caleb ex his qui ex Ægypto exierunt, introierunt in terram promissionis. Caue ergo nè subeas sententiam ira prolatam, iureiurando firmatam, sed exerce te in operibus charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum: hanc desiderat Deus, plus amari vult, quàm cognosci, in significationem huius, in antiquæ legis propitiatorio sedebat Deus super Cherubin, quia apparebat super propitiatorium vbi erant Cherubin, sed cum vidit illum, Isaias in throno Seraphin, stabant super illud sex alæ vni, sex alę alteri Cherubin, Ideſt amor, & dilectionis ardor magis coniunctus est Deo quàm scientiæ fides, quasi in terra est charitas, ad Cœlum nos eleuat, verus amor, ideſt summè perfectus non est in terra, sed in Cœlo: vtinam post amorem viæ concedat nobis perfectissimum amorem, qui est in patria quam mihi, & vobis. &c.

IN EODEM DIE,

CONCIO IIII.

Hoc mysterium ex creaturis non cognoscibile ineffabile est.

MVlta sunt mirabilia quæ humana inquisitione adinueniuntur, propter nostrum enim admirari, cæperunt philosophi philosophari, & causas rerum inquirere: philosophia enim rerum naturalium secretas causas, & abditissima naturæ scrutatur diligenter, ex huiusmodi namque disquisitionibus philosophia est orta disputationisque exercitio aucta, quia à tempore præuaricationis Adæ, non solùm

in sudore vultus pane vescimur, sed scientiam acquirimus; hoc mysterium non est ex his mirabilibus quæ huiusmodi disquisitionibus acquiruntur, cognoscuntur, & indagantur, quia, vt diximus sermone præcedenti, est mirabile excedens omne mirabile, omnem creati intellectus superans facultatem, Deum esse vnum naturali ratione inuestigamus, esse trinum penitus ignoramus; lumine fidei, quæ per auditum est, diuinitus percipimus. Mirabiliter præostensum est hoc prophetæ occidenti falsos prophetas, cui. 3. Reg. 19. dictum est; Egredere, & sta in monte coram Domino, & ecce Dominus transiet, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conuertens petras ante Dominũ non in spiritu Dominus: post spiritum commotio, non in commotione Dominus: post commotionem ignis, non in igne Dominus: post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum vidisset Helias operuit vultum suum pallio: mirabile quidem quod videns spiritum grandem, & fortem subuertentem montes, conterentem petram, non operuit vultum suum. Ad denotandum in effectibus, qui ostendunt omnipotentiam, sapientiam, & bonitatem nihil esse mirabile, transcendens facultatẽ nostri ingenij; Cum post ignem vidit sibilum auræ tenuis operit vultum, quia subtile, & delicatum mysterium Trinitatis facies hominis sustinere non valet. Si visus sustinere non potuit maiestatem transeuntis, quærendum, quare non fuerit sufficiens, auertere faciem, aut palpebris velare oculos. Dico quòd cum de veritate, per figuram significata, sit sermo, non de literali sensu, qui solùm esse videtur, voluisse se reuerenter habere coram Deo, dicemus ideo pallio velasse faciem, non palpebris, vt simul cum oculis (quorum submissio reuerentiæ est signũ; sicut è cõtra intensus, & liber aspectus irreuerentiæ est nota) velaret, & obstrueret os suũ, denotãdo hoc mysteriũ simul esse ineffabile, & ex creaturis minimè cognoscibile: esse ineffabile operiendo

os, non cognoscibile operiendo oculos. Trinitatem omnipotentem quis intelliget? rara anima, quæ cum de illa loquitur sciat quid loquatur, inquit, Aug. Est autem maximè notandum quod operiendo vultum, non operuit caput, consequenter nec aures, quia hoc mysterium fide, quæ est per auditum, percipitur, & cognoscitur. Videntur mihi quidem creaturæ habere se respectu Dei, sicut fumus respectu ignis, est enim fumus certum signum ignis, diuersam, ab igne continens substantiam, & proprietates. Ignis micat, splendet, & illuminat, ipsius præsentia res liquescunt, & depurantur metalla. E contra fumus, fusco, & nigro gaudens colore, non micat, non splendet, nec illuminat, imò offuscans visum lædit ipsum, humorem capitis per nares decurrere facit si per os sibi patet aditus, tussim excitat, & vomitum prouocat, & denique omnium sensuum existit manifestus inimicus. Ad hunc modum creaturę Creatoris sunt manifesti præcones, vnitatem moderatoris, & conditoris vniuersi orbis promulgant: cum verò à Creatore (à quo in infinitum distant) diuersam habeant substantiam, naturam, & quod quid est eius minimè ostendunt, vbi est fumus, est ignis: vbi creatura, ibi est Creator, qui supra omnem creaturam est, (quia indignum erat Creatorem creatura terminari) sed sicut videndo fumum, non videmus ignem, sic videndo creaturas non videmus, nec ex creaturis Creatorem trinum & vnũ cognoscere possumus. Opificium opificis ostẽdit artem, verbi gratia, pictor artẽ pictoris: at verò substantiam, colorem pictoris, manus suæ numerum digitorum minimè, quia numerus digitorum, aut color pictoris sicut non fuerũt picturæ causa præcisa, & immediata, sic nec in pictura repræsentantur, nec exprimuntur. Facultas artis est quæ solùm apparet. Sic creaturæ vnitatem diuinæ essentiæ, quæ fuit immediatum principium earum, repræsentant, non Trinitatem. Tria sunt mihi dificilia, inquit Salomon, via aquilæ in Cælo,

Augusti.

Nota.

Augusti. 15. conf. c. 15.

Exẽplum.

Prou. 30.

via colubri super terram, via nauis in medio mari. Causa difficultatis erat, quia non relinquunt vestigium ex
I taNicol. quo possint cognosci, quamuis ibi ad literam, siue secùndùm spiritum intelligentiæ, loquatur de mysterio Ascensionis significato per viam aquilæ, de mysterio Resurrectionis, significato per viam colubri, de Christi conuersatione, quæ significatur per viam in medio mari: tamen conuenienter adaptatur huic proposito, quia quemadmodum illæ viæ sunt difficiles, quia non relinquitur semita, aut vestigium: sic hoc mysterium, quia per nullam creaturam repræsentatur ex creaturis minimè cognosci potest. Mirabiliter significata est veritas Ezechielis 41. illis verbis, & mensus est templum interius, & vestibula, atrij limina, & feneſtras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes. Vbi denotatur quòd mysterium Trinitatis, *y a quel sin fin de la essentia*, in tribus personis, per creaturas, quæ sunt feneſtræ obliquæ, non videtur directè sed obliquè; non clarè, sed obscurè, & hoc non nisi auxilio Diuino, facta manu Domini super nos, *encubriendonos Dios con su lumbre y gratia*, sicut factum fuerat cum propheta, cap. 40. Quòd hic figurata sit Trinitas patet ex Hieronym. super eundum Prophetam, capit. 40. ad finem vbi dicitur, mensus est vestibulum, quinque cubitis hinc, quinque cubitis inde, & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trinum numerum cubitorum. Vbi Hieron. Statim prudens lector intelligit trinum numerum ad Trinitatis mysterium pertinere, quæ porta est ingredientium ad Deum, dum, & Pater in Filio est, & Filius est in Patre, & in vtroque Spiritus sanctus: qui trinus numerus, vna porta est eorum, qui post baptismum Trinitatis peruenerunt ad salutem. Idem habet Hieron. Ezech. ca. 42. in illa verba, vbi erat porticus porticui triplici. Seraphicus Bonauen. in itinerar. cap. 5. inquit, duos Cherubin posuit Deus in propitiatorio, ad significandum dupliciter posse cognosci, nempe vt vnum, & vt trinum: pri-

Transfigurare Trinitatis.

nam cognitionem assequimur lumine naturæ, non tamen secundam, hinc prouenit dilectè hoc mysterium esse ineffabile, quia sicut deficiunt nobis rerum similitudines ad ipsum cognoscẽdum, sic deficiunt nomina, & verba ad ipsum perfectè exprimendum. Habetur veritas, Iob 37. vbi loquens Heliu dixit, magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Prouerb. 30. specialiter de hoc mysterio dicitur, quod nomen est eius, & quod nomen filij eius si nosti, ac si diceret, quamuis ex creaturis cognosci possit Deus, tamẽ ex creaturis non potest cognosci, nec cõdistingui nomen Filij, & nomen Patris, nec possumus hoc mysteriũ enarrare. Ideo libro de causis propositione 22. dicitur, causa prima, est super omne nomen quod nominatur de ipsa. *Hoc mysterium ineffabile.*

Cum dictum esset Hieremiæ, prophetam in gentibus dedi te, & dixit, Ah, ah, ah, *Comenzo a gaznear como áue cansada, y acosada de su buelo*, dicens, se non posse concionatoris officium exercere, quia necesse est omnem concionatorem loqui de Deo, ad quod se imperitum inueniebat. Leuit. 5. dicitur de aue offerenda in sacrificium; Retorquebit caput eius ad pennulas, *somos aues de cuello torcido*, non possumus loqui, & enarrare diuina mysteria. Cum Ioannes, sicut aquila regia supra se ascenderet, & cæpisset dicere. In principio erat verbũ nam in exordio, cum cœpit tempus, erat verbum ante omne tẽpus, signa antiquum instans temporis antea erat, signa instãs vsque ad imaginabile, antea erat, ab æterno erat, & erat semper erat; Congruit Paulus ad Coloss. 1. primogenitus omnis caeaturæ, id est genitus ab æterno, ante omnes creaturas, iuxta illud sapientis, Ante omnes colles generauit me Dominus. Et verbum erat apud Deum, id est verbum distincta persona erat apud patrem, nulla enim persona potest esse apud se ipsam. Et Deus erat verbum, ideſt verbum erat consubstantialis, & eiusdem naturæ cum patre, quod declaratur, quia omnia per ipsum facta sunt, id est, eiusdem essentiæ quia eiusdem *B. Paul.*

est virtutis: cum hæc, inquam, dixisset Ioannes, nè contraire videretur præsenti veritati, fando, & enarrando quod ineffabile, & inenarrabile est, subiungit dicens. Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit, ac si dixisset, testis oculatus huius mysterij, quod nunc enarraui referendo nomen secundę personæ nullus est, sic nullus posset narrare quod ineffabile est, nisi ipse vnigenitus, qui est in sinu patris, id est in vnitate essentiæ & sapientiæ, enarrasset prius. Ego non enarraui, sed enarrantis, & videntis sicuti est, verba retuli, sicut ab eo audiui, ex quibus verbis colligitur, beatum Ioannem verba illa. In principio erat verbum, non accepisse à Deo, immediatè solùm lumine interiori, sicut accepit, Apoc. sed audisse à Christo Domino: Vide quomodo tantus Euangelista dicat, quòd non posset narrare, nisi audisset Christum narrantem, Christus qui est in sinu patris, videns patrem, est qui potuit fari, & nomen verbi, & filij reuelare.

Cætera quæ de Diuinitate non sunt, cum Euangelista narrat, non inquit, vnigenitus enarrauit: imò, ca. 19. inquit, qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & epis. c. 1. inquit. Quod audiuimus auribus nostris, quod perspeximus, & manus nostrę cõtrectauerunt testamur, & annuntiamus vobis. Vbi dempto odoratu, & gustu, qui quidam tactus est, quia sine tactu non assequitur suam operationem, omnes refert sensus, vt sic magis alliciat nos ad credendum, hac enim de causa, vt credo dixit, quod vidimus, &c. nam fides humana maximè disponit ad credendum fide diuina, vidimus dixit, quia Apostoli miraculorũ Christi, passionis, & humanitatis eius, non habuerũt fidem, sed sciẽtiam; habuerunt autem fidem, quòd ille homo non erat homo purus, sed homo Deus. Ita Grego. ho. 26. dicens, de Thom. aliud vidit, aliud credidit, hominem vidit, & Deum confessus est dicens Dominus meus, & Deus meus. De his ergo quę Ioã. videbat audacter dice-

bat, quod vidimus, &c. (Idem dixit Ioann. 1. qui dixit, quia vidi spiritum) sed cum supra se à Deo eleuatus intonuit, In principio erat verbum, humilians seipsum inquit, vnigenitus qui est in sinu patris enarrauit, id est, ab ipso prius audiui, nam hæc verba non sunt Ioann. Bapt. vt dixit Origen. sed sunt Ioann. Euang. qui post verba Ioann. Baptist. dixit, vnigenitus, quibus verbis declarat Euang. excellentiam Christi super Moysem, primò per verba præmissa. Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est: ergo maior est Christus dans gratiam, quàm Moyses dans legem. Secùdam rationem subiungit dicens, vnigenitus, qui est in sinu patris ipse enarrauit; Ac si diceretur Moyses, & alij viderunt Deum per species, & imagines non sicut est, vnigenitus vidit hoc mysterium sicuti est, & sic maior est Moyse. Ideo ipse potuit narrare, ego nisi ab ipso edoctus narrare non possem quia ineffabile est. Notanter dixit vnigenitus qui est in sinu patris, id est, videns patrem inexistens vnum cum ipso, vt doceret vltimam resolutionem fidei, huius mysterij fieri in testem oculatum, nam cæteri non fuerunt testes oculati, sed solùm à Deo illuminati. Sic constat Christum in testificando hoc mysterium fuisse caput, & habuisse principatum: nunquam enim antea tam manifestè reuelatum fuerat, sicut nunc cum ab ipso dictum est baptizantes eos, In nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti. Eluceſcet amplius hoc si consideraueris verba Paul. Ad Colossen. 1. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, id est, ipse est caput, vnde nobis membris eius communicatur gratia, Ioann. 1. de plenitudine eius, &c. Ad propositum ipse, qui est testis oculatus, enarrauit, vt iuxta Paul. in omnibus teneat principatum: ipse enim est caput super Ecclesiam cœlestium, & terrestrium, & adorat congregatio inferiorum.

Orig.

Christus maior Moyse.

Vltima resolutio fidei in testem oculatum.

Vtrunque esse ineffabile hoc mysterium, & ex creaturis non cognoscibile, Diuus Ambrosius, de fide ad Gratianum, cap. 5. ostendit grauis vox illa, mihi impossibile est, generationis Diuinæ scire secretum (ecce primum) mens, deficit, vox silet, (ecce secundùm) non mea tantùm, sed Angelorum, Potestates, & supra Angelos, & supra Cherubin, & supra Seraphin, & supra omnem sensum est; Ac si dixisset, ideo scire non possum diuinæ generationis secretum, ideo vox silet, & ineffabile est, quia supra Cherubin, & supra omnem humanum intellectum, qui sensu vtitur ad intelligendum: sensu autem nullam accipiente speciem, quæ reponatur in phantasia, quam oportet intelligentem speculari sterilem, absque fructu intelligentiæ, necesse est intellectum permanere, huius mysterij nullam sensus species percipere valet, nam non est color, aut splendor micantis planetæ, ideo visu minimè percipitur, nec est aër verberatus, ex percussione duorum corporum solidorum causatus, ideo non tangit auditum: non est fumosa, aut vaporosa, & subtilis substantia calido digerente humidum, causata ideo in olfactu non facit sensationem: aliorum duorum sensuum memoriam non facio, quia gustus tactus quidam sine tactu, non faciens sensationem: tactus qui per totum corpus respersus est, & si ad corporalia intelligenda sit maximè aptus, ad spiritalia penetranda ineptus est. Si sensu non recipiente speciem intellectus, non potest aliquid intelligere, rectè sequitur, vox silet, nam vocem motu linguæ causari experitur quilibet, esse manifestatiuam conceptuum nescit nullus, nam ad hoc loquimur, vt conceptiones mentis manifestemus, ergo quod intellectus non percipit, vox minimè manifestat. Per os cibi, & potus corruptibilis corporis corruptibilia alimenta intrant, quæ ad tempus conseruare, non à corruptione possunt præseruare corpus: exeũt tamen immortalis animæ immortales leges, quibus

anima in perpetuum duratura regitur, exeunt verba, quæ earum, quæ sunt in anima passionum existunt notæ. Cum suspensus maneat animus tanti mysterij consideratione superatus, lingua conceptionum animæ interpretatiua, dentibus, & labiis quasi duplici muro circumsepta, immota monet sine linguæ motione, vox varietatem, distinctionem, & plenam significationem habere non potest.

Hoc mysterium, quod ineffabile est, in tribus viris, qui apparuerunt Abrahæ fuit representatum, nam tres vidit, vnum adorauit. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt, ideſt ipsa beata trinitas, per apertam visionem, manifestat se beatis quantum ad personarum distinctionem; nam testimonium dare est veritatem manifestare, & hic tres personæ vnum sunt. In confirmationem huius veritatis dicitur, in quodam Italiæ oppido, qui Monte falco appellatur, fuisse quandam virginem singulariter erga beatissimæ trinitatis mysterium affectam, cum autem cor eius, Deo disponẽte medium scissum fuisset, tres globuli intra cordis sinum reperti sunt, quorum ea conditio est, vt duo tantundem habeant ponderis quantum tres, & vnum etiam nihilo minus, quàm tres ponderis habeat, qui in magna veneratione habentur. 1. Ioan. 2.

Ex hoc quod est ineffabile, non existimes incredibile, quia quæ parua sunt possunt explicari sermone: quæ verò magna sunt, non possunt explicari sermone. Deus autẽ magnus est, & nomine Dei, nullus vnquã intellexit aliquid infra se, sed omnes intelligunt aliquid supra se, aliàs in seipsis essent beati, & non quærerent extra se requiem, cuius oppositum experimur, ergo, quòd Deus sit ineffabilis, non inuoluit aliquid contra rationem, imò maximè secundùm rationem est, quòd sit ineffabilis, & supra rationem, quod cognouit Pithagoras, qui dixit, loqui de Deo sine Deo impossibile est, Pitha.

de B. Christophoro dicitur, quòd antequam susciperet fidem, desiderabat inuenire supremum Dominũ quem postea cognouit esse solum Deum, gloriemur ergo, quia non adoramus aliquid infra nos, sed aliquid supra nos: oppositum vitium est vituperabile in idololatris, qui adorauerunt opera manuum suarum, vt latè dictum est sermone 1.

Nobis qui adoramus quod supernaturale est maximè necessaria est fides, quæ ad Hebr. 11. Est rerum sperandarum substantia, ideſt, est fundamentum, cui innititur spes, & omne spirituale ędificium, vt latè dictum est distinct. 2. c. [Est argumentum non apparentium,] ideſt, facit nos credere, quæ non videmus: hæc enim est fidei natura, hæc eius excellentia, iuxta quod inquit Auguſt. super Ioannem tract. 76. tom. 9. Hæc est laus fidei, si quod creditur non videtur, nam quid magnum est, si creditur quod videtur? Hanc veritatem insinuauit Dominus Ioann. 20. dicens. Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt. *Con mueha ayuda de costa palpando mi humanidad*, credidisti me esse hominem Deum: beati qui nihil penitus videndo, crediderunt. Et lib. 2. de peccatorum meritis Tom. 6. inquit, Laus fidei non esset, nec omnino fides esset, si homines in credendo præmia visibilia sequerentur. Et lib. 3. de verbis Domini serm. 27. inquit, exigitur in nobis fides, qua credimus quod non videmus, vt mereamur videre quod credimus. Chrisostom. homil. 36. in Matthæum, cap. 20. in illa verba, & egredientibus eis à Hierico inquit, talis est enim natura fidei, quantò magis velatur eò magis accenditur. Cyprianus libro de zelo, & liuore inquit, Laus fidei est fiducia futurorum, mundi aduersa tolerare. Ac si dixisset, laus fidei est, quòd quis ex fide confidens in Domino, sicut mons Sion plus æstimet futura quæ promisit Deus, quàm præsentia, quæ donat mundus, & for-

Hebr. 11.

Auguſt.

Ioannes.

Chriſoſt.

Cyprian.

tuna, quæ omnia propter Deum libenter contemnit. Hispanè dici solet, *mas vale vn pajaro en la mano que dos blando*, ideſt plus æſtimandum eſt parum de præſenti, quàm multum de futuro, nam bis dat, qui cito dat, id eſt, qui cito dat, dat rem materialem, & dat amorem, & voluntatem, ideo de eo, qui non dat cito dici ſolet, *dalo de mala gana y vienelo a dar quando no ſe le agradece*, è contra fides plus æſtimat, quæ Dominus promitttit de futuro, quàm quæ habentur in hoc mundo de præſenti: Congruit locus Pauli ad Hebr. 11. vbi loquens de fide Moyſi inquit, inuiſibile enim, tanquam vidēs ſuſtinuit, id eſt, *el creer es ſufrir y eſperar lo inuiſibile como ſi lo vieſſe*. In hoc ergo cōſiſtit excellentia fidei, quæ ad Epheſios 6. dicitur ſcutum. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Quibus verbis ſignificauit Paulus eſſe muniendos fideles contra omnes tentationes, contra omnem hæſitationem, & diabolicam argumentationem, captiuantes intellectum in obſequium fidei, non ſolicitè ſcrutantes hoc myſterium, ſed firmiter credentes debemus ſummo mētis affectu illud diligere. Gen. 32. cum Iacob luctaretur cum Angelo, dixit Angelus, Dimitte me, iam enim aſcendit aurora, petijt Iacob benedictionem dicens. Non dimittam te niſi benedixeris mihi, iterum petit Angelus à Iacob quod eſſet nomē eius, Iocob quoque ab angelo idem petijt dicens: Dic mihi quo appellaris nomine. Ex quo loco conſtat, angelum duo petijſſe à Iacob, nempè quòd dimitteret eum, ſecundò quod manifeſtaret nomē ſuum; Iacob quoque ab angelo alia duo petijt, nempè benedictionem, & quòd reuelaret ſibi nomen; Expendamus locum, videamus quantum per omnia conueniat huic myſterio, nam congruit per omnem modum, primò poſſet dicere angelus, Dimitteme, non dixit, ſed ſimul addidit, iam enim aurora eſt, vbi explicauit cauſam dimittendi eum, licèt enim illa verba ſubſequan-

B. Paul.

Ad Epheſ.

Hoc myſterium amādum eſt.

Gen. 32.

tur, tamen secundùm sensum re vera præcedunt, & tũc sensus erit, iam aurora est, ergo dimitte me, ideſt adueniſſe iam diem, debet esse causa, vt dimittas me, nam non expedit, vt videas me, vbi denotauit quòd dum sumus in hac via, non nisi sub caligine, & ænigmate fidei (quæ vt dictum est, est scutum) possumus videre diuina mysteria, si videre volueris lumine solis, & auroræ venientis, ideſt lumine naturali, vel clarius quàm ostẽdit tibi Dominus, Dimittet te Dominus. Quid dixit indefessus non victus, fortis patriarcha: vtique. Non dimittam te nisi benedixeris mihi, non dixit, non dimittam te vsque ad ortum solis, non dixit, eluceſcat amplius aurora, videbo te, absit hoc à tãto patriarcha, sed quid dixit, vtique non dimittam te nisi benedixeris mihi, ac si dixisset, quamuis non possim videre te, possum tamen benedici à te, in obscuritate noctis ante ortum solis, ante aduentum illius clari luminis, quo in cœlesti gloria circumfulsi erimus, videntes Deum facie ad faciem. Hanc benedictionem dilecti sub ænigmate fidei anxiè nimis petamus petita benedictione. Petendo secundum post primum instar patriarchæ dicens: Dic mihi quo appellaris nomine, quasi facilius reputans hoc, quàm clarè videre illum. Cui angelus, quasi illum corripiens. Cur quæris nomen meum (quasi diceret, mirabile, & ineffabile est nomen meum, cur quæris illud?) Angelus Domini legatus erat, ideo rectè Iacob Dominum appellauit dicens, vidi Dominum facie ad faciem, & *salua facta est anima mea*: ideſt valde familiariter allocutus sum angelum, qui personam Domini repræsentabat, nec defecit spiritus meus præ magnitudine tantæ præsentiæ: si personam Domini repræsentabat rectè sequitur, quòd nomen eius esset mirabile, & ineffabile. Sequitur textus: Et benedixit ei eodem loco, significans dilecti *que no deuemos desemboluer este mysterio.* sed ardenter nimis diligere
Ioan. 12. illud, Quod, quia sine Dei benedictione efficere non

possumus, in fide nihil hæsitando, petamus benedictionem, & gratiam, vt amare possimus. Cum Petrus peteret à Christo de Ioanne, hic autem, quid, Respondit Dominus, qui ad te? tu me sequere, ideſt tibi non incumbit scire huiusmodi diuinum secretum, incumbit me sequi, fac hoc, dimitte illud, præordinatum est sine te, fiet sine te, saluare te non est præordinatum sine te, ideo oportet te me sequi. Congruit locus matris filiorum Zebedei, quæ accessit petens dexteram, & sinistram, principatum, dignitatem supremámq; excellentiam in confessu. Quid audiunt filij, qui matrem ad hoc incitauerát, & qui in petendo consenserant? Vtique nescitis quid petatis, ideſt ex ignorantia profectò postulatis, inordinato desiderio desideratis primos accubitus, petite benedictionem, & gratiam ad sufferendos martyrij labores, ad tolerandas passiones, ad assequendam palmam martyrij, ad bibendum calicem, similem calici, quem ego bibiturus sum, armamini contra inimicum: estote fortes in bello, pugnate cum antiquo serpente, huiusmodi curate, relinquite sublimia quæ parata, & prædeterminata sunt à patre meo. Ad hunc modum dilecte, ineffabilia, & abscondita, quæ nouit pater, & filius, & cui voluerit filius reuelare, non tentemus fari, & indiscretè populo reuelare: sed firmi in fide, radicati in charitate, ferueat animus ad martyrium, desideremus conformes fieri imagini filij æterni patris, quem ingenitum Catholica veritas docet, generantem verò filium, lumen fidei, vt potest ostendit, manifestans ab vtroque procedere Spiritum sanctum in vnitate essentiæ: huius ineffabilis mysterij visionem præstet mihi, & vobis Deus trinus, & vnus, Amen. *Matth. 30.*

IN EODEM FESTO,

CONCIO V.

Hoc mysterium mirabile, & ineffabile non scrutandum, sed reuerenter venerandum & amandum est.

IN alijs concionibus, solent concionatores explicare populo Christi miracula, res bene gestas, opera miranda, facta stupenda, quę verbum in carne operabatur, quæ ex modo faciendi, ex imperio, & ex consonantia cum prophetijs, ostendebant
Isai. 6. eius diuinitatem, prouocantes populum ad hæc scrutandum, & considerandum: hîc potius docent non esse scrutandum hoc diuinum mysterium, sed credendum, amandum, & venerandum. Prædicta veritas non sine lumine Patris luminum, ostensa est Prophetæ, videnti Dominum sedẽtem super solium excelsum, & eleuatum, cuius maiestate plena erat domus: & ea quæ sub ipso erant replebant templum. Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant, & clamabant, alter ad alterum, & dicebãt. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.

Hæc visio quæ de Isaia sumpta est, variè mirõque modo explicatur à Doctoribus Ecclesiæ. Hieronymus
Hieron. Ambros. Cyrillus. Hilari. exponendo hunc locum, Ambrosius libro 3. de spiritu sancto, cap. 3. Cyrillus libro 12. thesauri, cap. 2. Hilarius libr. 5. aduersus Arrianos, existimant Christum esse, qui sedebat, comprobant hoc ex illo Ioann. 12. vbi dicitur, hæc dixit Isaias cum vidit gloriam eius, idest filij, manifestè enim ibi loquitur de Christo,

ipse enim est cui data est potestas iudiciaria iuxta illud, pater omne iudicium dedit filio, ipse habens pedes, & caput apparebit iudicans vniuersum mundum. Oppositum docet Athanas. de fide vnitatis, & trinitatis lib. 1. Basilius libr. de spiritusancto aduersus Eunomiū. August. contra Adimentum Manichæum, existimant enim quadam specie imaginaria Prophetam vidisse Deum trinum, & vnum, quia seraphin ter dixerūt sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, filius solùm vna persona est. Insuper, quia statim dicitur; Audiui vocem Domini dicētis, quem mittam, & quis ibit nobis? ergo non vna, sed plures personæ ibi fuerunt. Possumus respondere pro opinione aliorum sanctorū, quòd in Christo erat pater iuxta illud, nescis quia ego in patre, & pater in me est? Et Ioann. 8. Testimonium meum verum est, post pauca, quia ego solus non sum, sed Ego, & qui misit me pater, similiter etiam erat spiritus sanctus, qui est vnum in essentia cum patre, & filio: hoc modo scimus patrem in baptismo apparuisse dicētem, hic est filius meus dilectus, & spiritum sanctum in specie columbæ. Quidquid sit de hac controuersia certum est ibi reuelatum fuisse mysterium Trinitatis, & quòd Angeli velabant faciem eius. Vbi inquit Hieronymus, quòd verbum quod hîc ponitur, potest significare, quòd velabant faciem sedentis, secundò posse significare, quòd velabant faciem suam, hunc sensum sequitur Cyrillus, congruit locus Exod. 34. vbi Moyses velabat faciem suam cornutam, ideſt radiantem, & splendentem. Ita omnes expositores, quorum maior existit Paulus 2. Corin. 3. vbi docet faciem Moysi fuisse lucidam, & splendidā: congruit locus 2. par. 5. vbi dicitur ita, vt Cherubin expanderent alas suas super locū in quo erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Iuxta primum sensum dicendum. *Que nose vee Dios cara a cara sino debajo de cortinas.* & phantasmate creaturarum. Docet S. Tho. 1. p. q. 12. art. 11. vbi inquit,

Athan. Basil. Aug. 27. Tomo 6.

Ioann. 14.

Cyril. lib. de Spiritu & litera.

Deus non cognoscitur nisi in phantasmate suæ creaturæ: has creaturas aspicere, & contemplari possumus facie ad faciem: ipsum Deum videre minimè possumus.

Hieron. Fauet Hieron. qui explicans hunc locum inquit. Ideo sex alas habent, & vultum Domini velant, quia nõ vultum Domini, sed opera quę fecit sex diebus contẽplari possumus. Mirabiliter significata est veritas Exod. 37.

Figura. 3. Reg. 6. Præcipuè, 2. paralip. 3. vbi Moyses intra oraculum duo posuit Cherubin, quorũ alæ inuicem se tangentes, arcam fœderis sustentabant, Cherubin quæ posuit Moyses mutuo se respiciebãt, sed quæ posuit Salomon, non mutuo se respiciebant, sed versus exteriorẽ Domum, versos vultus habebant. *Mirauan hazia la puerta.* In quo mirabiliter dilecte, status vtriusque Ecclesiæ militantis, & triumphantis significatur, Deus enim omnibus præsens est, in medio nostrum est, sicut in medio beatorum, sed beati aspiciunt in eum, videntes illum facie ad faciem sicuti est. Hoc significãt Cherubin quæ posuit Moyses: nã certum est, quòd si Cherubin, qui posuit Moyses respiciebant se mutuo, & arca erat in medio eorum: quòd videbant illam, quæ verò posuit Moyses, respicientes portam, certum est quòd

Ezech. 41. non videbant illam intuitiuè, & directè, sed ex aduerso, & obliquè, vt dictum est sermone præcedenti adducendo locum Ezechielis de fenestris obliquis. Sic nos non possumus directè aspicere ad creaturas, quæ sunt velut portæ, per quas deuenitur in cognitionem creatoris, in figura huius, sex gradibus ascẽdebatur ad thronum Salomonis, ita Bonauent. in itineratio ca. 10. por-

Figura. tæ enim nomine, non incongruè intelliguntur opera Dei, sicut è contra, opera impiorum sunt opera inferni, quia per illa intratur, & descenditur in infernum. Hæc impiorum, & hæreticorum opera non prævalebũt aduersus Petri confessionem, & Ecclesiam Christi. Sic explicat Hieronym. illud Matth. 16. tu es Petrus, & super hanc petram &c.

Dum

Dum faciē sedentis velant, tacitè dicunt, non debere nos conari videre, & scrutari hoc mysterium, quia hoc periculosum est. Habuerunt se isti cæleſtes spiritus, sicut qui sunt in vertice montium, vel loco eminenti ostendentes viatoribus fugere pericula, & lapsum itineris. Considera quàm gratum esset Nautæ nauiganti maria incognita, ostendere illi rupes angusti portus. Periculosum valde est, vt dist. 2. diximus, velle patenter, quod de se occultum est, videre, *Dar à altraſte la naue de nueſtro entendimiento.* Nè ergo intellectus noster succumbat, velando faciem sedentis, *Nos haʒen humadas, que nos guardemos.* Faciem velant, ore decantant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, ac si dicerent, mysterium hoc occultum est, sedens Rex est inuisibilis, Dominus omnium sæculorum, lucem inhabitans inaccessibilem, visu videri non potest, sed auditur, Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Ioan. cap. 1. Deum nemo vidit vnquam: si vidit Paulus, præter hoc quòd dubium est, an in corpore vel extra corpus se nescire fatetur: auditu, aliena specie, percipere possumus hoc mysterium: nam acceptis ex creaturis his terminis, natura, substantia, persona, vnus, duo, tres, accedēte lumine fidei, quæ donum Dei est, coniūgit intellectus hos terminos, tres personæ sunt vna natura: vnus Deus. Ideo bene Arist. de sensu & sensibili, cap. 1. dixit quòd per accidens magis necessarius est auditus quàm visus: nam visus datur ad intuenda obiecta in se præsentia, vt visis effectibus intellectus propria virtute, sine ministro & Doctore possit deuenire in cognitionem causæ; cum verò omni loco, præsentes esse non possimus, videre omnia minimè valemus, & quamuis videamus, non omnia propria virtute cognoscere possumus. Ecce omnipotentis Dei prouida sapientia attingens à fine vsq; ad finē, suauiter disponēs omnia, donauit auditū, supplentē visus defectum, quo possumus à magistris & parentibus illa discere, quæ per nosmetipsos assequi non valemus: ma-

Simile.

gis ergo necessarius est aliquando auditus quam visus quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Cõprobat hoc altitudo huius mysterij, & clamor cœlestiũ spirituum, qui faciem velant, & clamare non desinunt, Sãctus, Sãctus, Sanctus. Est insignis locus vbi petiuit Moyses, vt ostẽderet ei Dominus faciem & gloriã
Exod. 33. suam, non in ęnigmate, sed clarè, cui respondit Dominus; Ostẽdam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini corã te, miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, & post pauca, ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea donec transeam. Ac si dixisset Dominus. Minime potes videre clarè essentiam meam, tamen misericordiam, quam facio cui volo faciam tecum, faciam autem hanc misericordiam vt positus in foramine petræ *porum resquicio* videas me transeuntem, cum transiero, vocabo, *desper tarte he dando voces llamarte he*, vt aure percipias me præsentem, postea me transeuntem videbis: oculis nõ percipies anteriora, ideſt, claram visionem mei, sed videbis posteriora, ideſt, confusam cognitionem mei habebis, vel incarnationem filij videbis secundùm Glossam interlinearem. 1. Reg. 3. Dormiebat Samuel in templo Domini vbi erat arca Dei, vocauit Dominus: Samuel, qui respondẽs ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego vocasti enim me. Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem, cõsurgensq; Samuel abijt ad Heli, aítque scriptura: Porrò Samuel necdum sciebat Dominus. Diuinitus appositit Spiritus sanctus hæc vltima verba, nam qui nescit reuerenter tractare diuina mysteria, existimat auditum non posse separari à visione, ideo quidquid aure audit, visu conatur percipere, ideo Samuel cum nesciebat Dominum, confugiebat ad Heli, vt patenter & clarè videret loquentem. Sed cũ diuino lumine fuit irradiatus, & illuminatus dixit Samuel. Loquere Domine, quia audit seruus tuus, ideſt, iam scio auditũ posse separari à visu, loquela sum

contentus, loquere etiam si non videam. Ad hunc modum, iustus captiuando intellectum in obsequium fidei, non desiderat plus sapere quàm oportet sapere, sed sapiens ad sobrietatem, dicit cum Samuele: Loquere Domine quia audit seruus tuus, cognosco te, cognosco me, cognosco altitudinem tuam, cognosco humilitatẽ meam, cognosco magnitudinẽ tuam, cognosco paruitatem meã, cognosco posse audire, cognosco nõ posse videre nunc, quod ineffabile, & incomprehensibile est. Hanc incomprehensibilitatem significat Propheta dicens: Vidi Dominum sedentem supe thronum excelsum & eleuatum. Vbi Chrysostomus sermo. 1. inquit, nõ satis erat per excelsitudinem, rem totam significare, declararéque dignitatis eminentiam. Quapropter ergo addidit eleuatum? Vt cathedram incomprehensibilem demonstraret, Quod excelsum est, cogitationem quãdam præbet comparationis ad ea quæ humilia sunt ac submissiora. Veluti excelsi sunt mõtes ad cãpestria, cæterùm hæc eleuatio sublatio est illius naturæ incomprehensibilis, quam neque cogitatione quisque concipere: nec verbis eloqui quisquam potest. Ac si diceret Chysostom. Plus explicat eleuatum, quàm excelsum, excelsum enim dicitur respectu alicuius loci humilis & inferioris: mons enim est excelsus, respectu valis, potest autem mons habere aliquid excelsius supra se, respectu cuius sit inferior, sed eleuatum denotat id quod omnimodo supremum est: ideo ad denotandam supremam & incomprehensibilem Dei naturam dicitur. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: ideo non vnum sine alio, sed copulauit vtrunque.

Iuxta hoc dicemus, caput & pedes, esse humani corporis extremitates: velantes ergo pedes sedentis, denotant, Deum in se nec habere principium, nec habere finem. Insuper respectu nostri denotat, nos non posse videre Deum notitia cõprehensiua, quidquid enim com-

prehenditur teste Augustin. 13. de Ciuitate Dei cap. 18. scientis cognitione finitur, idest, *no ay mas que saber* scitur & cognoscitur tota res à principio vsque ad finem. Sic Deum cognoscere qui est principium sine principio, finis sine fine, solius Dei est proprium, qui cum se comprehendit non se finit, quasi quòd ex infinito fiat finitus, sed quia cognoscit se, quantum cognoscibilis est.

Insuper caput, inter partes humani corporis, tenet principatum, ibi sensus vigent, ibi omnes ferè potentiæ habēt operationem suam; nam cerebrum sedes est mētis, pedes verò sicut loco, ita dignitate inferiores sunt; Velantes ergo caput & pedes sedentis, denotant nos habere aliquam inæqualitatem vel excelsum. Breuiter est dicere, Deus est infinitus, non habens principium & finem suæ durationis, qui nō potest comprehendi, nō habens aliquam inæqualitatem in seipso sicut nos habemus, sed totum quod est vnius naturæ, vnius substātiæ, & æqualis excellentiæ est, quia incomprehensibilis est. Non debemus desiderare nunc claram cognitionem. Sed fide debemus esse contenti, expectātes in alio sæculo claram huius mysterij visionem, quæ figurata est in Rachele; cognitio verò quam nunc habemus optimè figuratur in Lya, quæ est cæcutiens, carens clara Dei visione, fœcūda est, plurima coaceruat merita. Rachel verò quæ pulchra erat sterilis diu permansit. Sic illa cœlestis visio clara & pulchra, sterilis est, quia illic iam non est locus meriti. Nos desideramus, & seruimus sicut Iacob pro Rachele, idest, pro cœlesti illa vita beata, sed sicut Lya primò datur Iacob, & audit à Labam. Non est in loco nostro consuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias: sic non est Dei consuetudo, dare requiem sine labore. Ideo dilecti, nè fastidiamus nec despiciamus cognitionem laboriosam, quæ est per fidem; non appetamus, sicut mulierculæ, claras appari-tiones & reuelationes, nè Sathanas se transformet in

Genes. 29.

angelum lucis, sed dicamus cum Apostolis. Domine adauge nobis fidem: hac enim debemus in hac vita esse cõtenti; hæc hic datur pro merito, visio reseruatur pro præmio; contemnit præmium, qui non vult meritum. Genes. 24. mittens Abraham seruum seniorem qui præerat omni domui suæ, vt adduceret filio suo vxorem, cum primò videt quam desiderabat descedentem ad fontem, inauribus aureis aures eius exornasse scriptura docet. Sic primum nostrum ornamentum, fides est, quæ per auditum generatur, sicut illa sic ornata acceptauit connubium, desiderauit sponsum; nõ timuit peregrinationem, nec obliuisci populum suum, & domũ patris sui, sed statim egressa de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, venit in terram, quam monstrauit sibi Abrahę fidelis famulus, sic & nos, ne timeamus relinquere omnia, &c. Quãdo aliquis aliquid magnum audit, aut videt suspẽsus animo vix loqui potest, paulatim resumendo spiritum, confusam emittit vocem. Ah, ah, ah, postea inquit, *à Dios.* Tandem integram format propositionem. Exemplum habetur in Hieremia, qui primò dixit, Ah, ah, ah, postea dixit, Domine Deus nescio loqui. Hi cœlestes spiritus, *como de mayor estomago* ad Ah, addũt, antus, præmissa S. dicunt: Sanctus, Sanctus, non dicunt semel sanctus, nec bis Sanctus, nec quater Sancti, Sãcti, Sancti, Sancti. Sed ter singulari numero, inquit Chrysostom. sermone de Trinitate, ad denotãdam Trinitatem personarum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, decantant; non pater filius, & Spiritus sanctus, vt Christus, secundùm quod dictum est sermone prȩcedenti, esset primus, & habere principatum in testificando clarè hoc mysterium, quod in Euangelio clarè ponitur, cum dicitur, In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: voluit ergo Deus vt ante cognosceretur hoc mysterium, sed non tam manifestis verbis sicut exprimitur in Euangelio. Faciem & pedes sedentis velant, quia Deus non clarè, sed velatus carne humana in

terris visus est, & habitauit in nobis. Consonat Hieronymus dicens; Si Deus tantum venisset vt claritatem suam, & potestatē hominibus ostenderet, forsitan omnis creatura inualida, & valida succumberet, sed saluare venerat filius Dei, ita humano sumpto corpore, Deus in potestate docebat vt magister, persuadebat vt frater, efficiebat vt Deus, eligebat vt præscius, curabat vt medicus, vt humanus compatiebatut. Hæc Hieronym.

Secundus sensus. Si legas velabant faciem suam, idest, Cherubin velabant, non faciem sedentis, sed propriam faciem suam. Quam lectionem sequitur Chrysost. tom. 1. hom. 1. & 2. in qua sic loquitur. Interim me terror, ac tremor corripuit, huius cātilenæ gratia, & quid mirum si me corripuit luteum ac terrenum, cum ipsas supernas virtutes semper maximus obtineat stupor, ea propter auertunt facies, alàsque vice murorum obijciunt, non ferentes radios illinc proficiscentes. Idem colligitur ex homilia, quam infra citabo; Cum hac lectione congruit historia Heliæ 3. Regum 19. operientis vultum suum; Viginti etiam quatuor seniores, Apocal. 5. ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum. Ezechiel 1. dicitur pennæ singulorum animalium iungebantur & duæ tegebant corpora eorum, quę quatuor animalia Apocaly. 4. habent alas senas, & similiter clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Exod. 34. cum cornuta esset facies Moysi, & non possent intendere in eum filij Israël, auerterunt se & timuerunt prope accedere. Discipuli quoque audita *patris voce ceciderunt in facies suas*. Seraphin quoque apparés patri nostro Francisco, cum insigniuit eum in pedibus, manibus, & latere, sex alas habebat, sic miro modo, hinc inde disposita, vt duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus verò reliquis totum corpus circumplectendo velaret. Huic lectioni fauet auctoritas Dionysij de cœlesti Hierarchia cap. 7. & 15. vbi etiam sequitur hanc lectionem. Iuxta

hoc dicemus, velare faciem in signum reuerentiæ, nam scrutator maiestatis, Prouerbiorum 25. opprimetur à gloria eius. Duabus verò volabant significantes licitum esse persuasiones & exempla ex creaturis accipere ad intelligendum & suadendum hoc mysterium, captiuus enim licet omnia Domino victori tradat, vestem sibi reseruat, vt Domino seruire possit. Captiuando ergo intellectum in obsequium fidei, supernaturalibus debemus præbere assensum: possumus tamen exempla ex creaturis sumere ad intelligendum hoc mysterium: reuerentiam prædictam, non solùm ostendit alarum velum cooperiēs vultum, sed situs ipsorum Cherubin: alter enim à dextris, alter à sinistris stabat, Videntes potius tergum, quàm faciem sedentis. Quam formam tenuit mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, cuius effusio balsami prædicatur iu vniuerso mūdo. Stabat enim retro secus pedes Domini: ideo facies & pedes velant, *inquit* Chrysostomus homil. 1. tom. 1. de verbis Isaiæ, (sequendo hanc lectionem) quia inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student: ideo tunc ipso habitu, tunc voce, tunc aspectu, denique ipsa statione. Et quoniam quod conueniebant non assecuntur, declarant eo quòd vndique velantur. Assistit aliquis terreno regi omnibúsq; modis mollitur, vt quam plurimam erga illum reuerentiam exhibeat: cuius gratia non solùm, specie capitis, verum etiam, ipsa voce, ipsa manuum compositione, ipsa pedum coniunctione, totiúsque corporis contractione, conatur talem reuerentiam ostendere. Hoc & à cœlestibus spiritibus fit. Optimè hinc colligit Chrysostomus, Deum nō fuisse locutum ad Angelos cum dixit: Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, nam si non possunt sustinere fulgorem vultus, etiam non possent præstare consilium.

Angelos habuisse fidem mysterij Trinitatis, dum erant viatores non comprehensores certa res est, docet

S. Tho. 2. 2. expositores, ibidem quæst. 5. art. 1. Habuisse fidem incarnationis Christi, habet 1. par. quæst. 57. artic. 5. ad primum, vbi docet, omnes Angelos à principio cognouisse mysterium incarnationis, quantum ad eius substantiam, consentit Metina, 3. par. quæst. 8. ar. 4. dubio vltimo ad quartum, solutione 2. non tamen inde sequitur, per eam fidem communicatum fuisse illis meritum Christi, nam & primus parens in statu innocentiæ habuit fidem Christi venturi, & tamen non habuit gratiam ex meritis Christi. Oppositum Bernardus sermo. 17. in Cantica explicans illa verba 1. Corint. 10. Qui factus est nobis à Deo sapientia, iustificatio, sanctificatio, redemptio. Vbi docet, Angelos habuisse fidem incarnationis Verbi diuini, & fuisse redemptos ex meritis præuisis Christi Domini, ita quòd extitisse in gratia, & non cecidisse, sicut malos angelos, qui dereliquerunt suum domicilium, & in veritate non steterunt, vt inquit Iacobus, fuit ex meritis Christi. Ista sententia communiter non defenditur, sed solùm quòd habuerunt fidem. Et habuisse fidem rationabile fuit, quia aliquando fuerunt viatores in statu merendi, omne meritum præsupponit cognitionem, ergo rationabile fuit habuisse fidem. Habuisse fidem incarnationis, rationabile fuit; quia prima gratia, non datur ex meritis, nec ex dignitate naturæ, sed ex mera liberalitate Dei; ideo rationabile fuit, vt inciperent cognoscere, inferiorem naturam esse eleuandam, ex gratia, supra superiorem: puta Cherubin Seraphin, iuxta quòd Rupertus, Ioannes 8. Bernardus loco allegato & sermone 22. in Cantica, Alexander 3. par. quæst. 2. membro 13. Catherinus libro de gloria bonorum angelorum, & super illud Geneſis 3. Serpens callidior erat cunctis animantibus, dicunt peccatum angelorum fuisse, nolle se subijcere Deo homini. Iacobus de Valentina Psalm. 81. explicans ilia verba: Surge Deus iudica terram, inquit, diabolum non appetijsse, nec desideraſſe similitudinem

æquiparãtiæ, quæ fundatur in vnitate quemadmodum vnum album est simile alteri: hoc enim impossibile existimauit, sed desiderauit similitudinem proprietatis & perfectionis Dei: desiderauit enim esse creaturam similiorem Deo, Deo magis coniunctam vnione, perfectione, dignitate, vt sic excellendo omnes creaturas, adoraretur ab eis. Expressè docet hoc Bernardus sermo. 17. super Cantica, explicans illud Isaiæ, ca. 14. Ascendam in altum, vbi inquit, vt quemadmodum ille super Cherubin sedens, gubernat omnem Angelicam creaturam: ita ipse altus sederet, regerétque genus humanum. Fuit ergo illi molestum adorare hominem Deum, præcipuè matrem eius puram creaturam, ideo post casum eius rapidum, rapidóque spiritu aggressus fuit mulierem. Huic opinioni fauet illud Apostoli, Heb. 11. Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Deducitur opinio ex Augustino in illa verba, Psalm. 96. Adorate eum omnes Angeli eius, vbi inquit. Boni adorant, mali volunt adorari. Consonat Basilius, sermone de inuidia statim in principio, vbi inquit. Quid auctorem mali dæmonem ad bellum contra homines excitauit, nónne inuidia? Indignatus quidem Deo propter munificentiam erga hominem, vlciscens verò hominem, quandoquidem Deum non poterat. Cum audis, authorem mali, ne existimes, Basilium fauere Manicheo ponẽti vnum principium bonum, & alterum principium malum, quia solùm intelligit, primum peccatorem qui fecit malum fuisse Dæmonem. Dum stant, inquit Cyprianus, æternitatis immobilitatem monstrant. vocatus eius altitudinem si conaberis assequi, diuina volabunt à te, putaueris moueri, semper stat Deus. Iuxta prædicta dicemus, quòd ideo velabant faciem suam, vt ostenderẽt, se aliquando habuisse fidem, & non claram visionem: ostendunt viam fidei, fuisse omnibus communem, & non fuisse nos quãtum ad hoc minoratos ab illis verum est ipsos per fidem clarius cognouisse: catuisse verò om-

Pro Dom. 1. Quadra.

Pro Annũciatione.

Cypr. prol. Natiuit.

nino fide, solius Christi Domini, qui ab instanti conceptionis fuit beatus, excellentia fuit, & prærogatiua. Esset námque maxima imperfectio carere per aliquod instans visione beata, cum qua non compatitur fides. Quod quis videt, inquit Paulus, quid sperat? Quasi diceret cum visione non stat fides, nec spes, cæteri verò per fidem operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Solatium cum sit miseris, socios habere pœnarum tacitè consolantur nos, videntes nunc in ænigmate non facie ad faciem. Si sedens erat Christus vt dixit Hieronymus, tacitè dicunt, Reuerenter venerati sumus Christum, non solùm in diuina natura, sed in humana, quæ fuit vestimentum, quo operiebatur, & occultabatur diuinitas. Iuxta illud ad Philippenses secundo. Habitu inuentus vt homo, vbi humanitas comparatur habitui: tacitè dicunt, non superbiendo, sed humiliando nos homini Christo, quod non fecerunt Dæmones, adepti sumus claram visionem, primo credidimus, credendo amauimus: amando bonitatem sedentis, adorauimus maiestatem eius, quem iudicem, & vindicem prǫuaricationum cognouimus. Bona propria reputauimus parua præ magnitudine tantæ maiestatis. *Hazeldo a si, si quereys ganar el cielo*, Iuxta hoc etiam dicemus quod opera Christi, erant quæ sub ipso erant, & replebant templum. Vbi alia litera habet, Fimbria eius: quæ sunt opera Christi, vel creaturæ Dei, *son ribetes y cortapisas de Dios.*

Si velle videre nunc Deum clarè monstruum est, *que no tiene pies ni cabeça*, si fide contenti esse debemus, & fides datur pro merito, & meritum non est sine charitate, quantum possumus contendamus Deum ex toto corde diligere, Testimonijs plurimis sacræ scripturæ possem suadere, conabor persistendo in visione vti soleo id facere. Ideo clamant sanctus, sanctus sanctus, & velant faciem, vt doceant, nos non debere scrutari hoc mysterium, sed amare: hoc enim com-

commune est comprehensoribus, & viatoribus: differentia solùm est penes visionem. Ostendunt hoc Cherubin, quæ posuit Moyses, & quæ posuit Salomon: dissimilem námque habebant intuitum, vt in principio sermonis dictum est: tamen maximè considerandum est, quòd tam quæ posuit Moyses, quàm quę posuit Salomon extendebant alas suas, & sustinebant arcam, & propitiatorium vbi apparebat Dominus. Per quod denotatur quòd tam viatores, qui non vident Deum, quàm Beati qui Deum vident, debent extendere alas amoris, & tribuere cor Domino Deo suo, iuxta illud, Fili præbe mihi cor tuum. Et iterum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. *Que se ame Dios deueras sin quedar nada al mundo*, quia scriptum est: nemo potest duobus Dominis seruire. *Ellos en possession, nosotros en esperança, Ellos a la vista nosotros al oydo, ellos al sabor, nosotros al olor*, debemus eundem Deum amare quem ipsi amant, nam obiectum charitatis non mutatur ratione præsentiæ, sicut obiectum fidei, quia charitas viæ & patriæ eadē est. Destruitur in beata vita fides, cessat spes, manet tamen charitas, vt docet Apostolus.

In via ergo sub ænigmate fidei possumus Deum diligere, extendentes alas amoris, *como el que da el braço à sangrar*, Qui clausis oculis permittit effundere sanguinem ad recuperandam salutem, in signum huius non velant cor, *alma y coraçon sin cobertura se a de dar a Dios*, volitabant sicut infantes pēdētes ab vberibus matris, à collo patris sicut passerculi qui volitant ad dominum suum. Sic & nos sub obscuritate fidei, spiritu feruentes, debemus diligere Deum, vsq; ad effusionem sanguinis. Vultum velant, alas extendunt, hymnum decantant dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, *como palominitos desalados con pio y ansia*, clausis oculis, aperto ore decātemus Domino Sanctus sanctus: aperiamus os, Dominus implebit illud. Sācta sanctorum non nisi semel in anno ingrediebatur

1. Cor. 13.

summus sacerdos, à foris stans populus adorabat, & reuerenter expectabat exitum summi sacerdotis. Dissimiles erant loco sacerdos, & populus: similes erant amore, tãtum poterat amare, qui foris stabat, imò plus, quàm summus sacerdos qui intrabat Sancta sanctorum. Semel solùm ingreditur Beatus cœlestem illam visionem: viator à foris stans, potest esse acceptus ad maiorẽ gloriam, quam Beatus in patria existens possidet. Et quia Dominus charitatem nos habere desiderat in hac vita, non claram visionem, ideo non Cherubin, sed Seraphin, ardentes charitate, proclamant, sanctus, sanctus, sanctus, prouocantes nos ad hunc feruorem. Insuper clamant alter ad alterum significantes, debere ad inuicem nos ipsos ad hoc ipsum prouocare, *trayendo siempre este diuino lenguaje en la boca*, Exodi 12. inquit scriptura. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circuncidatur prius omne masculinum eius, & post pauca subdit scriptura, eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos. Ciues sumus, & domestici terrestris domus Dei, peregrini illius cœlestis Hierusalem, & domus patris, vbi mansiones multæ sunt, circuncisi circuncisione spirituali phase Domini celebrantes, eandem legem charitatis habemus quam & beati: igitur extendentes alas cordis nostri diligamus Deum in toto corde, in omnibus exequentes imperium Domini. Ad denotandum hoc dixit Dominus. Quis ibit nobis? Respondit Isaias, *Eccè ego. Sic & nos dicamus Deo.* Ecce ego Domine, quid me vis facere? Paulus audit vocem non videns oculis emittit vocem. Domine, quid me vis facere? insuper significatur quam paratus debeat esse concionator ad salutem animarum procurandam. Volauit ad Isaiam polluta labia habentem vnus de Seraphin, in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, *y caldeando los labios de Esaias*, purificauit eum. Sic & concionator verbo & eloquio Dei quod ignitum est vehe-

Quære clamant Seraphin sanctus.

menter exclamans feruido spiritu debet purificare corda fidelium etiam si ad tempus relinquat locum orationis, vt hic credere, in cœlesti gloria possimus videre hoc mysterium. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VI.

Explicatur mysterium ex symbolo elementi aquæ.

NOn solùm humanum genus è limo terræ ortum similitudinem habet cum hoc mysterio, sed aquæ elementum. Ideo Spiritus sanctus filij generationem, & Spiritus sancti processionem symbolo, & metaphora huius elementi explicat. De generatione enim filij, Eccles. 24. dicitur. Ego quasi trabes aquæ immensæ de fluuio. Ego quasi fluuius Dorix, & quasi aquæductus exiui de paradiso, dixi. Rigabo ortum meum plantationum & inebriabo partus mei fructum; vbi loquitur spiritus sanctus secundùm glossam, & Nicolaum, de sapientia increata. Sic locutus fuerat in principio eiusdem capitis dicens. Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam, ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens. Quæ verba non *Eccles. 24.* possunt conuenire sapientiæ creatæ, aut veteri & nouo testamento (quod secundum aliquos, dicitur sapientia diuina, eo quod non humanitus, sed diuinitus fuit reuelatum) quia nec vetus, aut nouum testamentum fuit ante omnem creaturam, nec nouum, aut vetus testamentum fecit, vt oriretur lumen indeficiens: intelligitur ergo de emanatione filij à patre sub nomine sapientiæ, vbi primò ponitur ipsa productio personæ diuinæ, ibi, Ego ex ore altissimi prodiui, Secundo productio creaturarum ibi. Feci vt oriretur lumen indeficiens.

Tertiò, verbi incarnatio, ibi, Posuit Dauid puero suo excitare Regem fortissimum, id est statuit, & decreuit dare Dauid de fructu ventris eius, Regem fortissimum, nempe Christum, qui Isai. 9. dicitur admirabilis, Deus fortis, qui eijciens tyrānum pacauit omnia, ideo subdit Isaias princeps pacis. Hunc processum seruauit Ioannes dicens, In principio erat verbum. Eccè productio per intellectum. Omnia per ipsum facta sunt, sine ipso factum est nihil, Ecce productio creaturarum. Habitauit in nobis. Ecce incarnationem quæ secundum executionem fuit post creaturarum creationem.

Processio filij.

Nunc dicitur, Ego quasi trames, ego quasi fluuius Dorix: vbi inquit glossa, Dorix est Araxes fluuius Armeniæ ortum habens à monte, quem Arabon, seu Aben nominant, qui ab eodem monte cum Eufrate oritur, & per illa verba. Ego quasi trames, inquit. Quia Deus de Deo lumen de lumine. Quidquid sit de fluuio vel monte, certò scimus, quod sapientia assimilatur fluuio & aquæ ducto, quia sicut à fonte perenni semper manante procedit fluuius, sic à patre semper procedit filius, vt clarius patebit in sequentibus. Insuper sicut per aquæ ductum communicatur aqua aruis, vt faciant fructus temporibus suis, sic per Christum communicatur nobis gratia iuxta Pauli 1. ad Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis. Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes, &c. Ad processionem Spiritus sancti non deest metaphora, Apocalyps. 25. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam chrystallum procedentem de sede Dei & agni: & de conuersione gentium, & salute eorum, qui saluantur subiungit dicens, in medio plateæ eius ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, inquit ergo, Ostendit mihi fluuium, id est Spiritum sanctum procedentem de sede Dei, id est de essentia patris, qui specialiter dicitur Deus, quia est prima persona diuina improducta: semper tamen ex sequentibus

determinatur ad significandum patrem. Vtriusque testimonium est Ecclesia, quę orat dicens, Deus qui, concludēs, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, nomine Dei intelligit patrem: declarat hoc per suum correlatiuum dicendo, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Non solùm procedebat de sede Dei, sed procedebat de sede Dei & agni. Vbi copulatiuè dixit, de sede Dei, & agni, ad denotandum quòd Spiritussanctus, non solùm à Patre, sed ab vtroq; procedit: denotatur etiam quòd vna est essentia, vna est virtus, vna immobilitas, vnus thronus, vna maiestas, vnáque perfecta trium æqualitas: in vna profectò sede morantur maiestas patris, & amor, qui est Spiritussanctus, quia vna est natura & essentia communis. Ad denotandam hanc vnitatem inquit, Sicut chrystallum, quod vt dicemus, est aqua congelata, quando enim decurrit per canales siue per terrā, præ nimio frigore congelatur, & non potest decurrere, sed ibi congelata pendens manet, *colgada de la teja, o del principio donde salio*, cum verò non congelatur decurrit, & elōgatur à principio, vnde dimanat, & recipit proprietates, & accidentia terrę, & spatij per quod transit. Creaturę sunt sicut aquæ procedentes à Deo à quo in infinitū distant, subsātia & perfectione, diuersas habētes proprietates indiuiduales secundum cōcursum harum causarum. Spiritussanctus processit, vt chrystalus, *quedo vnido con el padre y cō el hijo*, vnde dimanauit, in vnitate essentiæ: insuper chrystalus, si Dioscoridem cæteróſq; philosophos consulimus, ex duobus constat, & tertia entitas est resultans ex vtroque, generatur enim ex aqua decurrente ad radices montium, accepta aliqua parte terrestri, *vnas delgadas arenicas*, & sic aquæ indurantur in lapidē, vt dicitur Iob 13. Sic Spiritussanctus procedit à Patre, & Filio, tertia persona realiter distincta. Ideo hæc authoritas explicari non potest de Filio, quia clarè dicitur de sede Dei & agni: nec illa Ecclesiastici 24. potest explicari de

Spiritusancto, quia ibi expressè est sermo de Sapientia genita per quam intelligitur Filius. Corroborantur prędicta ex illo Ioannis 7. vbi inquit Christus. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina fluēt de ventre eius aquæ viuæ. Et subdit Euangelista; Hoc autem dixit de spiritu quem erant accepturi credentes in eum. Constat autem quòd accipiebant Spiritumsanctum. Ergo multum per omnem modum fauet iste locus nostræ expositioni, quæ corroboratur ex illo Ioannis primo, vbi dicitur, super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritusancto. Oportet recolere, quòd distin. 3. cap. de Spiritusancto, de missione diximus, est námque missio processio vnius personæ ab alia per originem ad sanctificandum creaturas, & missio visibilis passiua, est cum signo sensibili personam cognosci procedere ab alia, Cum ergo filius miserit Spiritumsanctum, qui ab ipso procedit, & hic dicatur super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, sequitur quòd Spiritusanctus procedit vt chrystalus manens cum Patre, & Filio in vnitate essentiæ.

Errores circa hoc mysterium.

En estas aguas eladas resualo Sabelio, qui negauit Trinitatem, *en estas profundas aguas se anego Arrio*, qui dixit filium esse creaturam. Similiter Macedonius Constantinopolitanus Episcopus tempore Constantij Imperatoris, qui dixit Spiritumsanctum esse minorem Patre, & Filio, processionem Spiritussancti ab vtroque negauerunt plurimi ex Græcis: veritas tamen fuit diffinita in Concilio Lugdunensi, & Florentino quibus interfuere Græci, & apposita est particula illa, Qui à patre filióque procedit, Symbolo Niceno, quod publicè cantatur in Ecclesia, nimirum quod naufragium perpessi sint, quia hoc mare magnum, & inscrutabile mysterium voluerunt ratione naturali transuadere, de quo dicitur Ecclesiast. 24. loco allegato, A mari abundat cogitatio eius, & consilium eius in abyssо magna, *a la profundidad de sus abismos*

abismos no ay hallarles hondo, quia cogitatio eius, id est notitia eius, abundantior est mari, id est magis profunda quam mare. Si vias maris scire non possumus, si arenas non valemus numerare: multominus hoc mysterium valemus ratione comprehendere. Quod manifestè ostendit Angelus cui nomen Vriel, 4. Esdræ 4. qui postquam proposuit tres vias, & tres similitudines, de quibus cum non posset renuntiare Esdras dixit Angelus. *Si essem interrogans te quantæ habitationes sunt in corde maris*, &c. Ac si dixisset. Non solùm huiusmodi difficilia, sed alia faciliora ignoras, quanto magis ignorabis profunda secreta Dei? Hoc ipsum mirabiliter ostensum est Ezechiel. cap. 47. vbi ostensæ sunt Prophetæ aquæ redundantes, & vir egrediens ad Orientem, qui mensus est mille cubitos, & traduxit Prophetam per aquam vsque ad talos. Rursum mensus mille traduxit per aquam vsque ad genua. Et mensus mille traduxit per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille torrentem quem non potui pertransire, inquit Propheta, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari. Huiusmodi est hoc mysterium quod non potest transuadari ratione naturali: sed necessaria est fides, *que el fanal y farol que nos deue guiar*. Sicut columna illa lucida, quæ ducebat filios Israël ad terram promissionis. De his qui negauerunt Dei vnitatem dicemus, *que se ahogaron en poca agua*. De his qui ratione naturali voluerunt curiosè scrutari hoc mysterium, & noluerunt credere quod erat supra naturam dicemus, *Nauegan con vaso roto nobreado con la fe*. Bene hieroglifici ad significandum neum, depingebant figuram Crocodili, qui animal est carens lingua, per quod significatur quod nec intellectus humanus, nec lingua humana potest cognoscere & fari hoc mysterium, sed necessario supponenda est fides. Cum Chrisiphus philosophus Stoicus, viso mare miraretur, Diogene Laertio teste, dixit. Cum te capere non possim tu me accipe,

prehende metu, pues yo no puedo comprehendere, sic dicemus de hoc mysterio. *O mar sin ribera, o finsin fin, yo no ati comprehende me tua mi*, Fide supposita persistendo in metaphora, persuadetur hoc mysterium exemplo speculi crystallini supponendo crystallum generari ex aqua congelata, ita Gregorius super Ezechielem, habetur Iob. 38. vbi dicitur, gelu de cœlo quis genuit? in similitudinem lapidis aquę durantur, Ecclesiastici 43. Frigidus ventus Aquilo flauit & gelauit crystallus ab aqua, ideſt flante vento aquilonari præ nimio frigore eius crystallus fit ab aqua congelata. Inquit tamen Dioscorides, quod non peruenirет aqua ad tantam duritiem, nisi in radicibus montium & partibus vmbrosis aliqua pars terrestris adiungeretur aquæ. Cum ergo specula limpidissima ex crystallo fiant, conuenienter in hoc sermone vtemur hoc exemplo. Quemadmodum ergo in speculo relucèt imago specioſi hominis qualis fuit Absalon, sic Deus contemplando essentiam suam perduxit imaginem sui: nam si creatura quæ à Deo exiuit, producit, multo magis ipse Deus erit productiuus imaginis quam inuisibilem appellat Paulus ad Colossenses 1. Consonat Clemens epistola 1. ad Iacobum fratrem Domini. Habetur tomo 1. Conciliorum, vbi inquit, pater reconditi sacramenti nomen est, cuius verè filius verbum speculum, imago & caracter est. Vbi fere omnia nomina filij coniungit, coniungit enim nomina propria & metaphorica: nomen filius, nomen proprium est, speculum vero nomen metaphoricum per quod explicatur nomen proprium, sic Sapientiæ 7. dicitur filius, speculum sine macula & candor lucis æternæ, consonat Basilius sermone super, In principio erat verbum, vbi inquit. Cor nostrum veluti fons est quidam, verbum emissum veluti riuus ex hoc fonte profluens. Ad hunc modum verbum diuinum est, veluti riuus procedens ex patris corde, quod est fons abúdantissimus. Statim quòd aliquis in speculo intuetur

Greg. *Eccl.43.* *Simile.* *Clemens.* *Sap.7.* *Basi.*

pulchritudinem suam, condelectatur & excitatur in amorem sui, Ad hunc modum pater & filius mutuo se amantes produxerunt Spiritum sanctum, qui est amor & nexus vtriusque. *Simile.*

Sub hac metaphora explicari potest, quomodo creaturę procedant à Deo & Deus sit finis creaturarum, nam quemadmodum flumina à mari & illuc reuertuntur, ita omnes creaturę sunt à Deo & Deus est finis omnium creaturarum, iuxta illud Prouerb. 16. Omnia propter semetipsum operatus est dominus. Flumina extra mare, distinguntur ab eo, antea non distinguebantur. Ad hunc modum Ioannis 1. dicitur de creaturis. Quod factum est, in ipso vita erat, in esse existentię distinguuntur à Deo, & habent esse finitum & limitatum, in Deo sunt ipse Deus. *Creaturæ diuersę substantiæ à Deo.* *Prouerb.* *Prædicatio Euangelij sub metaphora aquæ.*

Docete omnes gentes.

Cum proposuit Dominus eijcere foras principem huius mundi, & iuxta Ezechielem, ca. 36. assumere gentes & Iudęos habitantes cum gentibus, & aspergere super eos aquam mundam, nempe doctrinam nouę legis, quę continet precepta fidei & charitatis, & mundare homines ex omnibus immūditijs suis, misit Apostolos tanquam flumina de quibus Psalmo 92. dicitur, Eleuauerunt flumina vocem suam, id est Apostoli quos sic impleuit Dominus aquis salutaribus sapientię, & scientię Euangelicę doctrinę, sicut flumina aquis sunt plena. Quemadmodum enim flumina & riuuli & omnis aqua eorum à fonte perenni dimanat, *ita Apostoli* dimanarunt à Deo, apud quem Psalm. 35. est fons vitæ, id est, est ipsemet Deus, & ne Riuulos paruos existimares, aut flumina quorum aquę ad tempus deficiunt, Ioann. 7. dicitur. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, *ferans rios caudalosos de agua vital.* Hæc inquam, flumina eleuauerunt vocem suæ prædicationis, adeo quòd in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ ver- *Psal. 92.*

ba eorum. Adimpletum est vaticinium Isaiæ 33. vbi de Domino saluatore ait. Iste habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ, panis ei dabitur, & aqua illius fidelis, erupit enim in deserto aqua, & vallis in terra sitienti. De his aquis de hac Euangelica doctrina vaticinatus est Zacha. cap. 14. dicens. In die illo egredietur aqua viuens de Hierusalem. Audi Isai. 11. dicentem, repleta sunt omnia scientia Domini, sicut aqua multa operiens mare. Iuxta quod legitur Canticorum 4. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium quæ fluunt cum impetu de Libano, vbi inquit glossa, in horto Domini conclusos, inter alia nascitur fons hortorum, quia de primitiua Ecclesia processit in mundum doctrina cœlestis, quæ plures Ecclesias scilicet hortos procrearet. Quid clamabant, quam vocem emittebant hæc flumina? Persistendo in metaphora dicemus, quòd clamabant, Omnes sitientes venite ad aquas, sitientes habentes linguam palatui hærentem, qui habitatis montana & syluam, stabula alta ferarum vbi habitant animalia monstruosa & horrida, venite & bibite aquam salutaris doctrinæ, Ecce dies, ecce tempus, quando diuina aqua & Christi doctrina refrigerans ardorem iræ & odij, temperans concupiscentias, frenans inordinatos motus, egressa est: ecce quando salus & ablutio ab originali non lapideo cultello media sanguinis effusione fit, quia iam non Deus Zelotes, non Deus vltionum, sed pater misericordiarum existit respiciens in faciem Christi sui, non lampade & monte fumante lex datur, sed cordibus infunditur, iam non est amara lex Moysi effodiens oculum pro oculo, dentem pro dente, sed dulcis est lex Christi super mel & fauum, ideo media aqua baptismi originale deletur.

Zach. Isa.

Cum Apostoli prædicassent Christum Crucifixum Iudæis fuit scandalum, gentibus stultitia, fremendo fremuerunt, ira & odio in eos exarserunt, congregati

simul in synagogis suis dicebant. Persequimini & comprehendite quia non est qui eripiat. Prædixit Propheta in eodem Psalmo sub eadem metaphora dicens. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerũt flumina fluctus suos, ideſt, audientes doctrinam Apostolorum eleuauerunt tumescentes fluctus suos, [*leuantoron sus hinchados y altiuos pensamientos sus varios y diuersos pareceres.*] De apostolis, quorum vna erat fides, vnus sensus in singulari dicitur, Eleuauerunt vocem suam: è contra de hæreticis quorum diuersi sint errores & nunquam eadem est sententia in plurali dicitur. Eleuauerunt fluctus suos. Iuxta quod Actuum 2. legitur quod veniente Spiritusancto super discipulos mirabantur inuicem dicentes. Quid nam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant. Quia musto pleni sunt isti. Actuum 25. dicente Paulo Pharisæus sum, filius Pharisei, de spe & resurrectione ego iudicor: facta est dissensio inter Pharisæos & Saduceos, alij cum Paulo alij contra ipsum erant. Vide quomodo cum ira & dissensione eleuauerunt varias voces? Ad designandum multitudinem religionum & varium cultum Deorum dixit propheta in plurali. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Cum loquitur de Apostolis dixit in singulari, Eleuauerunt flumina vocem suam. Mirabiles fuerunt elationes maris, mirabilis in altis Dominus, id est mirandæ fuerunt persecutiones quas in prædicatione Apostoli passi sunt, mirabilis fuit resistentia Tyrannorum, sed magis mirabile fuit auxilium Dei, qui habitans in altis, humilia respiciens in terra: Apostolis non cogitantibus quomodo aut quid loquerentur, dedit os & sapientiam, cui non potuerunt resistere omnes aduersarij, iuxta quod dicitur Luc. 22. Ego rogabo pro te Petre vt non deficiat fides tua, & hic. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ sæculi, vbi Hieronymus. Qui vsque ad consummationẽ sæculi se esse promittit ostendit illos semper esse victuros. Chrysostomus. Non autem

Act. 2.

Hieron.

Chrisost.

cum illis solùm dixit, sed & cum omnibus qui post illos credunt, non enim vsque ad consumationem sæculi Apostoli mansuri erant. Iuxta quod optimè inquit Rabanus, ex hoc intelligitur quod vsque ad consumationem sæculi non sunt defecturi in mundo, qui diuina mansione & habitatione sint digni. Leo sermone de passione. Qui ascendit in cœlos non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Sic à Deo adiuti potuerunt liberè prædicare, & docere omnes gentes, & adimpletum est illud Ioelis secundo. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Trasuertera mi doctrina, extra Iudæam docebunt discipuli mei omnem carnem, id est omnem hominem, iuxta illud Ioannis, primo. Verbum caro factum est, vbi caro sumitur pro homine secundùm Augustinum 4. de Trinitate cap. 21. & 14. de Ciuitate Dei cap. secundo, & super locum Ioannis. Quod illic intelligitur per omnem carnem, hic docete omnes gentes, tunc adimpletum est illud Ecclesiastici 24. Et fluuius meus appropinquauit ad mare, ideſt doctrina mea appropinquauit ad multitudinem gentium, quæ est velut congregatio aquarum, iuxta quod Apocalypsis 17. dicitur, aquæ multæ populi multi, & infra Ecclesiast. 24. Adhuc doctrinam, quasi prophetiam effundam: quemadmodum prophetia certa est, sic doctrinam meam claram & certam effundam *sin medida y no con tassa*, sicut adhuc quando ad solam Iudæam mittebam prophetas. Isaiæ 66. declinabo super eam quasi fluuium pacis & quasi torrentem innundantem gloriam gentium, *mi doctrina sera rio fuera de madre que todo lo lleua tra si.* Velociter Apostoli circuierunt mundum, ideo Isaiæ 60. qui sunt isti qui vt nubes volant? Ideſt Apostoli vt nubes velociter circuierunt mundum. Vidisti signa, recepisti fidem audita voce quã flumina, ideſt Apostoli, eleuauerunt: dolẽdum eo quod non frænas tumescentes flu-

Raban.

Leo.

Ioel.

August.

Isai.

ctus superbiæ tuæ, nec odisti aquas cænosas, & turbidas, sed desideras illas. De quo conqueritur Dominus Hieremiæ 2. dicens, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, foderunt sibi cisternas dissipatas, ac si dixisset Dominus. Feci hominem ad similitudinem mei, constitui illum in excellentissimo gradu perfectionis, prouexi ad culmen dignitatis naturæ corporalis: carentem tamen multis necessarijs ad vitæ conseruationem: vt me continò indigeret, & huiusmodi necessaria assiduè à me postularet frequenter: indigens cibo & potu, me supersubstantialem panem, fontem, aquæ viuæ (vnde affluenter haurire & bibere posset) dereliquit *à pico y a cadon rompiendo pegnas y argamasas.* dilectus populus fodit cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas, reliquit fontem, fodit cisternam: aquam claram, & bibit aquam turbidam, reliquit aquam vitæ & haurit aquam mortis. Hierem. 6. sicut cisterna frigidam facit aquam, sic isti frigidam faciunt iniquitatem *no la pueden despegar de fide sclandola*, quàm proximi sint huiusmodi ad deficiendum in fide testatur Apostolus, 1. ad Thimotheum 1. dicens, hoc præceptum commendo tibi fili Thimothæe secundùm præcedentes in te prophetas, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus & Alexander: ac si dixisset bona conscientia, quæ non est sine charitate, est sicut anchora præbens fidei firmamentum. Et ad Hebræ. 2. inquit, propterea abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus, ideſt propter excellentiam legis nouæ (à Christo non à Moyse datæ oportet nos abundantius, ideſt perfectius obseruare illam, nè fortè pereffluamus. Facit allusionem ad vas futile quod paulatim manet sine aqua *rezumiendose toda.* Ad hunc modum nos monet nè pereffluamus. Vbi inquit glossa, fluimus per pœnas mortalis naturæ, efluimus adden-

Hierem. 2. prouocatur voluntas ad amorem.

Hierem.

do peccata, pereffluimus in æterna damnatione, *alli quedamos secos sin ningun humor*, consentit Nicolaus qui inquit, fluit homo per pœnam corporalem, secundùm quod dicitur 2. Regum 14. Quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertentur, sed vlterius effluit per culpam, sed pereffluit, idest perfectè fluit per æternam damnationem, quod contingit non obseruantibus Christi legem. Consonant verba sequentia sæpe citata. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus &c. Nè ergo pereffluamus, fratres charissimi, & incurramus æternam damnationē, fiat sicut mare contritio nostra, & curemus lauare crimina & peccata nostra, aliàs incurremus iudiciū districti iudicis, de quo iuxta hāc metaphorā dicitur Daniel. 7. Fluuius igneus rapidusque egredibatur à facie eius. Vbi glossa interlinearis, seueritas iuditij, vt peccatores traheret in gehennam. Et Nicolaus, designatur pena infernalis trahens peccatores in infernum, ac si dixisset, *agua ardiente los abrasara*, cum ergo anima nostra sit sicut speculū, quod, quoquo versus vertas, species rerum, quæ sibi opponuntur, recipit, Conuerte dilecte animam tuam in cælum, vt recipias diuinas & celestes imagines: tunc eris quasi hortus irriguus Isa. 58. id est Spiritus sancti gratia eris sicut hortus vberrimus, fructibus onustus, semper virens, sitiat anima tua ad Deum fontem viuum, vt semper sit virens, *ramillete agradable à Dios*, sitiebat Agar, exaudita est oratio eius, celestem aquam, idest, Spiritus sancti gratiam concedat nobis Deus trinus & vnus, Amen.

Dan. 7.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VII.

Data est mihi omnis potestas, Euntes ergo.
Matthæi 28.

CHristus Dominus assumpta humana natura in terra visus, cum hominibus conuersatus est, mediator Dei & hominum omnium viam veritatis docuit, data sibi à patre potestate, misit Apostolos in omnem terram, vt docerent gentes, vt habetur in hoc Euangelio. Mirabiliter habentur omnia ista Apocaly. 10. vbi dicitur. Vidi angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum super terra, & clamauit voce magna quemadmodum cum leo rugit. Et angelus quem vidi stantem supra mare & supra terram leuauit manum suam ad cœlum. Christus Dominus, vt dicitur Esa. 9. est ille angelus & magni consilij angelus, est angelus fortis, Princeps pacis, qui Luc. 11. Eiecit Dæmonem fortem armatum, non erat de terra terrenus, sed descendit de cœlo, & venit in hunc mundum exiens à patre non descedens loco, quia Deus loco non continetur, sed appparendo hominibus cum caro factus est. Doctrina est Augustini de Genesi cõtra Manicheos lib. 2. cap. 24. Hoc enim significatur per illud verbũ, Descendentem de cœlo amictum nube, vbi glossa, idest se humiliantem assumptione carnis. Et iris erat in capite eius, idest signum fœderis, quia veniebat ad reconciliãdum mundũ: Iris enim arcus est fœderis de quo dicitur Gen. 9. Arcum meum ponam in nubibus & erit signum fœderis inter me, & inter terram: consonat interlinearis dicens. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Facies eius in transfiguratione resplenduit vt sol, prædicatores, qui erant pedes eius in die Pentecostes, vt columna ignis fuerant, veloces pedes prædicantium bona, prędicantium pacẽ, dispersi sunt per vniuersum mundum, per vniuersam terram, per vniuersas insulas

Apocal.

prædicantes doctrinam quam audierãt à Christo, ideo bene dicitur, quòd habebat vnum pedem supra mare alium supra terram, post quadraginta dies à tempore resurrectionis leuauit manum suam ad cœlũ, ideſt exaltauit humanitatem, vt inquit interlinearis. Cum voluisset autem ascendere dixit discipulus: Data est mihi omnis potestas. Gratis fuit donata à patre, cum quo extat, quod ex meritis potuit promereri illam maximè executionem potestatis iuditiariæ, quam non habuit à principio, quamuis fuerit semper constitutus iudex. Arridet Paulus ad Romano cap. 24. mortuus est, & resurrexit vt viuorum & mortuorum dominetur. Legẽdus est S. Thom. 3. par. q. 59. art. 3. vbi inquit, quòd debitum ratione vnionis potuit facere debitum ex meritis. Figura huius potestatis, quæ data est ex meritis, fuit Ioseph, qui Genesis 37. vẽditur Ismaelitis. Et Genesis 41. interpretatur somnia Pharaonis, cui dicit Pharao: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, absquè tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti: vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi, sicut enim malitia fratrum non potuit impedire eius exaltationem, ita malitia Iudæorum non potuit impedire exaltationem Christi Domini. 1. Regũ. 14. dicitur de Ionatha, quòd ascendit manibus & pedibus reptãs, & armiger eius post eum, & ita alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat sequens eum: sic Christus Dominus humilians se & obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, & discipuli eius post eum conuerterunt mundum, & nimis exaltati sunt à Deo. Dauid quoque 1. Regum cap. 17. Goliath Philistæum vicit, & cap. 18. denegatur ei Merob, & non datur Michol antequam percussisset ducentos viros ex Philistijm. Post multas ergo & præclaras victorias fit gener Regis: sic Christus post passionẽ & labores plurimos inquit, Data est mihi omnis potestas in Cœlo, &

in terra *metido esto y en actual possession de todo*, Data est mihi &c. Quòd ex meritis data sit iustitia & dignitas est Christi domini, quòd ratione vnionis data est, excellentia est hominis Christi, qui non erat homo purus, sed homo Deus. Quòd data sit ad instituenda sacramenta, ad mittendos Apostolos in omnem terram, & per vniuersum mundum, Dei est bonitas consulens vtilitati nostræ, beneficium est & gratia nobis collata 1. Machabæorum 12. legitur quòd misit Demetrius ad Ionatham dicens, gloria illustrabo te, & gentem tuam cum fuerit opportunum, nunc ergo rectè feceris si miseris in auxiliũ mihi viros, discessit omnis exercitus meus, & misit ei Ionathas (inquit sacer textus) tria millia virorum fortium, & venerunt ad Regem, & delectatus est Rex in aduentu eorum. Sic pater æternus Ioannis 17. dixit filio clarificaui, & iterum clarificabo. Christus autem sicut alter Ionathas, existens summus sacerdos secũdùm ordinem Melchisedech, multos cõgregauit & conuertit, discesserant à Deo vero, & dediti erant operibus malignis, vt mundum ad se conuerteret dixit, Euntes: prædixerat Isaiæ 65. & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare in Aphricam & Lydiam, tenentes sagittam in Italiam & Græciam, ad insulas longe ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam *ambiare legados*, à latere qui ex omnibus mundi partibus congregent ad me omnes gentes, ideo nunc inquit. Euntes docete, ite cum plenitudine potestatis prædicandi vbique nomen meum, *dezid que yo soy* cui data est potestas in cœlo & in terra, qui respicit terram, & facit eam tremere *à quiem naide resiste y que hago general llamamianto de gentes*, Dic Aquiloni da, & Austro nolli prohibere, *el aire os serà fauorable. estarà a la obedientia de mi commission y autoridad*, obmutescent dæmonia, conticebunt oracula, corruent Idola, *legados* à latere plena *anthoridad lleuais atropellad y acoeedad dioses, en mudeced*

oraculos destruid sus Templos derribad sus altares menospreciad y desestimad su magestad y autoridad fingida que con engagno han lleuado trasi el mundo. Data est mihi omnis potestas &c. Siue gratis, siue ex meritis data sit, dictum est, vtrumque ostendit legitimum esse iudicē & pastorē non intrusum, nec potestatē pretio acquisisse, sicut alij multi, qui potestatē & imperium, dignitatem sacerdotij, officiū iudicis, intermedijs principum precibus oblata pecunia acquirūt. 2. Machabæorū dicitur, quòd cū suscepisset Regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum sacerdotiū adito Rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta &c. Christus verò non sic, sed sibi data est ratione vnionis & ex meritis suæ passionis. Data est mihi omnis potestas: Euntes ergo &c. Consequentia est in iustis, vt potestate sua non noceant, sed prosint proximis, ideo notāter Euangelista addit coniunctionem, ergo de quo ex parte dictum est in principio huius tractatus explicando literam Euangelij. De forti & inuicto illo Iuda Machabæo legitur 1. Machabæo. 10. quòd postquam fortiter se gesserat in bello, & inimicos fugauerat: aras quas alienigenæ per plateas extruxerant & delubra quæ fecerant demolitus est. Ioseph quoque postquam accepit potestatem frumētum omnibus dabat: è contra dicitur de Naman, quòd volebat abuti potestate, volens suspendere Mardocheū. Genes. 6. rationem reddens scriptura de vniuersali illo diluuio inquit, Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à sæculo viri famosi; Ac si dixisset, Gigantes quibus vires corporeas concesserat manus omnipotentis ad colendam terram, & ad subueniendum minus potentibus, conuerterāt vires suas ad malum, quod ex parte fuit causa diluuij, malitia horum exprimitur ibi. Isti sunt potentes à sæculo & viri famosi, vbi inquit Nicolaus viri famosi, idest,

malæ famæ, quia raptores, & luxurioſi, vnde ſequitur videns autem Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, ac ſi dixiſſet, partialis cauſa diluuij fuit malitia horum Gigantum, qui ſua fortitudine abutentes locabant vires ſuas exercentes tyrannidem, & potentia vtebantur ad malum. Sic & Nabuchodonoſor & alij Principes cum erigebant ſtatuas & cogebant homines venerari illas. Rex tyrannus nō ſolum ille dicitur qui vi & armis ſine electione & iuſto titulo vſurpat regnum, ſed etiam ille qui quamuis legitimo iure ſuccedat, non conſulit vtilitati regni, ſed abutendo poteſtate iniquas leges condit non regno, ſed ſibi vtiles: ideo Dauid bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiā doce me, ideſt, doce me vt benignus ſim, atque ſuauis affectu circa ſubditos, quia potentia regiæ dignitatis ſine bonitate tyrannis erit, cum bonitate verò diſſenſio, regni munimen, pauperum leuamen. Beatiſſima Virgo in ſuo cantico de Deo, quia fecit mihi magna qui potens eſt, ideſt Dei potentia magna beneficia mihi cōtulit. Dauid quoque Deus iudex iuſtus, fortis & patiens. Duas combinationes, & vnam interrogationem continet verſiculus: prima combinatio, iudex iuſtus: ſecunda fortis & patiens, ac ſi dixiſſet Propheta, hoc vitium in iudicibus inoleuit, & quaſi conſequentia eſt, iudex ergo iniuſtus, nam non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Deus noſter vtrunque habet, vtrunque in eo conuenit, cōuenit quidem ei, quòd ſit iudex, & quòd ſit iuſtus, nā iſta duo in ipſo non ſeparantur, vtrunq; nempe iniuſtitiam iudicum, & iuſtitiam Dei ſecundùm naturam diuinam & humanam optimè complectitur Sophonias dicens: Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes, iudices eius lupi, veſpere non relinquebant in mane, Prophetæ eius veſani viri infideles, ſacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legem, Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem, mane mane iudicium ſuū dabit in luce & non abſcōdetur, Prin-

cipes eius quasi leones, iudices eius lupi: ecce iniquitas iudicum, Dominus iustus in medio eius, ecce quod inquit Dauid, Deus iudex iustus: principes eius quasi leones, alludit ad conditionem leonum de quibus dicitur, quòd in senectute cum deficit eis virtus ad persequendas bestias, tunc insidiantur hominibus. Sic principes, contra aliquos sunt leones in senectute, contra alios sunt leones in iuuentute, magno impetu & ferocitate dilacerantes eos, iudices eius lupi, ideſt, sicut lupi & aliæ bestiæ, vt dicitur Psalm. 103. nocte rapiunt orto sole congregantur in cubilibus suis: sic isti rapiunt nocte. Genesis cap. 49. benedicens Iacob Benjamin inquit, Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, ac si dixisset lupi nocte rapiunt, & quia ad rapiendum expectant profundam & vltimam vigiliam noctis & orto sole collocantur in cubilibus suis, non possunt antea diuidere prædam nè comprehẽdantur à pastoribus. Sic fortissimus Iudas Machabæus dixit ad populum; non cõcupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, & Gorgias & exercitus eius prope nos in montibus, sed state nunc contra inimicos nostros & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi, ac si dixisset, Sumere spolia potest esse causa quòd inimici possunt superare nos, dum non sumus vt castrorum acies ordinata. Sic lupi rapiunt prædam & reuertentes ad mõtana, & cubicula sua diuidunt spolia. Isti peiores quàm lupi rapaces, non expectabo mane statim vt rapiunt, diuidunt, lacerant, deuorant, *despedacan y tragan* lupi cum rapiunt sunt extra cubicula sua ad quæ reuertere necesse est, vt securi diuidere possint. Iudices cum in domo sua sint, & malitia lupi sint peiores, statim vt rapiunt diuidunt, non relinquentes aliquid in mane, *no veén la hora que v erse con todo.* Sicut enim Spiritus sancti gratia nescit tarda molimina, sic malitia eorum non expectat mane, *no ay que esperar luego se apoderan de todo,* non relinquentes alijs quid rapiant, Relicta me-

taphora irrationalium animalium sub nocte, & obscuritate rapiunt nè videantur, quia qui male agit odit lucem, nè arguantur opera eius, operantur malum & varijs modis pauperes affligunt, quod varijs & diuersis modis declarat Dominus per Prophetas. Isaiæ 3. vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperes in domo vestra. Et Michæ. 3. violentur tollitis pelles eorum de super eis, *despues de desnudos tos dejollais à fuerca de bracos*, & carnem eorum desuper ossibus eorum *los comeis viuos à vocados*, qui comedunt carnem populi mei, pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, ideſt, non correptionis amore sed vindictæ desiderio, ira & odio commoti, ita eos verberant vt sanguinem fundant, & ossa grauibus ictibus con ringant, ac comminuant. O tyrani bestijs crudelissimis crudeliores, non vocati à Deo tanquam Aaron: fœlix illa ætas, quando non poterat esse maior nisi melior, qnia non accipiebat dominium & principatum, nisi qui virtute alios excellebat & suis imperabat passionibus. E contra Deus noster iudex iustus, de quo Sophonias, Dominus iustus in medio eius, ideſt, in medio Hierusalem, de qua loquebatur, non faciet iniquitatem, ergo iudex iustus vt dixit Dauid, mane mane iudicium suum dabit, ideſt, sicut alij iudices impij non relinquebant in mane, *lo que podian rapar no lo dexauan para mas tarde*, sic Deus qui non faciet iniquitatem, sed rectum iudicium, mane mane, ideſt, cito cito *no aurabien amanecido*, quando statim faciet iudicium, sicut qui male agit odit lucem, expectat noctem, aduenientе nocte non expectat mane, statim operatur malum *no lo dilatando para es otro dia*. Sic Deus noster habitans lucem inaccessibilem, & Dominus Iesus qui erat lux vera, qui palàm, locutus in abscondito locutus est nihil, mane mane, ideſt, statim aduenientе luce, iudicium suum dabit in luce & non abscondetur, *Viniendo su hora que es luz, tampoco se detendra*. Qui

Prot. Dom Aduentus.

Simile. iter agit & properat accedere ad ciuitatem. *No vee la hora que amanezca* sic Deus noster mane mane iudicium suum dabit. Sequitur fortis & patiens. Ac si diceret in prauis hominibus, ferocitas, impatientia, effusio sanguinis, quasi propria passio est; Sic dicitur de Goliath, quòd exprobrabat agminibus Israël. Sic dictum est de Gigantibus, Deus noster vtranque habet virtutem, nempè fortitudinem & patientiam. Aliter potest exponi iste versiculus sine aliqua combinatione, sed simpliciter dicendo: Deus iudex est iustus, patiens ad substinendum peccatores, fortis ad resistendum illis, ac si diceret, quamuis Deus patienter se habeat, sileat & taceat dissimulans peccata hominum, ad tempus non puniens illa, iustus iudex est qui non semper dissimulabit, sed aliquãdo loquetur vt parturiens, & accerrimè corripiet peccatores: fortis est cui nullus poterit resistere, ideo potentes potenter tormenta patientur, quia potentibus potentior est Deus. Est insignis locus, Sapientię 12. omnia prædicta complectens. Tu autem dominator virtutis, cum tranquilitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos, subest enim tibi cũ volueris posse. Vbi est sermo de punitione Cananeorum, & Amorreorum, qui habitabant terrã sanctam, necatores filiorum suorum sine misericordia, & dicit, quòd paulatim puniuit illos, dans tempus pœnitentiæ, quod manifestant verba illa Domini ad Abraham. Nondũ completæ sunt iniquitates Amorreorum. Post hoc subdit, tu autem dominator virtutis, idest, tu domine sine iniquitate iustus iudex; Cum tranquillitate iudicas, *con paz y sin raydo.* Cum reuerentia disponis nos. Qui reueretur aliquem, timet illum, *no se arroja à hablar delante del*, sic Deus noster in iudicando cum reuerentia iudicat, *no haze ningun desafuero*, sed sicut homo qui timens superiorem, iudicat cum reuerentia iuxta leges; Sic Deus noster iudicat iustè. Omnem istam iustam iustitiam, Omne istud iustum iudicium,

cium, omnem potestatem ad iudicandum datam esse Christo domino hodie audimus cum dicitur: Data est mihi omnis potestasin cœlo & in terra, de ipso namque ad literam sine metaphora potest intelligi, quòd cum tranquillitate iudicat, & cum magna reuerentia quam habebat ad patrem, disponit nos. Data est mihi omnis potestas. Luc. 24. dicitur oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam, ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum vsq; ad mortem, propter quod exaltauit illum. Hic data est mihi omnis potestas ex meritis iuxta citatum Paulum, & iuxta id quod dictũ est: Si pro mercede meritorum suorum accepit iudicium, qui proprio sanguine nos redemit, manifestè erigimur in spem consequẽ di veniam & remissionem peccatorum, nõ enim habemus pontificem qui nõ possit compati infirmitatibus nostris, tentatũ autem per omnia pro similitudine absque peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Effusus fuerat sanguis eius, quo plateæ & viæ Hierusalé aspersæ fuerant, compatiens hominum miserijs inquit. Euntes ergo docete, *no soy jueZ cnoxodo sino misericordioso que à enemigos que derramaron mi sangre quiero ensognar y perdonar.* Sap. 12. loco allegato, postquam dictum est quòd misericorditer se habuit circa antiquos habitatores terræ sanctæ, qui in multis offendebant, dicitur. Si n. inimicos seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione & liberasti dans tempus & locũ, per quę possent mutari à malitia, cum quanta diligentia iudicasti filios tuos? simile argumentum facit Paulus ad Rom. 5. si cum inimici essemus reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius, si misericorditer se agebat Christus antequam pro nobis subiret passionem, quantò magis nunc manifestũ est quod misericorditer se habebit circa nos? si Ioseph homo purus misericorditer se gessit,

Hebr. 4.

Pro 1. Dom. Aduentus.

Simile.

erga fratres, quantò maiori misericordia habebit se Christus erga nos? Cum quis rem gerit in litigio valdè gratum est ei iudicem habere amicum, iudicem aduocatum esse non permittitur, vt liberè & rectè exerceat iustitiam, vtrumque habet Christus, iudex iustus est, insuper aduocatus, hoc significauit Ioannes in sua
1. Ioan. canonica cum dixit: Filioli mei hæc scribo vobis vt non peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ideſt filioli valdè desidero innocentiam vestram (absolutè maius donum est, quam pœnitentia) sed si peccaueritis, illum qui fuit propitiatio cum inimici essemus, habemus aduocatum, si eundem nō alium habemus aduocatum erigamur in spem, securi petamus veniam, petamus confidenter, nihil hæsitantes in fide. 4. Reg. 25. dicitur quod cum post deuastationem Hierusalem præfectus fuisset Godolias, qui erat de gente Iudæorum omnes duces militum, & viri qui erant cum eis venerunt ad Godoliam, sic & nos dilectissimi audientes quod homini Christo data est omnis potestas accedamus ad eum, quia dux, & redemptor noster est. Augustinus 11. super Genesim ad literam capit. 34. inquit, satis probabile est solere Deum per creaturam, tali actioni congruam, in forma humana primis illis hominibus apparere, & postea, si enim propterea sic apparebat, vt homines tanquam cum homine loquerentur, quemadmodum Abrahæ ad quercum Mambre. Loquitur hic Augustinus de forma qua apparuit Dominus Adæ cum dixit. Adam vbi es. Puniturus hominem apparuit in forma humana, nè deterreret hominem, illa forma erat apparens, ista vera, ergo maxima cum clementia iudicabit. Isaiæ 43. noli timere, quia redemi te, vocaui te nomine tuo; meus es tu. Si deterret te officium iudicis, mulceat officium redemptoris, arcet maiestas diuinæ naturæ, alliciat humilitas naturæ humanæ: vocaui

te nomine tuo, meus es tu, *mi hijo te llamo* nomine tuo, *regalo grande*, sic Magdalena Maria appellata est 1. Ioann. 3. videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus, si non te monet amor deterreat tremor, data est illi omnis potestas in cœlo, & in terra, *tomados te tiene los passos*, iuxta illud Dauid. Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum ades, *por ninguna via me puedo yr de entre tus manos*, si sic est oremus supplices, quia oratio iudicis iram mitigat, & in misericordiam conuertit. Cum quis opprimitur à superiori, si potest aliorum auxilio illum superare, illum inuadit, si non habet auxilium fugit: si non potest fugere, nec superare, aut offert munera, aut preces aliorum: si hoc nos sufficit, tandem coram illo apparet humilians se, vt periculum fugiat, iram superiori emollit, humilitate enim ira, & ferocitas leonis mitigatur: hunc quem cognoscis, & audis iudicē superare non potes, quia omnis perfecta potestas sibi data est, iudex est fortis, & potens, fugere iudicium eius, non potes, quia in cœlo, & in terra potestas ei data est: munere, & obsequio flecti non potest, *no se puede sobornar*, iustus iudex est, sola humilitas residua tibi est, hac flectitur Deus noster, narra si quid habes, vt iustificeris, vbi 70. Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris, vbi Aug. lib. 1. contra Fulgētium Donatistam nō longè à principio, nisi te vt hominē reū esse cognoueris, nisi te peccatorem veraci corde clamaueris, iustificari omnino non poteris, dicente Propheta: Dic prior iniquitates tuas, vt iustificeris, iuxta vulgatam dicemus, narra si quid habes, id est exprime confessionem eius, quod habes, & cum iustitiam non habeas narrando iniustitiam dicet Dominus. Nonne vidisti Achab humiliatum? humilitate iustificaberis, sic Dauid dixit, cōfitebor domino iniustitiam meam, tu remisisti iniquitatē peccati mei. Salomon quoq; Prouerb. 18. iustus prior est accusator sui, sic explicat prædictum locum Isai. *Isai. 45.*

Ambros. lib. 2. de pœnitentia c. 7. Hilar. in Psalm. 125. in fine, Greg. in illa verba Psalm. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, confirmat ergo peccata nostra dilectissimi, & accedamus cum fiducia ad thronum iudicis, nam si iudex, aduocatus est. Ipsum habemus (inquit Chris. hom. de cruce) magistrum, vt non peccemus, defensorem si peccauerimus, confessorem si conuersi fuerimus, interpellatorem si quid boni à domino desideramus, datorem cum patre eorum quæ impetramus, qui daturus est gloriam donet nunc nobis gratiam. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VIII.

Euntes ergo docete omnes gentes.

QVia Paul. ad Roman. 10. inquit, quomodo credent in quem non audierunt, quomodo audient sine prædicante, quomodo prædicabunt nisi mittantur? Cui data est potestas in cœlo, & in terra inquit modò. Euntes ergo docete omnes
Gen. 14. gentes. Abraham senex, cui Dominus benedixerat, seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat, misit in Mesopotamiam ad quærendam vxorem filio suo, sic Christus misit seniores domus suæ, ad quærendas gentium nationes. 70. animæ ingressæ sunt Ægyptum, & inde multiplicatus est nimis Dei populus: 70. fuerunt discipuli, qui cum Apostolis prædicauerunt, & annuntiauerunt verbum Dei, & innumeras gentes, turbam quam dinumerare nemo poterat conuerterunt ad Christum.

Euntes ergo, non fuerunt pseudo Apostoli, nō extitere pseudo Prophetæ, de quibus Hierem. 23. Non mit-

tebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Quia qui habebat potestatem in cœlo, & in terra, misit illos, authoritatem habuerunt gubernandi omnem populum Christianũ, facultatem docendi omnes gentes, insuper facultatẽ patrandi miracula, in confirmationem, & testimonium veritatis, hæc enim tria sunt de ratione Apostolatus, ideo Apostoli excedebant Prophetas, qui non fuerunt dati pro vniuersa terra, sed populo speciali. Insuper, quia ad Rom. 8. habuerunt primitias spiritus, idest potiora dona ad gubernandum Ecclesiam, *tuuieron la nataу flor de la harina*, Ephes. 4. dedit quosdam in Ecclesia, primò Apostolos, secundò Prophetas, alios verò Euangelistas, alios Pastores, & Doctores, ipsi obedientes sicut Isaias, qui cap. 6. dixit: Ecce ego, mitte me, exierunt in omnem terram, vbi erat impetus spiritus illuc gradiebãtur. Exierunt pauci, quia infirma mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia, ac si dixisset, noster Deus per vim, per arma, per bellum, per rompheam, per gladiũ vtraque parte acutum, per plures, per fortes homines, noluit mundũ cõuertere, quia hoc nihil esset mirabile, sed voluit per infirma fortia, per insipientes, sapientes, per paucos vniuersum conuertere mundum: hoc planè grande miraculum, ideo magna Dei prouidentia fuit, quòd in principio publico edicto, imperatores Christi fidem non receperint; vt magis appareret Dei virtus, quæ per pauperes trahebat diuites, per infirmos potentes, per paucos vniuersum mundum, vt dictum est. Iudicum 7. Gedeon paucis hominibus plures vicit, & fugauit. Ionathas comitatus ab vno s. ab armigero laborãs fame, sicut Apostoli, sine pera, sine sacculo fugauit castra Philistinorum. Iudit. 13. per manum fœminæ percussit eum Dominus, per Isaiam. Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi, & stupendo: perdam enim sapientiam à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscõde-

Cor. 1.

Iudith. Isai. 29.

tur. Vbi. 70. Ecce addã vt commutem populum istum, & commutabo eos, ideſt hoc erit grande miraculum, *que dando jaquey deiando en blanco a los Iudios*, commutabo populum eorum cum populo gentium, relinquã Iudæos, assumam gentes, perdã sapientiam Iudæorum, abscondam mysteria à sapientibus legis peritis, & magistris in lege, reuelabo ea paruulis piscatoribus. Hos nunc mittit, vt doceant gentes, quarum conuersio fuit mirabilis in conspectu Iudæorũ, quia nunquam existimauerũt, quòd ipsis relictis, vocaturus erat dominus gentes, præsentiens hoc Isaias dicebat. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. i. profundum sacramentũ,
Isai. 24. quod Dominus vocaturus est gentes, Isaiæ primo, calendas vestras, solennitates vestras odiuit anima mea, *ya estoy harto y no las querria ver*. Deut. 32. frangendo Moyses tabulas significauit, quòd illa lex esset finẽ habitura, hoc enim significauit Paulus, cum dixit. O al-
Rom. 11. titudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, vbi loquebatur de reprobatione Iudæorũ, & vocatione gẽtium. Actuum 10. ad finem, Cum veniſſet Cornelius ad Petrum, & adhuc Petro loquente cecidiſſet Spiritus sanctus ſuper Cornelium, & alios gentiles, qui cum eo venerant, inquit ſacer textus, obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes Spiritus ſancti gratia effuſa eſt. Admirabatur ſponſa Cant. 6. *Cant. 6.* cum dicebat. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? vbi interlinearis vox eſt ſynagogæ mirantis Eccleſiam aſcendentem per omnes partes orbis, & gloſſa ordinaria. Nouiſſimis temporibus iam intuens ſinagoga tam bene operatam, operantémq; ipſam Eccleſiam tam diffuſam, tot ſapientiſſimos ſine ſchiſmate, ſequi vnam fidẽ, præterea viuorum, & mortuorum miracula, & multa alia Chriſtianæ fidei argumenta, iam conuicta pœnitens, & compuncta dicit admiratiuè. Quæ eſt iſta? Sicut ſyna-

goga' admirata est videndo conuersionem gentium, sic cœlestes spiritus, videntes glorioſam Ascensionem Christi, & Ecclesiam antiquorum patrum, qui secundum Dionys. 7. cap. cœlestis Hierarchiæ interrogantes dicebant. Quis est iste, qui venit de Edon? ideo cõgruenter potest locus Canticorum illis adaptari tanquã mirantibus Ecclesiam iustorum hominum, quæ cœpit, vt aurora, & tandem fuit vt sol. Ecclesia quoq;, & congregatio gentium admirata est, videndo mirabilia testimonia Domini, stupenda miracula, profunda sacramenta.

Ostendit manifestè historia regum, qui venerunt adorare Dominum. Procidentes (inquit sacer textus) adorauerunt eum, idest humiles sese agnoscentes admirati maiestatem, vbera lambentis ceciderunt in facies suas adorantes eum, quorum figura extitit Regina Sabea, quæ admirata sapientiam Salomonis venit videre illum: ita Hieronymus homilia secunda super Cantica.

Docete omnes gentes baptizantes eos.

Præcipit Dominus, vt doceant, & baptizent, de baptismo optimus locus Isaiæ 1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere, postquam enim reiecerat sacrificia, & holocausta antiquæ legis dicens, Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molestia, inquit. Lauamini, mundi estote, discite benefacere, idest relicto cultu antiquæ legis suscipite baptismum, & seruate quæ præcipit lex Euangelica, sic explicat, & intelligit hunc locum Chrysostomus homil. 3. in 3. cap. Matthæi explicans illa verba. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Vbi notat, Non sat esse currere ad baptismum, vt peccata abluamus, nisi omni cura, & diligentia abstineamus à peccato, & omnium virtutum splendeamus ornamentis. Cyprianus aduersus *Chrysost.*

Iudæos libro primo, capite vigesimo quarto, vbi inquit, non relaxabo vestra peccata, lauamini, ideſt non relaxabo peccata vestra, nisi abluamini baptismi sacramento, & vitæ puritate, ideo dixit, docete baptizantes. Quia Apostolos mittebat ad gentes, quæ à maximo vsq, ad minimum tenebantur baptismum recipere, prius dixit. Docete, adulti enim prius doceri debent, quàm baptismum recipiant, quia in baptismo profitentur se renunciare pompis Sathanæ, & operibus eius, similiter patrini pro paruulis: nam secundùm Hugonem de S. Vict. lib. 2. de sacramentis par. 6. c. 12. patrinus idem est, quod pater diuinus: iubet Dominus, vt adultos prius doceant, postea baptizent. Optimè complectitur hæc duo locus Cant. Oculi tui sicut piscinę in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis, ideſt sicut propè Hierusalem, quæ dicitur filia multitudinis, eò quòd erat plena populo: erant duæ piscinæ aquarum, multum decorantes Hierusalem: ideo erant oculi in Esebon, ideſt magnæ cõputationis, & æstimationis: hic enim commune nomen est significans computationem, non nomen ciuitatis vltra Iordanem de qua Num. 22. sic prædicatores Ecclesiæ, Apostoli, & Episcopi eorum successores, sunt oculi, qui illuminant mundum intendentes gregi suo: sunt oculi sicut piscinæ: quia fluenta doctrinæ auditoribus dare nõ cessant, abundantissimè *sin secarse*, amplius piscinæ sunt in porta, & introitu Hierusalem, quia ingredi nemo potest Ecclesiam nisi prius aspersus aqua doctrinæ, & baptismi, quam recipere debent ab istis oculis, iuxta glossam, & Nicolaum locutus sum. Ne liberam existimes metaphoram, lege Consilium Tridentinum sess. 24. c. 12. de reformatione, vbi Episcopus dicitur superintendens, Archidiaconi, oculi Episcopi, cap. oues, 6. q. 1. Episcopus oculus Dei. In figuram huius iubebat dominus in templo esse speculum, & mare æneum, debent ergo patrini docere, & instruere filios suos spirituales,

& ad hoc maximè tenentur: hac enim ratione, infidelis non potest esse patrinus, potest autem baptismum administrare: quia baptismus causat ex opere operato, ideo quęcunque creatura rationalis, siue fidelis, siue infidelis, potest hoc sacramentum administrare: administratum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, habebit effectum, nisi adsit impedimentum: quia verò patrini tenentur docere, & instruere puerum in rebus fidei, infidelis non credens articulis fidei, non potest esse patrinus. Cum sapiens, Prouerb. 22. dicat. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea, maximè debent patrini eos imbuere rectis moribus: quemadmodum enim recens vas, primum quem bibit liquorem, semper redolet, quia præ nimia siccitate quam tunc habet, multum bibit, & liquor omnes partes vasis penetrat, ideo vix vnquã odorem illius liquoris amittit, sic iuuenis prima documenta, & primos mores, quia tenera ætate, maxima auiditate eos bibit, & recipit, ideo maximè imprimuntur, hac similitudine vtitur Anselmus. lib. de similitudinibus, cap. 141. Cum paruus error in principio maximus sit in fine: debemus obstare principijs, nam sero medicina paratur, Baptizantes.

Prouerb. *Simile.* *Anselmus.*

Cum aliquis vult antiquam renouare imaginem lauat illam, vt delendo antiquam effigiem, & lineamenta, commodè possit iterum eam effigiare: & varijs coloribus pulchrè depingere, imaginem portauerunt homines parentis terreni: vt nunc portet imaginem cœlestis inquit Christus Dominus, homo de cœlo cœlestis, [baptizantes eos,] præmisit docete, idest instruite prius, si postea cõsenserint, baptizate: nullum recipite, nisi ipse prius recipere voluerit baptismum, nolite sanctum dare canibus, sed eis, qui ad me venire voluerint. Sicut antiquitus media circuncisione pepigi fœdus cum Abraham non renuente, sed volenti, & consentienti, sic nũc cum gentibus medio baptismate. Insignis locus Hiere. 16. Iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum ait Do-

Simile. *Hierem.*

minus Deus, & facta es mihi, & laui te aqua, & mundaui sanguinem tuum ex te, id est firmiter, & cum iuramento (quod ostendit pactum esse irreuocabile) pepigi tecum, *hize aliancay pacto*, & facta es mihi, idest, meo coniugio copulata. Cum per institutionem, & desiderium voluisti desponsari mihi, tunc laui te aqua baptismatis, nam baptismum chatechesis debet præcedere, ideo cathecumeni per baptismum flaminis, poterant ante baptismum aquæ esse Deo coniuncti per gratiam: laui ergo te aqua baptismi, vt inquit interlinearis, & mundaui sanguinem tuum ex te, id est sanguinem prophetarum, iuxta illud. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, & iterum. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? amplius laui te à sanguine proprij filij quem occidisti: multi enim ex Iudæis, & Pharisæis crediderunt in eum, idem tangit Isaias, cap. 1. dicens. Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, *Manchadas las teneys con la sangre de mi hijo hurto en las manos, enfragranti delicto*, effunditis orationem, & celebratis Pascha, non exaudiam, nolo festiuitates istas, ita colligo ex Origene in Matth. in illa verba, sanguis eius super nos, & super filios nostros, vbi inquit. Iudæi non solùm rei facti sunt sanguinis prophetarum, sed Christi, vnde Isaias. Manus vestræ tinctæ sunt sanguine. Athanasius de passione, & Cruce Domini inquit. Iudæos hanc prophetiam, manus vestræ sanguine plenæ sunt, complesse dum Christo inijciebant clamydem coccineam, tunc enim suas manus Christi sanguine impleuere, nam erat totus sanguine madens, patet Matth. 27. vbi postquam flagellauerunt eum, inquit sacer textus, exuentes eum, clamydem coccineam circundederunt ei: non necesse fuit tunc manus eorum sanguine tingi, addit Isaias lauamini, id est baptismum recipientes potestis lauare sanguinem in sanguine, baptismus abluit in virtute

sanguinis Christi: vide quomodo consentiant Isaias, & Ezechiel. Gentibus sic adaptabis loca. Manus vestræ sanguine plenæ sunt, nam mactatis carnem, occiditis carnem, offerentes eam idolis: ideo manus vestræ sanguine plenæ sunt. Secundò quia simul cum animalibus sacrificauerunt filios, & filias suas dæmonijs, vt dicitur in Psalm. Lauamini, ad omnes loquitur, sicut omnibus legem dedit. Cum Petrus lauari renuisset, dixit ei Christus Dominus. Si non lauero te, non habebis partem mecum: ergo per oppositum, lauando eum habuit, sic, Laui te, dedi tibi partem mecum. Exclamet, & magnificet concionator, virtutem baptismi qui abluit peccata Iudæorum, & gentilium peccata ex malitia, ex ignorãtia, & cuncta, quæ in adulto præcedunt Baptismum, quæ est ista virtus, aquæ quæ corpus tãgit, & cor abluit. Creatura non potest esse Deus, ergo habere partem cum Christo est assimilari Deo, & ita est quòd per baptismum assimilamur Deo, ad Galat. 3. Omnes enim filij estis per fidem in Christo Iesu, & subdit. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, ac si dixisset, ostendo esse filios Dei, nam quicunque baptismum accepistis, induistis Christum: sed Christus est filius Dei naturalis, ergo vos qui induistis eum, id est eius imaginem, & similitudinem eritis filij Dei, non per naturam, sed per adoptionem. *Estaya ya hechos a su talle vestidos de su librea*, conformes facti imagini filij eius: filij estis per adoptionem, si antea deformati; nunc formati figura Christi, *soys otros no ay conosceros*, ipsi parietes rimarum pleni cum dealbantur, & cooperiuntur pretiosis operimentis; Rugatæque facies mulierum cum ornantur, pulchræ apparent; ita & vos induentes Christum, Augusti. in Enchiridion ad Laurentium, cap. 52. inquit. Baptismum nihil aliud esse, nisi mortis Christi similitudinem: nihil aliud autem mortem Christi Crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem: vt quemadmodum in

illo vera mors facta est; sic in nobis vera remissio peccatorum, & quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera iustificatio. Elucescit ex dictis ille alius locus Pauli ad Roma. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu: in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo, per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis: & ita nos in nouitate vitæ ambulemus, id est sicut Christus in Resurrectione surrexit immortalis, clarus sine corruptione, sic Baptismus purgat nos ab omnibus sordibus peccatorum, *salimos lindos*, quasi geniti infantes, *vnos pinpollos de oro*.

Baptizantes dixit, Quia quantumcunque cognoscerent, Deum remuneratorem esse: viuentes rectè in lege naturæ, iam à tempore promulgationis huius nouæ legis, & confæderationis, non poterat esse salus sine baptismo; quemadmodum enim fides sine operibus mortua est: quia fides non est vita; sed principium vitæ, sicut vnitas non est numerus, sed principium numeri, sic opera moralia sine fide mortua sunt, sequitur ex eodem capite principium, & causa, nam si fides est initium iustificationis, & vt inquit Paulus, est substantia rerum sperandarum, rectè sequitur quòd sine fide, quæ non est ex nobis, sed donum Dei, impossibile est placere Deo, sine fide non est initium vitæ, ergo non vita; principium, non finis, non ianua, ergo non est ingressus in domum Domini; ideo sine fide, non domestici Dei, sed semper peregrini, & aduenæ. Habere autem fidem sine operibus, est habere principium sine fine, & consummatione; ideo etiam fides sine operibus mortua est, sic nec caput viuit sine corpore: nec corpus sine capite, aliud ergo est dicere, fides sine operibus mortua est, iuxta Iacob, aliud quòd opera sine fide mortua sint: in primo delinquunt Christiani, in vltimo deliquit Socrates, & plures alij, si forsam per aliquod tempus, sine delicto, circa moralia rectè se habuerunt; nam iustus ex fide vi-

uit, ad Galat. 3. quæ verba desumpta sunt ex Abacuch 2. vbi inquit, iustus in fide sua viuet, Legendus est Hieron. ad Gal. 5. in illa verba, fides quę per charitatem operatur.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: nullibi expressius habentur nomina personarum, quàm in hoc loco, in testamento veteri nullibi expressius haberi existimo quàm Isai. 63. vbi dicitur. Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sancti sui, vbi 70. Spiritum sanctum suum, clarè Psalm. 50. Spiritum sanctum tuum nè auferas à me. De patre dicitur statim. Tu pater noster es, Abraham nesciuit nos. De filio clarè in principio, qui est iste qui venit de Edom, clarius, cap. 53. quod est nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti. Superat Dauid Philistæum, sed in nomine Domini, dedit Deus pater cuncta homini Christo, sed conferre baptismum in nomine Trinitatis (nec contentiosè nego fuisse collatum in nomine Christi) Plurimæ sunt baptismi figurę de quo videndus est Hieronym. lib. 2. epistolarum, epistola quę est ad Oceanum, vbi innumeras adducit figuras dicens. Sic rudis mundus, nec dum sole rutilante: nec pallente Luna, nec astris micantibus, incompositam, & inuisibilem materiam, abyssorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat solus Spiritus Dei, in aurigę modum super aquas ferebatur, & nascentem mundum in figura baptismi parturiebat. 2. figura, plantatur Paradisus in Edem, & vnus fons in quatuor principia diuiditur, id est sicut aqua illa totum mundum irrigabat, & abluebat, sic baptismus. 3. Peccat mundus, & sine aquarum diluuio non purgatur, sic non purgatur originale sine aqua, statímque columba Spiritus sancti, expulso aliter teterrimo, ita ad Noë, quasi ad Christum in Iordane deuolat, & ramo refectionis, ac luminis pacem orbi annuntiat, vide 1. Petri. Legendus est August. contra Faustum Manichæum, cap. 144. figura, Hieron. Pharao cum exercitu suo, uolens populum Dei permit-

Baptismi figura.

tere exire de Ægypto, in typo baptismatis, id est, sicut Israëlitæ euaserunt liberi, Ægyptijs suffocatis, sic nos liberamur per baptismum vbi sepeliuntur, & suffocatur peccata. Legendus est Cyprian. libr. 4. Epistolarum, Epistola 35. Rebecca inuenitur ad puteum, Moyses filias Sacerdotis Madiam aperto puteo ab iniuria vindicat. Præcursor Domini in aquis Christo populum parat. Micheas de Baptismi gratia vaticinatur. [Ipse aperte, & miserebitur nostri, demerget iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris.] Lege innumeras authoritates serm. 6. Ipse Saluator in lege noua, in baptismo sanctificatis aquis Regnum Cœlorum incipit prædicare. Primum signum ex aquis facit. Samaritana vocatur ad puteum, sitiens inuitatur ad potum, Nicodemo dicit occultè. Nisi quis renatus fuerit. Latus Christi percutitur lancea, & baptismi atque martyrij sacramenta funduntur. Hæc Hieronymus;

Docete eos seruare.

Primò dixit docete omnes gentes, baptizantes. Nunc inquit, docete eos seruare, vt ostenderet quòd prius debebant docere credenda, postea dicendo, Docete eos seruare, ostenditur fidem sine operibus mortuam esse. Iuxta quod Cant. 4. dicitur. Dentes tui sicut greges tonsarum, id est prædicatores quorum est masticare cibum paruulis. Origenes in Psal. 38. hom. 2. inquit. Conuertamur ergo nos ab omnibus iniquitatibus nostris, nè deprehendens in nobis diabolus maculas peccatorum dicat; Ecce hic Christianus signo Crucis signabatur, mihi & operibus meis renũtiauit in baptismo, meis rursus operibus se inseruit, meisque legibus paruit. De baptismo, & operibus simul est locus Isai. c. 1. qui postquam dixit; Lauamini, mundi estote, subiungit. Auferte malum cogitationum vestrarum, vbi manifestè loquitur de operibus requisitis cum baptismo. Prima Petri 3. Postquam Petrus loquitur de baptismo, inquit; Non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ inter-

rogatio in Deum per Resurrectionem Iesu Christi, id est baptismus sine operibus adultum non saluat, sed baptismus cum bona conscientia. Nam fides sine operibus mortua est.

Nec contra hoc est illud, ad Galath. 3. Iustus ex fide viuit, nam vt inquit Hieronym. non dixit. Homo aut vir, nè occasionem tribueret ad virtutem contemnendam, sed dixit. Iustus ex fide viuit, ac si dixisset Hieronymus, si dixisset homo, aut vir ex fide viuit, forsam colligi posset, hominem iustificari per fidem, cum autem dicatur; Iustus ex fide viuit. Iam præter fidem requiritur iustitia, id est charitas cum omnibus virtutibus, ideo non solùm ex alijs locis nempe 1. Corinth. 13. vbi dicitur, charitatem autem non habuero nihil sum, sed ex hacmet authoritate, conuinci possunt hæretici dicentes, fidem solam sufficere ad salutem, nam hic expressè dicitur, iustus ex fide viuit, ergo ad hoc quòd habet vitam aliquis ex fide, requiritur quòd simul cum fide habeat iustitiam, & rectitudinem. Insuper, quòd rectitudo sine fide non sufficit, ergo requiritur vtrunque quorum primum est fides, nam quemadmodum anima non infunditur, nec creatur, nisi præsuppositio corpore organico, sic charitas non infunditur, nisi suppositia fide, quæ fides quia initium est, & fundamentum, quod præsupponitur charitati, quæ est vita, iustè illi tribuitur initium iustificationis, & vitæ, habet enim se sicut corpus quod viuificat anima; Quemadmodum autem corpus ante infusionem animæ non viuit, ita fides ante charitatem, & quemadmodum post infusionem separata anima manet mortuum, ita fides viuificata quondam charitate, manet mortua, separata charitate, & quemadmodum anima potest, & habet esse corrupto corpore, imò si annihilaretur, ita charitas in patria manebit sine fide, & spe quæ cessabunt, & corrumpentur iuxta illud, ad Roma. 8. Quod quis videt quid spe-

rat? Eluceſcit hinc locus, Iacob.2.ad finem; Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. In charitate ergo radicati, & fundati Deo ſeruiamus. Si fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, quomodo non radicamur in fide, ſed in charitate? Dico quòd cum inundant aquę, & pontes minantur ruinam, prætores, & qui gubernant Ciuitatem, arenam, plumbum, & ferrum ſuperimponunt, vt firmentur, ſic ſe habet charitas reſpectu fidei, firmat enim illam ſicut corpus, quod recipit animam, & tamen anima firmat corpus, nam ſi auferat Deus Spiritum, ſeu ſpiraculum vitę, ſtatim in puluerem ſuum reuertitur: dum habet animā ſtat, mouetur, habet robur, graditur hac, atque illac, ſeparata anima graue reditur, & ſtatim cadit. Charitas ergo fidem firmat, radicemur in charitate, vt poſtea conſequamur gloriam, quam mihi, & vobis præſtet iuſtus iudex. Amen.

Simile.

IN FESTO EVCHARISTIÆ,

Expoſitio Euangelij.

Caro mea verè eſt cibus, &c. Ioan. 6.

Expoſitio litera.

IN hoc Sacroſancto Euangelio, vna eſt breuis propoſitio, magna aſſeueratione prolata, omnium quę Chriſtus Dominus antea dixerat ſumma, [Caro mea verè eſt cibus,] Id eſt caro mea verè ſub accidētibus continetur, & in cibum datur, & ſumitur, abſque aliqua metaphora, & ſimilitudine, ſed verè, realiter, & propriè datur, & guſtatur, & animam ſaluat. Videndus eſt Chryſo. hom.46. in Ioan. Auguſt.tract.26.in Ioan.vbi inquit. Cum cibo, & potu id appetant homines, vt nec eſuriant nec ſitiant, hoc verè,

verè, non præstat, nisi cibus & potus. Id est quod hic continetur verè saluat, & dat vitam, quam non dat cibus quem quotidie sumimus. Ad vsum, & sumptionẽ, desideratissimus à Christo. Hoc est, quod inquit. [In me manet, & ego in eo.] Id est ad vnitatem meam trahitur. Suadetur iste effectus ab alia vnione, & simili effectu; Sicut misit me viuens Pater, & Ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me. Id est sicut ego homo à Patre missus ab eo habeo viuere: Sic qui me manducauerit, ex me quem in cibum sumit vitam habebit. Id est viuet à me reformatus, Ita Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 8. Hoc est illum manducare, in illo manere, inquit Aug. Nam in quo non manet Christus proculdubio non mãducat spiritualiter. Quia missio dicit respectum ad emanationem, & processionem ad intra, sensus est. Sicut viuere patris non fuit contẽtum in Patre, sed mihi communicatum, sic qui manducat me, accipiet vitam à me, quia caro mea est vita dans vitam, & quadã similitudine illius vnionis q; qua Ego sum vnum cũ Patre, manducans me, erit vnũ mecum. De hac vnitate loquitur Christus cum inquit, [Vt sint vnũ sicut & nos,] Id est sicut nos per naturam, ipsi per affectum, & dilectionem, Qui adhæret Deo vnus spiritus est cũ eo. Hunc sensum habet Aug. tract. 26. in Ioan. ad finem.

Ex hoc effectu sequitur, quod iste panis excedit pãnem, & manna Moysi, de quo gloriabantur Iudæi, hoc est quod dicit. [Hic est panis,] Hoc corrolarium probatur ab effectu prædicto. Quia vnimur Christo; Insuper ab alio, quia qui manducat hunc panem viuet in æternum; Cum hoc non præstaret manna sequitur quòd hic panis est maior. Circa hoc mysterium adnotandum breuiter, quod dicitur communio, quia per illud coadunamur Christo, Viaticum quia viam præparat. Dicitur Eucharistia, id est bona gratia; Quia maxima gratia est quod donetur nobis in via, & gratiarum actio est pro beneficijs, & gratijs à Deo acceptis, & Christus qui

Anno. circa hoc mysterium.

est plenus gratia hic continetur.

1.Prop. Huius Sacramenti materia, est panis triticeus, Notum
Materia huius sacramenti. est omnibus. Debet esse azimus, quia in hoc Christus consecrauit, vt latè contra Græcos Latini disputant.
2.Prop. Conficiens in fermentato peccaret mortaliter: verè tamen conficeret.
3.Prop. Secundò; Facta consecratione accidẽtia manent sine subiecto, nam quantitas non inhæret
4.Prop. Christo Domino.
5.Prop. Tertiò; habent eandem actionem quam haberent, si ibi esset panis; Nam quantitas occupat locum, Sapor delectat gustum. Quartò, Ex accidentibus generatur sanguis, ac si ibi esset panis.

6.Prop. Ista propositio, panis est corpus Christi est neganda, quia facta cõsecratione, non manet ibi panis, sed solum accidentia sub quibus est corpus. Ista non est concedẽda.
7.Prop. Panis erit corpus Christi, quia nunquam erit vera ista panis est corpus Christi, & cum dixit Saluator. [Panis quem ego dabo caro mea est prõ mundi vita,] Intelligitur quòd sub accidentibus panis, est caro Christi: quia enim ex costa Adæ formata fuit Eua, dixit Adam Gen. 2. [Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea] Sic Exod. 7. quia virga Aaaron versa est in colubrum, dicitur; Quòd deuorauit virgas aliorum quę versæ erant in dracones. Sic Paul. 1. ad Corint. 10. Panis quem frangimus nonne participatio corporis Christi est? Hoc autem non sufficit, vt ipse panis in se dicatur corpus Christi. Notandum quoque est, quòd figura sumitur pro figurato, 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus,
8.Prop. hoc pacto dicitur leo, Agnus Paschalis, &c. Istæ sunt concedendæ. De pane fit corpus Christi. Ex pane fit corpus Christi. Panis transit in corpus Christi. Conuertitur in corpus Christi, quia verè transsubstantiatur in corpus Christi, ideo illæ propositiones vbi significatur corpus Christi, vt terminus huius mutationis, & transsubstantialitatis veræ sunt. Idem dicendum est de vino, quod est materia, ad conficiendum sanguinem Christi, vino necessariò est miscenda aqua naturalis, &

peccaret mortaliter qui conficeret sine aqua: verè tamē conficeret, & ibi esset sanguis.

Notanda est differentia inter hoc Sacramentum, & alia Sacramenta, cætera Sacramenta non habent esse in facto esse, sed solum in fieri, vt cum quis actualiter baptizatur aut absoluitur, vel vngitur: Hoc sacramentum habet esse, in facto esse. Post verba consecrationis manet Christus sub illis accidentibus, quandiu accidentia durant.

Hoc Sacramentum, non solùm est Sacramentum, sed sacrificium. Sacramentum in quantum confert inuisibilem gratiam, sicut cætera Sacramenta, sacrificium in quantum modo incruento offertur Deo, & representatur ibi Passio Christi, qui modo cruento obtulit se semel hostiam Deo. Ideo de ratione Missæ, est quod panis consecretur, & Deo Patri offeratur, & quòd postea sacerdos sumat in cibum. Cætera quæ in Missa habentur sunt de institutione Ecclesiæ.

IN F. CORPORIS CHRISTI.

SERMO PRIMVS.

De institutione Corporis Christi. Hoc est corpus meum.

HOdie inquit Hieronym. populus egredi iubetur de Ægypto, hodie Agnus Dei qui tollit peccata mundi iugulatur. Hodie sanguine illius postes domorum, id est frontes nostræ depinguntur. Hodie peractis cunctis, quæ de Christo Domino Prophetæ fuerant locuti, finem legalibus cæremonijs impositurus, verus Agnus qui abstulit peccata mundi, verè Pascha nostrum atque lætitia, Pascha sibi parari fecit, & ea quæ solennitas legis exigebat, puta agnum *Hom. 2. ser. in vig. Paschæ.*

assum, panes azimos, lactucasq; agrestes: tunc cœna facta (à qua Iudam excludere nouit) agnóq; consumpto, quem antiqua proponebat traditio, atque lex præcipiebat, Volens suæ potestatis, & amoris manifesta, ac patentissima ostendere inditia, inconsumptibilem cibum, sub corporalis substantiæ specie velatum, & absconditum, omnibus alijs cibis longè diuersum, ac conditione præstantissimum, charissimis discipulis suis gustandum, & comedendum, mortis suæ commemoratione præmissa, proprijs tradidit manibus dicens: [Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.] Tradetur in pretium, & hostiam, pro peccatis, trado nunc in cibum, vitiorum medicamen atque virtutum fomētum. Cætera, dominatione, & imperio sunt mea, quia à me facta; Hoc quod vobis trado verè per naturam est meū. Pulchra atque ingentia Dominus Christus discipulis suis dederat dona, sed nè si seipsum negasset, cor discipulorum ingemiscens, ipsius præsentiam postulasset
Exod.33. cum Moyse, qui dicebat. Nisi tu ipse præcedas nos, salutarè hoc instituit Sacramentum, cum corpus ad redēptionem nostram assumptum ab oculis, & conspectu Discipulorum erat ablaturus, & ad Patrem ex hoc mūdo transiturus, vt Spiritum sanctum mitteret, atq; locum in æterna requie pararet. Tunc vmbræ transierunt in veritatem, & veritas successit figuris, abijt vmbra veritas, quod per vinum, & panem Melchisedec, quod per agnum Paschalem, quod per manna minutissimum, antiquis patribus in alimētum concessum, figurabatur, & in se non apparebat in publicū hodierna nocte in qua tradebatur prodiuit. Ingrediens Iesus templum mensas vendentium columbas ad sacrificandum Domino (vt docet Aug. Tract. 10. in Ioan.) subuertit. Nunc mēsam panum propositionum, altare incensi, & omne sacrificium subuertit. Omnis controuersia inter Moysem, & Pharaonem, omnis filiorum Israël labor, captiuitas atq; tributum, Iesu Agni Paschalis, finem habuit: hoc sacro

conuiuio in quo fit memoria Passionis Christi, omnis figura, omne dæmonis dominium atque tributum, finem, & terminum habuit, *Tuuo fin y quito, todo cuenta se remato.* Cætera sacrificia immunda erant: incensum Deo erat abominatio: calendas, ac solennitates antiquas odiuit Deus Isai. 1. Nunc sacrificium mundum vbique Deo offertur. In omni loco hoc solùm placet, cætera cessare fecit. Noua fuit lex, nouus mundo venit Saluator, ac Sacerdos, nouum debuit esse sacerdotium, ac sacrificiũ. Omnia in melius sunt commutata cunctáque antiqua abolita, *no quiere Dios vejezes.* *Isa. 2.* *Malach.*

Cum Ioseph dimisit fratres suos, dedit eis cibaria, vt possent abire, sic Dominus Iesus relinquens fratres suos, cum iam ab eis discederet, amorem antiqui Patriarchæ superans, non cibum qui perit, sed cibum qui non perit eis reliquit, cum periculum tristitiæ imminebat, cum persecutio in foribus aderat, cum occasio scandali instabat, cum cor inimicorum ira accendebatur, ac furia, & odio in magistrum sæuiebat, cum accendebantur lucernæ, cum parabantur laternæ, cum construebãtur cohortes vt ipsum Iesum comprehenderent, cum omni exteriori solatio destituendi erant. Tunc destitutis, Sacramento roboris, ac recreationis instituit. Melchisedech Abrahæ fatigato, ac de prælio reuertenti dat panem, vt resumptis viribus posset Domino Deo vota sua soluere: sic animatus non antea, Sacerdoti Dei decimas dedit, sic lassato populo, ac in deserto commoranti vires tribuit, sic antea robur, & fortitudinem, vt ex Ægypto egredi auderent, Agnus ille typicus dedit, sic Eliæ panis subcineritius datus est, quando fugiebat à facie Iezabelis, Iud. 7. dicebátque fratri suo. Videbatur mihi quasi subcineritius panis ex hordeo volui & in castra Madiam descendere, cûmque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Respondit, is cui loquebatur. Non est hoc aliud nisi gladius Ge- *Gen. 22.* *Gen.* *Exod.* *Cibus confortans.*

deonis filij Ioas viri Israelitæ; Iste panis est fortitudo, & gladius contra inimicos, hunc dedit Dominus Discipulis suis tempore mœroris, & tristitiæ, vt superarent omnes inimicos, sicut antiquitus Iudæ Machabæo Hierem. gladium dedit. Hierem. cap. 37. Existens in lacu pane roboratur. Danieli tempore quo erat in lacu leonis, Abachuc ministerio, panis administratur, postea de lacu educitur. O verè adiutor in tribulationibus. Sicut abundant passiones, sic & consolatio nostra, inquit Paulus. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quando mœrore confici possent, cibum recreationis dedit. O verè Emanuel nobiscum Deus, nobiscum adiutor. En populus sapiens, & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut adest nobis Deus noster. Deum tuum timebis (dicebat Moyses) addens, causam inquit. Ipse est laus tua. Quæ maior laus quàm instituisse hoc Sacramentum, & nobis illum in cibum dedisse?

Deut. 4.

Paulus gloriabatur cum dicebat; Nos habemus Altare de quo non habent potestatem edere qui tabernaculo deseruiunt, *glorieſe Israel con los antiguos ſacrificios alcenſe con ellos.* Nos habemus Altare (continens pro contento) *aca ſenos queda Chriſto*, de quo edere non licet illis, qui altari seruiũt. Religione ab eo secernimur, etiam sacrificio ab Israël separamur. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra, id est, ne miremini, quòd qui seruiunt altari non liceat hunc cibum gustare, nam hoc significatum est Leuit. 16. vbi Dominus præcipiebat offerri sibi vitulum, & hircum pro peccato semel in anno, quorum sanguine aspergebatur, & expiabatur sanctuarium; carnes verò comburebantur extra castra, & nullus eas comedebat. In quo significatum est quod Christus erat passurus

Paul ad Hebr. 13.

extra Hierusalem, & eius sanguine erat mundandum genus humanum, & quod eius carnem non erant esuri sacerdotes antiquæ legis deseruientes altari, id est perseuerantes in lege Moysi: Sicut enim antiquitus mercenarij excludebantur ab esu agni, sic nunc Israëlitæ qui filii mercenarij facti sunt; Hunc Deum nostrum laudemus fratres, quia maior omni laude. Laudemus illum exemplo patrum, qui acceptis beneficijs altaria erigebant, & omnium rerum domino sacrificia in gratiarum actionem offerebant.

In hoc sanctissimo sacramento, suam Christus omnipotentem virtutem manifestat, quia secreta virtute per verba Sacerdotis, ab accidentibus panis substantiam separat, & in suum corpus mutat, atque transsubstantiat, quod nulla pura creatura facere valet. Nouum opus hoc ex opere illo antiquo creationis omnium primo, patres antiqui suadent; Nam si ad nutum Dei omnia facta sunt, cum nihil erat, ergo nunc diuina virtute bene potest ex pane fieri corpus Christi. Nam minoris videtur esse virtutis iam conditum in aliud commutare, quàm de nihilo aliquid facere. Hac ratione vtitur Hieronymus tomo 2. sermone de Eucharistia, Ambros. libr. 4. de sacramentis. cap. 4. Chrysostom. Matth. 26. vbi explicans illa verba, [Hoc est corpus meum,] inquit. Sicut illa vox, [crescite & multiplicamini,] semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum, ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ vsque ad hodiernum diem præstat sacrificio firmitatem. Ad idem Damasc. libr. 4. cap. 14. vbi inquit. Si tantum valuit sermo Eliæ vt ignem de Cœlo deponeret, non valebit Christi sermo vt species mutet elementorum? Ad hoc adducitur illud Moysi, cum virga in colubrum, & coluber in virgã fuit cõuersus, *hazia della Dios lo que quiera, es lo que Dios quere*, sic panis transsubstantiatur in corpus Christi. Ad verba Iosue stetit sol, longe maius quod

Damas. fidei orthodoxæ.

Exod.

ad verba sacerdotis sit, & stet Christus sub speciebus panis, quas manibus tenet sacerdos. Ad hoc mirabile suadẽdum, non solùm à longè figuras præmisit, vt cum fieret credereturꝰ sed è propinquo huic cœnæ proximus Lasarum à mortuis suscitauit. Ad hoc suadendum, non vacans mysterio præmisit Euangelista dicens. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Et antequam de hoc mysterio loqueretur satiauit quinque millia hominum de quinque panibus.

Admirabilis quoque hic relucet sapientia de qua dicitur Eccles. 1. quòd Deus effudit illam super omnia opera sua, id est, in primo, & vltimo opere suo (consequenter in omni) sapientia relucet, *no es Dios como humano oficial que casandose no puede al fin lo que al principio*, hæc sapientia hic relucet, nam iuxta conditionem humanæ naturæ sub visibili signo seipsum inuisibiliter posuit. Si incorporeus esses, inquit Chrysost. nuda, & incorporea tibi dedisset ipse dona, sed quoniam anima corpori conserta est, insensibilibus, intelligibilia tibi præbet. Secundò relucet sapientia in hoc, quòd ad finem quando iam Petrus Matth. 16. in persona omnium Apostolorum Christum confessus fuerat, hoc sacramẽtum instituit, nam forsam in fide succumberet sicut alij, si antea instituisset. Habuit se Christus in instituendo hoc sacramentum, sicut verus magister, qui videns discipulos in scientia proficere, maiora, & difficiliora dubia proponit: sic concionator prudenter se habere debet in docendo. Vbi non auditus, id est fides, nullo modo debet effundere sermonem, quia est sanctum canibus dare, margaritas porcis porrigere. Vbi fides & rusticitas non loquatur subtilia, Paulus Athenienſibus dicebat. Vt quidá vestrum Poëtarum dixerunt. Postquam ergo crediderũt sub humana natura esse Deum, proposuit quod sub hostia erat Deus homo. Magna quoque hic relucet sapientia, nam adinuenit modum, vt simul adesset, & abesset. Ad dexteram patris, habens consess-

Chry. tom. 5. ho 63 ad populum.

Simile.

sum, nobiscum voluit manere, vt postmodum cruentum semel in Cruce, modò incruento quotidie Deo patri offerretur; & iuge apud nos esset sacrificium atque perēnis oblatio ad Patrem placandum, Nè domus nostra, & Ecclesia (quam iuxta Oseam sibi Christus desponsauit in æternum Synagogę similis, maneret deserta & vmbraculum in vinea, & sicut tugurium cucumerario, sine sacrificio, sine Sacerdote, qui ex hominibus pontifex assumptus, pro hominibus constituitur, in his quæ sunt apud Deum, vt offerat dona & sacrificia, pro frequentia criminum, quæ humana fragilitate, diabolica nonnunquam malitia committamus. Quod aliud salutare, & acceptum poterat esse sacrificium, pro committendis delictis? Nisi quod pro cōmissis, in vmbris, & patrum sacrificijs, ab origine mundi fuerat figuratum, & diuinæ voluntati misericorditer semper acceptum? Vt ergo perpetua esset redemptionis oblatio, & perennis illa victima, in memoria nostra fixa semper viueret perpetuóq; maneret, hoc sacramentum instituit, vt abeundo abiret, simulq; manendo maneret, absens simul, & præsens; præsens verè secundùm substantiam modo sacramentali, absens in propria specie oculis nostris minimè conspicuus. In signum huius Leuit. 1. Caput turturis, siue columbæ retorquebatur ad collum, & non secabatur, nec à corpore diuidebatur, ita sacerdos eam Ad altare offerebat, sic Christus caput nostrum, cum suo semper corpore, quod est Ecclesia manet. Accepi ex Gregorio. Quis hoc fecit nisi amor? Amor voluit, sapientia modum adinuenit, potētia executa est, & opere compleuit. Potentia; sapientia, & amor conuenerunt in vnum, initoq; cōsilio amor dixit. Volo discedere simúlq; manere. Sapientia adinuenit modum quo hoc fieri posset, potentia sapientiæ decretum opere compleuit *fue su executor*, O prodigium! O mirabile! Amare', & sapare non nisi Deo conceditur, inquit Seneca, *amar con cordara proprio es de Dios*,

Oseæ.

Ex Grego. 16. lib. 3. in Iob. 13.

cæteri nesciunt habere modum, & sapientiam cum amant, vtrumque in Deo inuenitur. Quid prodest sapientia superandi inimicum, si potentia non adest? Quid potentia potentissimorum sine sapientia? Hispanè dicimus, *mas quiere magna que fuorca*, Quid pauperi diuitis potentia prodest, si deest amor? Quid prodest amor alterius pauperis, qui non potest isti subuenire? Omnia simul requiruntur, omnia simul conuenerunt, sicut in Incarnatione, quia idem Dominus. Quid amplius potest homo desiderare, quando non potest isti amplius dari? Datur in vno quoq, genere vnum quod omnia illius generis superat, in genere lucidorum datur sol splendidissimus, in genere colorum albedo præstantissima, inter animalia, homo est omnium nobilissimũ, inter omnia sacraméta hoc quidẽ est præstantissimum.

Aug. to. 9. lib. de spec. c. 11. Reliqua alia sacramenta, quæ in Ecclesia tenentur, inquit Augustus. stupenda sunt, & veneranda: sed istud tuũ Domine Sacramentum præcellit vniuersa. Sacramentum matrimonij magnum, dicitur Ephes. 5. quia significat coniunctionem Christi, cum Ecclesia. Sacramentum confirmationis magnum est propter ministrum qui est Episcopus. A fortiori hoc sacramentum [illegible]us est, quia hic Dominus ipse continetur. O sacra- *S. Tho.* [illegible]entum institutum ad erudiendum, & suspendendum intellectum, qui noua hic considerat, quę omnem humanam, & angelicam superant facultatem. O sacramentum institutum ad voluntatem per spem eleuandam, quia futuræ gloriæ nobis hic pignus datur. O sacramentum ad charitatem inflãmãdam, dum ex amore tantum hoc Sacramentum nobis datur. O sacramentum institutum ad concupiscentiã nostram frenãdam, & ipsum cor delectandum, vt viam mandatorum Dei prompto animo decurrat. Quis dignè talem, ac tantum poterit laudare datorem? Pro beneficijs humano generi collatis, gratiarum actionem semper exegit Deus, ideo cum primum carnem sumpsit Ioan-

nes in vtero matris reclusus gratias egit. Pro tanto beneficio cum in Bethleem natus est Angeli de cœlo laudes domino decantant, & pastores, ac reges vocantur, qui tanto domino pro singulari, ac tam expectato beneficio gratias agant. Pendens in cruce iuxta se matrem suam dilectissimam habebat, & non parum fuit quod bonus latro eius innocentiam publicè confessus est. Nunc ipsemet pro hoc singulari beneficio gratias agit, ipse panem benedixit ac fregit, atque discipulis suis dedit. Quas ergo gratias mortalis infirmitas pro tot beneficijs reddet? Impares sunt omnes nostræ gratiarum actiones pro hoc tam singulari beneficio.

Consideremus fratres quam suauiter Deus cuncta disponat. *Anadie haze Dios fuerca ne violencia*, Vocans Petrum piscatorem, piscatorem hominum facturum promisit *mejorcloen officio*, Magos qui scientia stellarū pollebant, medio stellę ministerio perduxit. Matthęum fecit Euangelistam, officium teleonarij cōmutauit in melius. Auaris qui cōgregant thesaurum in terris dicit, Thesaurizate in cœlis vbi thesauri non veterascunt. Vnumquēq; suauiter trahit. Cū nos natura corporei essemus, sub corporeis speciebus videndū & gustandum se nobis præbuit. Antiquis Patribus sub vmbris & figuris apparuit. Abraham tres vidēs vnum adorauit. Iacob videns scalam exclamauit & dixit. Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, Genes. 31. Vidi Dominum facie ad faciem & salua facta est anima mea, Isa. 6. vidit illum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Ezechiel. ca. 2. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini. Apostolis sub humana natura apparuit. Nobis sub accidentibus, sic mente credendo videbimus ipsum Dominum ad nos venire, aut à nobis recedere. Vtraque ergo potentia corporalis, & spiritualis in suo oblectatur creatore. O diuitiæ diuinæ bonitatis. O imago cœlestis beatitudinis. Videbi-

Simile.

mus tunc clarè facie ad faciem, quia lumen clarum est, Nunc lumine obscuro occultatum, & absconditum sub speciebus, & accidentibus videmus, vt accendatur in nobis desiderium videndi illum sicuti est, sicut cum mater proprio filio aliquid ostendit occultum, promittens ostendere & dare, si faciat quod præcipit, Sic Dominus ad oculum ostendit occultum, promittens, si eius obediamus mandatis ostendere manifestè.

Huius sacramenti institutio omnium mirabilium beneficiorum Dei est commemoratio, dicente Propheta. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus escam dedit timentibus se. In mundi exordio ex nihilo omnia fecit. Grande mirabile mundi machinam infinita virtute condere, hominem ex limo terræ plasmauit. In homine animam ex nihilo fecit, ibi continetur omnipotentia, quæ in alijs operibus, insuper quasi in quodam memoriali omnia in homine continentur, *Es cifra y epitome de todo lo criado*, Cum carnem sumpsit nouum sub sole nouum fecit, sicut in homine spiritus, & caro, sic verbum caro factum est. Sicut formato homine ex homine mirabiliter formata est mulier, sic in incarnatione ex muliere mirabiliter factus est Deus homo. Incarnatio filij Dei fuit Arrabo omnium aliorum beneficiorum Dei: nam illum dedit ad mortem, & inde arguit Paulus dicens. Si proprio filio suo non pepercit, quomodo non omnia nobis cum illo donauit? Mirabile fuit quòd Deus populo commoranti in deserto panem de cœlo dedit, & coturnices misit, hic apparet Dei omnipotentia vt diximus. Si homo ex limo, hic ex pane fit corpus Christi. Si in creatione sub corpore ex limo formato est anima, ex incarnatione sub humana natura Verbum, Hic sub hostia Deus homo. Si misericordia magna fuit pro nobis pati & mori, hîc huius beneficij est commemoratio vt canit Ecclesia.

Hoc sacramẽtum & mysterium incarnationis comprantur.

O sacrum conuiuium, in Euangelio. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Si in incarnatione Deus & homo vnus est Christus, hîc panis accidentia, & Christus vnum sunt sacramentum. Nam nec Christus per se est sacramentum, nec panis per se, sed vtrunque quadam vnitate, & qui dignè sumit fit vnum cum Christo dicente Saluatore, [in me manet & ego in eo,] Amplius, Deus vbique est. Hoc licet imperfectè repræsentatur in anima quæ est tota in toto corpore & tota in qualibet parte. Sic Christus est *Simile.* in tota hostia, & totus in qualibet parte, sicut si frangatur speculum, in qualibet parte speculi etiam minima apparet vultus considerantis se in illo, sic Christus est in qualibet parte hostiæ cum frangitur & est in pluribus locis vbicunque hostia inuenitur consecrata. Ad hæc mirabilia consequuntur, quod fracta hostia, non frãgitur Christus. Omnino ergo mirabile est quòd panis transit in corpus Christi. Omnino mirabile, nouum est, nunquam visum, quòd accidentia maneant sine subiecto, sicut humana natura sine personalitate sua. *Psal. 103.* Bene Propheta regiæ dignitatis. Quàm magnificata sunt omnia opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Breuiter sic tanquam magnus fecisti magna, tanquam potens ex nihilo cuncta, cum magnus sis & magna feceris magnificẽtissimè omnia prospicis, cuncta prouidè paras & præparas. Animalibus quorum non est numerus mensam omni alimentorũ genere refertã præparasti tã in mari, quàm in terra, nec aliter viuere possunt, quia sicut à te cuncta, sic à te omnia expectant. Hoc opus mirabile est, ac stupẽdum fratres, quòd hominibus hunc cibum, hanc escam præparauerit, ô quot in hoc sacramento mirabili stupenda mirabilia relucent! Amemus fratres, tam magnum, tam pium principem, qui in vno mirabili tot fecit contineri magnalia. Qui multa computat breue quoddam summariũ ponit in margine, sic in

fine vitę ſuę hoc ſummarium & memoriale omniũ ſuorum mirabiliũ Dominus fecit. In Deuteronomio omnium beneficiorum Dei mentionem Moyſes fecit, ſic Chriſtus in hoc ſacramento: Cygnus in fine dulcius vt dicunt decantat, propter ſanguinis ſui feruorem, ſic intenſus amor Chriſti ſeipſum in fine cõmunicare fecit. Oſtendit diuitias ſuæ bonitatis, *ſaco los doblones de dos caras lo meior y mas ricos.* Ad quid hoc fecit? Vt memoria eius in nobis ſemper maneret. Ecc. 26. Difficile exuitur negotians à negligentia. Mundum erant peragraturi Apoſtoli, nos etiam in hoc mundo quaſi negotiatores peregrinamur, difficile eſt omnium beneficiorum Dei habere memoriam: memoria breuitate gaudet: igitur conuenienter memoriam fecit omnium mirabiliũ inſtituendo hoc ſacramentũ, vt eſſet memoriale omnium beneficiorum Dei. Exod. 16. Iuſſit ſeruari manna vt generationes venturæ panẽ quo eos Dominus aluit in ſolitudine viderent. Ioſue 12. Filij Rhuben & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe, cum medio Iordane à cæteris fratribus eſſent diuiſi, altare erexerunt non animo præuaricationis ſeu idololatriæ (extra Hieruſalem ſacrificia offerre non licebat, Synagogę ad libros legis audiẽdum erant) ſacrificando: ſed in teſtimonium & memoriam quod erant de populo Dei. Sap. 18. In veſte enim poderis quã habebat ſummus ſacerdos totus erat mundus, vt memores eſſent Deum totius mundi autorem eſſe. Hieron. ſuper illud 1. ad Cor. 11. [in mei memoriã facietis,] inquit. Ideo ſaluator hoc tradidit ſacramentũ, vt per hoc ſemper commemoremus, quia corpus & ſanguis eſt Chriſti, qui pro nobis eſt mortuus, ideo cum accipiemus à ſacerdotibus recordemur, quia corpus & ſanguis eſt Chriſti. Beneficijs eius non exiſtamus ingrati. Poſtquã ſponſus dixit adſponſam, [Sub arbore malo ſuſcitaui te,] ideſt in cruce, vt vult Nicolaus (ſub arbore peccauit Adã) dixit. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, *træmo*

Cant. 8.

como nomina y ioyel super eor vbi reponuntur magis dilecta,[super brachium,] vt semper videar & nunquam è conspectu tuo discedã. Sponsa Ecclesia semper celebrat in memoriam huius beneficij, Sacerdos ante consecrationẽ cõmemorat verba Christi,dicens,[hæc quotiescunq; feceritis] & iterũ, (vnde & memores Domine.) O populc stulte hæccine reddis Domino Deo tuo pro beneficijs acceptis? Populus ad idololatriã surrexit, ad saturitatem ventris sedit. O populc stulte, *ansi pagas a Dios este es el agradescimiento*, 2. Paral. 24. Vituperetur ingratitudo regis Ioas, quia non est recordatus misericordię quã secum fecerat Ioiada sacerdos, subtrahens eũ ab internitione quæ exercebatur ab Athalia, 4. Reg. 11. è contra Dauid 2. Reg. memoriam habuit Ionathæ & misericordiam fecit cum Miphiboseth, claudo filio Ionathæ, quem inuitauit ad mensam suam. Paul. Rom. 1. Memoriam vestri facio semper, idem ad Phil. 1. O fratres quam dignum est Dei magnalia admirari, Nam sic opificis artem, potentiam atq; sapientiam veneramur, quia quadam animi submissione & recognitione similia facere non posse fatemur. Sed melius est admirando amare. Cum accedimus ad domum mercatoris vbi variæ sunt gemmæ pretiosæ non solum admiramur, sed amamus illa possidere. Rachel Genes. 30. & mandragoras vidit ac videns concupiuit. Vtinã omnium morientium Mater videret arborem & nõ concupisceret fructum eius. Ve omnis qui admirabantur magnificum se habere templum, templi vero autorẽ ostendebant quẽ ad extremũ crucifixerunt. Memoriã dilecti habere quẽdã annexum habet amorẽ. Diligebat & memorabatur spõsa cũ dicebat. [Dilectus meus mihi, & ego illi, inter vbera mea cõmorabitur.] Dei beneficia cõmemoremus fratres, commemorando admiremur, admirãdo autem autorẽ Deum diligamus. Hoc vltimum noster finis esse debet. In hac vita, hic panis trãsit in Corpus Christi, sic transeamus & trãsformemur in amorẽ Christi: hoc

Simile.

enim singularis amoris effectus est? Accidentia manent sine subiecto, quæ antea inhærebant subiecto: sic homo qui antea caducis inhærebat, terrenis derelictis ex sola diuina virtute debet pendere. Fracta hostia non frangitur Christus, si non debet homo aduersis frangi. Non contristabit iustum quidquid acciderit ei. Christus est in omnibus locis vbi est hostia, sic fidelis per charitatem & misericordiam debet esse vbicunq; sunt miseri. Quis infirmatur & ego non infirmor? Hoc instituto sacramento, iuxta id quod Ioan. 6. dixerat, [caro mea verè est cibus,] in cibum discipulis suis dedit dicens. Accipite & manducate, hoc est corpus meum. O grande conuiuium ex maiestate inuitātis, ex dignitate ministrantis, expetibile ex cibo qui administratur, magnificum ex circunstantia temporis in quo institutum est.

Grande Deus conuiuium fecit. Cum creatis cunctis omnia in hominem ordinauit, vt omnia illi deseruirent, & plura in escam essent, Grande cum egredienti Noe de arca dixit. Omne quod mouetur & viuit erit vobis in escam. Grande, cum ducens populum per desertum manna de cœlo per 40. annos aluit. Hæc & omne aliud conuiuium, conuiuium hoc in quo auditur, quòd Dei caro est cibus hominis, & sanguis Dei eius potus longe superat. Sabbea sapientiam & cibos
3. *Reg.* 10.
2. *Paral.* 9. mensæ Salomonis, & ordines ministrantium videns non habuit vltra spiritum, ad se autem reuersa dixit. Beati viri tui, & beati serui tui hi qui stant coram te semper, fœlices profectò qui ad hoc conuiuium inuitati sunt, nam iste cibus mentem suauitate replet, & beatam redolet vitam, *Jabe y buele a cielo*, hoc est illud grande conuiuium de quo Isaias prædixit. Et facit Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, cōuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ. Sub metaphora vini & animalium pinguium, in quorum me-

dullis

dullis nutrimentum est vitale confortatiuum, ac salutare, loquitur de hoc sanctissimo sacramento, quod est conuiuium omne habens delectamentum, & nutrimẽtum spirituale. Est igitur sensus ad literam. Dominus Christus, rex exercituum Angelorum, omnibus populis, ideſt, nationibus, in monte hoc, ideſt in Syon, faciet conuiuium (dans potestatem Apostolis, vt conficerent, & administrarent hoc sacramentum omnibus) omnibus fecit conniuium pinguium medullatorum, ideſt Christi qui est cibus pinguissimus. Super illa verba Matth. 22. Ecce prandium meum & altilia occisa sunt, inquit Hieronymus. Opes regiæ describuntur vt ex carnalibus intelligantur spiritalia. Sic hic, sub metaphora pinguium medullatorum quæ ad vitam corruptibilem nutriuntur, intelligitur Christus, qui verè nutrit in cœlestem. Hinc facilè erit intelligere con- *Isai. 25.*
uiuium vindemiæ dæfecatæ, ideſt vini purissimi, quod semota metaphora, est sanguis Christi, qui sub speciebus vini continetur. Grande conuiuium fecit Assuerus cunctis principibus & pueris suis fortissimis Persarum & Medorum inclytis, centũ videlicet & octoginta diebus Hester. 1. Grande quoque Balthasar Dan. 5. Maius est hoc conuiuium vbi corpus Domini nobis datur in cibum. Non solùm maius est hoc conuiuium, sed cum ex quinque panibus satiauit quinq; millia hominum, maiorem ostentauit potentiam, atque virtutem, quam Assuerus & Balthasar. Bene ergo dictum est quòd est magnificum ex maiestate inuitantis, ex dignitate ministrantis qui Christus est, Expectabile est ex cibo, qui ipsemet Christus est. Ipse sacramenti institutor & autor, ipse conuiuium est cibus, ipse conuiua, quia seipsum sub sacramento sumpsit, ipse sacramenti administrator, quia ipse dixit. [Accipite & manducate.] Magnificum est ex diuturnitate temporis, quia durat vsque ad consumationem sæculi, & omnibus quantum de se est administratur, *nuncaſe alcameſa niſequita eſte*

manfar, sacerdotes conficiunt, & laicis administrant. Bene adumbrat historia Dauid, cui Achimelech panes propositionis administrauit & concessit, Tam magna ac magnifica in hoc sacramẽto inueniuntur, quòd mora suæ institutionis, ad illud nos Deus capaciores effecit, multísque vocibus prophetarum multísque vmbris & figuratis antea præmonuit, vt 4. ser. de natiuitate fol. 58. ex Leone dictum est, Maximè commendabile est ex circunstantia temporis suæ institutionis, nam tunc instituit cum iam diabolus misserat in cor Iudæ, vt eum Iudæis traderet, cum occasionem quærebat ad tradendum, cum iam Iudæorum gens suã machinabatur mortem, cum principum & sacerdotum concilium suæ damnations præmeditabatur sententiã, & cohortem conducebat ad illum compræhendendum, tunc Iudã ducem eorum ad mensam secum consedere fecit. O nimia charitas, quæ etiam inimicum diligit. Vendiderunt Ioseph fratres sui, & postquam descenderunt in Ægyptum tanto scelere non indignatus ait. Ponite panes, cunctique per ordinem sederunt, Ioseph nõ administrauit, sed administrare fecit conuiuium: Dominus meus Iesus ipse recumbit tãquam Dominus, administrat tanquam seruus, manducat tanquam frater, qui tanquam autor gratiæ & rex gloriæ hoc instituit sacramentum, in quo mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Non indignatur offensa, quia ira non habet misericordiam, Prouerb. 27. Iustitia Dei non operatur, Iacob. 1. Non cõturbatur præsentia inimici ad mensam assidentis, quia frustra conturbatur omnis homo Psalm. 38. sic conturbatur Absalon qui occidit Amnon fratrem suum, sic Herodiades, desiderans & volens amputari caput Ioannis Baptistæ. Christus non conficitur mœrore, quia non contristabit
2. Reg. iustum quicquid acciderit ei. Ex zelo & sancta indignatione frangit Moyses tabulas ob vituli adorationem. Nunc amor sine aliqua indignatione sacramen-

tum instituit, & inimico Iudæ porrigit. Venite mittamus lignum in panem eius, dicebant quidam in Hieremiam, *demoſle toſico maſandole el pan con madelo poncognoſo*, Tertulianus lib. 4. aduersus Marcionem explicat de Christo dicens. Ideſt lignum in corpus eius. Lactantius Firmianus libro 4. c. 18. inquit, Corpus eius, dictum est panis, quia est cibus. Voluit Deus vt prophetarent hoc mysterium sicut Cayphas, qui prophetauit cum esset pontifex anni illius. Cum ergo ipsi illi mortem præparant & cruci affigere volũt, seipsum dat in cibum sub pane dicens. Accipite & manducate, *no os pido ſino que lo querays tomar*, Paul. 1. Cor. 11. postquam dixit, audio esse scissuras inter vos, inquit. Ego n. accepi à Domino quod & tradidi vobis, ideſt, ad imitationẽ Christi quãdo indigni magna vobis trado. O saxum pectus Iudæ, quomodo tãta bonitate, ac pietate nõ flecteris? Hanc charitatem & bonitatem mirabatur Paulus dicens. In qua nocte tradebatur dixit, accipite & manducate. Ideſt tunc magis liberaliter egit. Nã cum compræhenditur à Iudæis repręhẽſo Petro, auriculã malco restituit. Pendens in cruce latroni gloriam concedit, dicens. Hodie mecum eris in paradiſo. Tunc centurionis intellectum illuminat, & in cõfeſſione ſuæ deitatis aperuit os eius, ideo dixit. Verè filius Dei erat iſte. Prænotauit ſponſa cũ dixit; Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Vbi Gregor. quẽ alij ſequuntur, per Cyprũ, inſulã in mediterraneo terræ promiſſionis propinquã, ac proximã intelligit, in qua optima ſunt vineta. Nicolaus cum alijs intelligit arborẽ aromaticam, cuius fructus aſſimilatur Botro vuarum. Engaddi eſt locus vbi creſcit Balſamum propè mare mortuũ. Engaddi autem idem ſignificat quod oculus tentationis, ideo ſenſus eſt. Tempore tentationis eſt mihi ſponſus meus delectabilis ſicut vinum lętificans, eſt mihi odor ſuauiſſimus confortans. *En qual quieta tiempo y coyuntura me haze mercedes.* Cant. 2. inquit ſimilis eſt dilectus meus

capreæ hinnulóque ceruorum, qui venatorem ipsum insequentem aspicit, atque in eum vultum vertit. *Christo haze mercedes à quien le persegue*, hoc sacramentum dicitur mysterium fidei, propter occultam Domini præsentiam. Ego appello illud prodigium charitatis.

O fratres. Si omnes diligunt munera, si cuncti sequuntur retributiones, hunc sequamur & diligamus, qui tam magnificè nobiscum fecit, qui tot ministros præparauit, & tantum conuiuium apparauit. Continuam huius beneficij habentes memoriam, ad hoc conuiuium accedamus puri, & sinceri. Si de cœnaculo in quo hoc conuiuium est celebratum inquit Christus, Matth. 14. Demonstrabit cœnaculum grande, stratum illic parate. Quantò magis debemus mentem parare ad Dominum recipiendum? Ante cœnam, discipulorum Dominus lauit pedes, ad significandum quòd etiam à puluere, & omni veniali debemus lauare mentis affectum, qui per pedes intelligitur. Intestina verò & pedes lauabunt aqua, Leuit. 1. Sic omnia nostra interiora, vbi est mentis immunditia, lauanda sunt. Laua à malitia cor tuum, inquit Hiere. 4. Mundamini qui fertis vasa Domini, *lauaos y ascaos sacerdotes*. Gene. 43. prius fleuit Ioseph, quàm sederet ad mensam cum fratribus. Panem meum cum fletu miscebam, inquit Dauid 1. Cum fletu, & munditia ad hoc conuiuium accedamus. Iudic. 19. Senex quidam qui Leuitam introduxit in domum suam priusquam præberet conuiuium pedes lauari voluit. Quando sederis vt comedas cum Principe diligenter attende, quæ sunt apposita ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo, vbi Hierony. Per allegoriam cuncta dicuntur. Ideſt allegoricè intelligendus est locus. Postea inquit Guttur pro loquela posuit, quia vox in gutture est, Cultrum pro discretione. Tunc cultrum in gutture suo statuit, quando is, qui diuina sedulus, me-

Prouer. 32.

ditatur eloquia, discreta ex ore verba depromit. Quia per allegoriam est sermo, consideremus, qualis est homo cum persecutor gladium gutturi apponit, oculos tunc in cœlum leuat, supplex misericordiam petit, suorum peccatorum veniam à Deo postulat cũ omni modestia. Talis debet esse homo in anima, & corpore cum accedit ad hoc sacramentum. Arguendo populum dicat concionator in fine Quadrageſimæ. Curauimus Babylonem, non est sanata, *la mas fuerte medicina y saludable bocado se ha dado*, ad salutem animæ recuperandam. Ve vobis, quia non estis sanati. [Derelinquamus eam,] *dexemos gente tan dura*, meliora confidimus de vobis fratres quibus hic gratiam postea gloriam exopto, quam mihi & vobis præstet Iesus Christus, qui viuit in sæcula sæculorum. Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO II.

EST autem fides (inquit Paulus) sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Tribulationum, & persecutionum quas Hebræi sustinuerant mentionem fecerat, c. 10. Videns eos debiles, & ad sustinendum opprobria pusillanimes inquit. Patientia vobis necessaria est atque fides, quia iustus ex fide viuit. In hoc capite ostendit eius diffinitionem, & naturam dicens, substantia rerum, ideſt primum fundamentum fixum, & firmum omniũ virtutum. Basis cui innititur totum spirituale ædificiũ. Sicut prima substantia (Græcè, loco substantiæ, hypostasis, quæ apud nos primam significat substantiam habetur) omnia substentat accidentia, & destructis primis substantijs impossibile est aliquid eorum remanere, sic fides est initium, & radix omnium virtutum, fa- *Heb. 11*

ciens sustinere in patientia omnem angustiam, laborem, & opprobrium: nisi enim fides nos sustentaret, intolerabile esset pondus, pro futura gloria, præsentem sustinere ignominiam: graue quoque pondus esset intellectui credere, Trinum & vnum, Deum hominem, hominem Deum, infantem nescientem vocare patrem, & matrem, esse consiliarium. Fides sustentat intellectum, nè penitus funditúsque pereat, naufragium patiens circa fidem. Ipsa illum illuminat atque docet, terrena pro cœlestibus, temporalia pro æternis, esse contemnenda, *con todo puede vna fe viua*, ideo Matth. 9. Mar. 5. Luc. 8. fidei tribuit Christus iustificationem dicens. Fides tua te saluum fecit, vade in pace; quia ipsa est radix, fundamentum atque initium iustificationis, vt dicitur in Concilio Tridentino.

Ad hoc sacramentum, omnium sacramentorum maximum, quia Deus Deorum maximus, & verus sub illo est, maximè requisita est fides, nam omnis nostra cognitio iuxta Aristot. 2. de anima, à sensu incipit, sensus ad scientiam iuuat, quia sensus intellectus est minister & seruus, species à rebus accipiens, quas intellectui defert. In hoc sacramento potius sensus obstare & impedire videtur, quia ex apparentibus accidentibus inducit intellectum ad iudicandum antiquam adhuc illic latere substantiam, ideo maximè hîc requiritur fides, cuius excellentia apparet in hoc, quod obsistente sibi sensuum ministerio facit intellectum assentiri non visis. Exagerat & magnificat Paulus Patris multarum gentium fidem, dicens. Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, *que creyo teniendo lo contrario aloxo*; videbat sterilitatem, & credidit fœcunditatem, non habebat filium ex Sarra, & credidit multas gentes nascituras ex illo; tunc vicit quinque reges, ideſt exteriores sensus. Latronis pendentis in cruce, ob hanc causam magna quoq; fuit fi-

Fidei excellentia.

Rom. 4. Gene. 17. & 18.

des. Credidit potentem, quem videbat infirmum. Regnantem quem videbat humiliatum. Ad dexteram patris sedentem, quẽ videbat in cruce pendentem. Potẽtem quem videbat infirmum, & nouissimum virorum. Clarum & gloria coronatum, quem videbat obscurum & ignominia repletum. A culpa liberum quem videbat punitum vt reum cum iniquis & sceleratis reputatum. In æternum cum patre viuere, qui iam coram matre moriebatur, *esto aloxo via y lo contrario siu duda creya*, hoc illud saluatoris. Beatus qui in hac nocte non fuerit scãdalizatus in me, *que crea viendo al parecer lo contrario*. Quia magna contra sensum requiritur fides, mysterium fidei appellatur, & quia sub hoc sacramento aliquid cõtinetur occultum in facto esse nẽpè corpus Christi, quod nõ contingit in alijs sacramentis, quorum esse consistit in applicatione ad suscipientem. Quomodo sensus nõ sufficiat, sed requiratur ad hoc sacramentum, non obscurè, sed mirabiliter habetur. Exod. 16. vbi cum Dominus plueret manna dixit populus Manhu, ideſt, quid est hoc? Accessit Moyses dicens. Hic est panis quem dedit vobis Dominus ad vescendum. Per Moysem populi ducem, ac legislatorem sunt assecuti, quod per sensuum ministerium non peceperunt. Manibus tenebant, tactu tangebant, oculis videbant, mentis oculis non cernebant. Auditu perceperunt. Per magistrum & Ecclesiam cognouerunt, quod per seipsos non intellexerunt. Per fidem, quæ est per auditum, per Ecclesiam proponentem hæc veritas habenda est. Adumbrat Sansonis historia Iud. 15. vbi *Iudic.* postquam leonem occidit, proposuit problema dicens. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quod, cum nullus eorum quibus propositum fuerat, soluere posset septimo iam appropinquãte die, ad sponsam eius deuenerunt dicentes. Blandidire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi quid significet problema, ipsa tunc importunis precibus postu-

lauit, vt aperiret, quibus ipse dixit. Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Illi ab sponso, & sponsa ab sponso Sansone accepit. Ad hunc modum quòd qui erat Leo rugiens, Deus zelotes, puniens vsque ad quartam generationem, pro nobis fuerit mortuus & factus cibus noster, sine Christo sponso Ecclesiæ, Ecclesiam illuminante, & sine Ecclesia proponente, fide illuminante, nullo modo intelligi potest. Quia omne quod manifestatur in lumine manifestatur. Paulus in 1. quæ est ad Cor. 11. à Deo se accepisse gloriabatur dicens. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem & gratias agens. Idest non propria arte humanove ingenio hoc didici, sed liberaliter de manu Domini accepi, *don fue de su mano a la mia.* Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, neq; vt filius hominis vt mutetur, ideo firmiter credendum est esse verum quod trado vobis, si à Domino Paulus, nos à Domino per Ecclesiam, sicut antiquus populus à Moyse, & supradicti ab sponsa Sãson. Significauit sponsus Cant. 1. dicens. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Quantum ad præsens sic. Quemadmodum inauribus aureis sponsarum aures ornantur, sic dono fidei aures tuas ornabo, quia aliter diuina mysteria non vales intelligere, *herete arracades y cercillos alumbrarte he con fe.* Doceat concionator populum diuina mysteria esse credenda, non scrutanda: credi & amari vult non disquiri, nec pro nunc clarè videri, Eccles. 3. Non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis. Quare hoc? Quia maxima pars præmij in fide sita est, eo quòd magnum est credere, quod nõ vides, aggrediatur postea veritatem exemplis suadere, vt disponatur intellectus ad credendum. i. ad melius intelligendum, quod credit, vinum enim commutatur in acetum, solis calore humiditatem vini, ac natiuum eius colorem exhalan-

Nota.

Exempl.

te, ibi accidentia eadem manent, puta calor, situs, & quantitas, nam tantum est acetum, quantum est vinum: substantia autem eadem non manet, quid ergo mirum quod virtute diuina, maneant antiqua accidentia: substantia panis non manente, quæ in corpus Christi transijt. Nec obstat dissimilitudo in hoc, quòd substantia aceti de nouo generatur, quæ sustentat accidentia, quia hoc mysterium est singulare in hoc, quòd substantia panis transit in præexistens, ideo hæc conuersio non generatio, sed transsubstantiatio dicitur. E terris, id est naturalibus exemplis, ad cœlorum regnũ, id est sacram scripturam ascendamus, huius mysterij inquirentes vmbram. Iacob ac si esset Esau, vestibus Esau se patri offerebat, sed Esau non erat, nisi quadam apparentia, sic quamuis adsint accidentia panis, appareat ibi panis, non est ibi panis, sed quædam apparentia pãnis. Qui pelle ouis vestitur quadam apparentia ouis videtur. Michol quandam statuam & pellem pilosam caprarum posuit pro Dauid. Ioseph in manu inhonestæ fœminæ, fidem viro suo frangere volentis, pallium reliquit, nè peccaret in dominum suum, sic in hoc sacramento solùm sunt accidentia quæ sunt velut quædam indumenta substantię, hæc in manu sacerdotis relinquuntur, substantia panis abit aditis verbis consecrationis, nè peccet in Dominum suum agendo contra potẽtiam obedientialem, Audiens Adam verbum Domini descendentis in paradisum abscondit se, sic panis substantia auditis verbis sacerdotis. Adueniente Rege, Comes, Dux, Marchio, & quicunque nobilis, siue ignobilis, domum quam inhabitat relinquit, sic substantia panis aduenięte Domino relinquit accidentia in manibus sacerdotis, vt iam non panis, sed Dominus speciali modo præsentiæ, ibi habitet occultus.

Genes.

1. Reg. 19.

Gen. 39.

Simile.

Longè igitur latéque omni dubitatione abiecta, curiosa scrutatione semota, nè à Domini maiestate opprimamur, incalescat iam animus in tanti mysterij amo-

rem, nam licèt mens non capiat, lingua narrare non sufficiat, quo pacto Domini majestas sub humilitate sit accidentium, fides firmiter tenet, sub homine latere
Eccl. 3. Deum, Sub hostia latere Deum hominem, & vt dixit sapiens, ad amorem non est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre. Cecuciebat Isaac, filium non videbat, cum filium, cuius vocem audiebat, vestimenta tangebat, benedixit. Amemus Deum licet corporeis oculis illum non videamus; agamus gratias pro tanto, ac singulari beneficio. Manibus tangimus, oculis cecucientibus non videmus, illius tamen iam odoramus fragrantiam, & suauitas quam sentimus, cum hoc salutare sacramentum recipimus, morum compositio, quam in suscipientibus illud dignè videmus, attestatur veritati huius sacramenti. De manna quod populo commoranti in deserto Deus concessit, Sap. 16. dicitur quod solis calore non stellarum splendore, aut lunæ lumine, tabescebat. Lumine obscuro fidei gustandum est hoc sacramentum. *Ponerlo a vista de la lumbre natural sera dar cinco de corto.* Igne diuini amoris, quem Dominus venit in terras mittere est gustandum hoc sacramentum, *Ansi sabe a mil mieles y dulcuras.* Exod. 21. dicitur de Agno. Caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis, vbi glossa citans Gregor. inquit, caput Christi Deus (verba sunt Paul. 1. Corinth. 11.) Caput agni vorare, est diuinitatem illius fide percipere, quod non intelligimus tradamus igni sancti spiritus, *dexarlo a Dios comerlo sin mascar.* Inuenti sunt sermones tui, & comedi illos, *Ensaber son tuyos me basta con esso los como sin mas examen y me saben a mil mieles.* Rupert. Abbas super Matth. ca. 26. inquit. Conuenienter Christum seipsum sub speciebus sacramentalibus dedisse hominibus, vt sicut primus homo credendo comedit de ligno vetito, & contraxit mortem, sic homines credendo comederēt esum vitæ, & recuperarent vitam. Idem docet doctissimus Ossius cap. 39. agendo de hoc sacramento non longè à

principio. Quibus obstare videtur Paul. 1. Timoth. 2. dicens, Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, Signum est, quod quando conuenerunt in iudicio. Mulier non vir, dixit, Serpens decepit me, Forsan fuit seductus à muliere. Sine dubio est verum, quod à muliere fuit inductus ad peccandum, & credidit peccatum suum esse leuius, sic Iob, c. 31. Si deceptum est cor meum super mulierē. Chryso. explicans locum Pauli ait. Ad comparationem mulieris inquit, non fuisse seductum. S. Thom. super Paulum, inquit, quod mulier fuit seducta in vniuersali, vir in electione particulari, Id est, licèt homo non crediderit quod futurus erat sicut dij, tamen eligendo comedere peccauit, & omnis peccans est ignorans: Fauet quod sequitur, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, *Bien le salio el lance de enamorado mexorado salio en fuerte.* Etiam Psalm. Homo cum in honore esset non intellexit. Abulens. existimat, quod ibi allocutus est Deus Angelos. Alij existimant quod Pater allocutus est alias diuinas personas sicut cum dixit. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quomodocunque sit ad hominem dictum fuerat, In quacunque hora comederis morte morieris, Credendo hoc deberet abstinere ab esu ligni vetiti. Eua sine dubio fuit decepta. Voluit Dominus, vt credendo, & manducando hunc panem vitam habeamus ęternam, ideo inquit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & iterum; Qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Negauerant possibile, docet expressè esse necessarium. Totum illud sacrilegium inquit prælegatus Rupp. per istum emendatur sacramentum, in illis, qui credunt, & credentes percipiunt, in fide humiles, in humilitate fideles, ac perinde illis parentibus longè dissimiles, *Agora desquita Dios y venga los falsos engagnos*, Dissoluit opera diaboli, *Deshaze sus maragnas y mentiras.* Nunc dignè manducantes erunt sicut Deus, dicēte Do-

Chryſ. ho. 9.

mino saluatore. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me viuet propter me. Adam à muliere fuit seductus, vel inductus ad peccandum: ipsum, qui Domino respondens, dixit, [Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, & comedi,] habemus testem. Sicut per cibum, & carnem, id est per Euam (ipso dicente, caro de carne mea) fuit seductus, vel inductus, sic per cibum, & carnem Christi debuit coniungi Deo à quo fuit separatus, dicente Domino saluatore. [Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo.] Proferēdo Deus sententiam contra serpentem dixit. Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Id est homines terrena diligentes tibi conciliabis, ipsi erunt tibi cibus, Hispanè, *labo come el nigno, nigno mira que te comera el lobo*, Iusta sentētia, vt qui omisso ligno non vetito comederat de prohibito, ipse esset cibus serpentis, *Pues tanto os quereys juntaos y encorporaos.* Homini quoque dictum est. In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. *Andaras hambriento y cansado como triste jornalero.* Nunc indignatio in misericordiam versa est. Nunc ipse Dominus se ipsum dat in cibum, sanguinem suum in potum: ipse Dominus vult homines sibi vnire, & incorporare. Comedendo lapsi sumus, comedendo restituimur: Comedendo destructi sumus, comedendo reædificamur. Per cibum mors intrauit. Per cibum vita intrat. Si vir voci mulieris obtemperauit, & mulier serpenti credidit. Vult Dominus, vt sibi dicenti, [Caro mea verè est cibus,] credamus, Præcipienti, (Nisi manducaueritis) obtemperemus, caro te cęcauerat ô homo, caro te sanat, serpenti reptanti super terram terreni homines dantur in cibum: Per hominem de cœlo cœlestem, cœlestes facti, panis, qui de cœlo descendit datur in cibum: ad hoc caro factum est æternum verbum, vt carnem suam tibi daret in cibum, sanguinem in potum. *Mejoradō queda el hombre.* Pareamus ergo fratres, creden-

do accedamus, & comedamus. Iocundi, & lęti hunc cibum degustemus, benedictione spirituali interioríque iubilo repleti surgamus dicentes. Hic Deus noster, qui eduxit nos de domo seruitutis, de domo diaboli, & cibauit pane suauissimo de cœlo venienti. *Andauamos cansados y hambrientos y dionos copiosa refection.* A rebus pretiosis sæpè abstinemus propter inopiam, inopia reprimit appetitum, *que de abstinentes haze el no tener.* Nunc absque argento, & auro in breuissima quantitate panis liberaliter, ac misericorditer datur cibus pretiosissimus. Nullum inopia retrahere potest à perceptione huius sacramenti. Ad primum hominem post peccatum dixit Deus. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. *Si lo quisieredes comer trabajadlo y afanadlo, suda y caua.* Nunc fratres sacerdotes accipiunt potestatem consecrandi, vt sine aliquo labore homo manducet, si adsit mentis puritas. Nullum à perceptione huius sacramenti labor detrahere potest, quia sine labore datur. Bene adumbratum est 3. Reg. 17. in hydria farinæ, quam ex meritis Eliæ mulier habuit; O insensati, qui sine argento, & auro, sine labore, & sudore hunc panem de cœlo descendentem contemnitis; Negotiator dedit omnia sua, vt compararet margaritam; O insensati vobis liberaliter datur manna de cœlo, non vultis illud? Quis magno pretio rem vilem emit, & pretiosam vili pretio relinquit? Quis omisso conuiuio pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ, vt dixit Isaias, macilentam quærit carnem? 3. Reg. 17.

Quando pretiosus cibus apponitur alicui, magnæ infirmitatis est argumentum, quia aliter non potest in sanitatem restitui, aut magnæ charitatis conferētis illum cibum est inditium. Si emit ex proprijs magnæ auiditatis est signum, si autem liberaliter sibi datur, & gustare recusat fastidij manifestum est testimonium. A tempore quo Adam cibum gustauit vetitum, infirmitatem magnam contraximus, Deus noster ex charitate nimia, qua nos dilexit cū adhuc inimici essemus, tali cibo nos *Nota.*

alere voluit, vt damnum ab Adam illatum repararet, tali cibo voluit nos alere, vt vinculo tanti beneficij nos ligaret atque constrictos teneret. Nimiæ charitatis profectò argumentum est: apparebit maius si commemorauerimus, quantò pretio emptum sit à Patre hoc sacramentum instituere. Hoc dempto sacramento, in nullo alio datur sanguis Christi, sed nullum aliud instituitur sine sanguine Christi. Pretio magno sumus redempti, pretio magno sunt sacramenta instituta (solum opus incarnationis fuit gratis, cætera ex meritis Christi sunt,) Si quæ liberaliter donantur summa auiditate concupiscimus, *todos se huelgan con el toma.* Nunc inquit Christus. [Accipite,& comedite.] Meum est dare, vestrum accipere; sicut liberaliter datur, sic volùtariè est accipiendum. Copulatiuè dixit. [Accipite,& comedite,] id est ad hoc accipite, vt dignè, & summa auiditate comedatis: scire autem debetis, quòd cibus quem vobis trado, corpus meũ est: Hoc vobis dico, vt inter cibum, & cibum diiudicetis, cibus est non carnalis, & materialis, sed spiritualis, & diuinus, spiritualiter summa mentis puritate, sumendus, & comedendus est. Mulier aliquid pretiosum filio tradens Hispanè dicere solet, *limpiaos primero.* Accipite illa auiditate qua paruuli ab vberibus matrum pendentes papillas capiunt, [Accipite,] quando liberaliter vobis datur: Proh dolor! liberaliter proponitur, ex ignauia gustare recusamus. Mirum quàm gratis datur, mirum quàm gratis etiam contẽnitur, *por vna nona da y vil gustillo lo dexamos*, magni fastidij manifestum indicium est, væ nobis, qui hunc cibũ non esurimus, vt damna per esum ligni vetiti accepta reparemus: væ nobis, quia anima nostra nauseat super cibo isto, non leuissimo, sed grauissimo, suauissimo, & pretiosissimo, omnium ciborũ desideratissimo. Væ nobis, qui esurimus cibum mortis, venenum interitus, & perditionis, & recipere recusamus cibum vitæ existentem in medio paradisi. Existens quis morti proximus, in ex-

tremo hiatu, quando iam iam animam exhalat, dicimus, quòd infirmitas eius est incurabilis, nulla illi medicina applicari potest. Homo mortali damnationi es proximus, nisi hunc cibum mãducaueris. Hic cibus est, *Simile.* qui salutem reparat, animum confortat, robur confert, animam viuificat, & sanat, infirmitatis signum est terram comedere, amara quærere, panem triticeum nolle gustare. Væ eis, qui terrena sapiunt, cœlestia despiciunt, æterna contemnunt; iste est panis vitæ, panis de cœlo, hunc ô homo, nõ terrena, debes gustare. Væ nobis quibus proponitur mãna suauissimum, & reputamus illud cibum leuissimum, illis similes facti sumus, qui habentes manna suauissimum desiderabant porros, cæpe, & alia, contemnebant celestia, desiderabãt terrestria. Bene Sapiens. Stultorum infinitus est numerus, id est numerus sine numero. Si sal euanuerit, in quo salietur? ideſt in nullo. Si hunc cibum non desiderat anima tua, quo alio cibo infirmitas animæ tuæ sanabitur? Vnus pater omnium vna fides saluãs hominem, vnum baptisma regenerans hominem in filium Dei. Docemur nunc quòd vnus est cibus viuificans, vnum est conuiuium, *tomallo ô dexallo agora ô nunca.* Nisi modò manducaueritis, perpetuò esurietis: esurietis cum diuite auaro, gutta aquæ denegabitur vobis, quia contempsistis vinum pretiosissimum, panem desideratissimum, Propheticum illud, Serui mei comedẽt, vos esurietis, in nobis adimpletur.

Simile. *Matth. 5.* *Isai. 65.*

Ad vos, ô reges sunt hi sermones mei, Sap. 6. verbum mihi ad te, ô princeps. 4. Reg. 9. O viri ad vos clamito, Prouerb. 8. Pauperibus vobis euangelizo. Omni ego creaturæ prædico atque annuntio verba sapientiæ, quæ ædificauit sibi domum, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis est paruulus veniat ad me, id est sapientia increata humana sibi ædificauit naturam, quam sibi in vnitatem suppositi assumpsit. Excidit columnas 7. ideſt

Sap. 6. *4. Reg. 9.* *Prouerb. 9.*

septem sacramenta, immolauit victimas suas. Id est se ipsum continentem virtutem omnium victimarum, in sacrificium, & victimam obtulit. Huius victimæ memoriale, est hoc sacrificium. (Miscuit vinum,) Id est suum nobis dedit sanguinem, (Misit ancillas suas,) Id est seruos suos Apostolos, vt cunctos homines ad hoc inuitarent cõuiuium. Munere, & officio Apostolorum, sanctæ Ecclesiæ concionatores funguntur, ad illos pertinet populum conuocare; conuocatum, ad hoc conuiuium inuitare.

Notemus conditiones appositas in hac inuitatione: dicitur enim: Si quis est paruulus veniat ad me, *Que se de priessa.* Hispanè, *lleua passo de combidado*, In sacramentorum institutione nos nihil cooperamur; multo minus in redemptione: in susceptione sacramentorum cooperamur, *No nos hemos de estar mano sobre mano.* Debemus habere votum, & voluntatem recipiendi illa, manifesta est figura in manna illo antiquo, populo commoranti in deserto concesso, Gratis dabatur, sed à populo colligebatur, *No se le venia a la mano como halcon.* Cura, & solicitudo colligendi necessaria erat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, vt notum omnibus esset; quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuã, *Que no es manjar de lerdos ni flematicos*, Si negligenter ageret Iacob non assequeretur benedictionem, & stabilitatem in vino, & frumento; Nam vt dicitur in text. Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau dicens. Surge pater mi, & comede de venatione filij tui. *Por tanto la lleuo si tanto tiempo mas tardara no la lleuara.* Cura, & solicitudo quærendi panem, qui non liberat à morte prohibetur, ideo inquit saluator. (Nolite soliciti esse quid manducetis.) Sed quia hic panis de cœlo descendit, & valde pretiosus est, oportet præuenire solem, *Conuiene velar y no dormir*, Hoc prætendit parabola decem virginum, quæ cæteris ornatæ virtutibus,

concu-

concupitis amplexibus Sponsi priuantur: non consumatur Spirituale connubium, quia minus sollicitè se habuerunt in expectatione Sponsi. Secus Lya, quæ mandragoras contempsit, vt frueretur viro suo, quem maxima cura, & solicitudine, de agro reuertentem expectabat. O quanta cura, & solicitudine debemus amare cœlestia, quærere sempiterna, concupiscere quæ nõ pereunt, sed quadam æternitate firmantur. Cõmemoremus historiam illius, qui è domo patris egressus penuriam patiens, famem sentiens, *viendose castigado en el stomago*, dicebat. O quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater peccaui in cœlum, & corã te, & iam nõ sum dignus vocari filius tuus. Resipuit à peccato, & dolore cordis tactus intrinsecus, pœnitebat prę-terita, dolebat antiqua, pristinámque lamentabatur iacturam, & desiderio desiderabat Pascha lętitiæ, panémque iocunditatis in domo patris manducare. Tali mentis compunctione, cordis dolore, lacrymarum effusione, vocis clamore penetrantis cœlos, hunc cibum sumere, ac gustare debemus. Nam hic forma, & modus degustandi hunc diuinum cibum præostenditur nobis. Dic Patri misericordiarum. Pater peccaui coram te, non taceat pupilla oculi tui, donec fiat vt mare contritio sua. O si tale desiderium, talis fletus esset in nobis. adimpleretur illud, Desiderium animæ eius tribuisti ei. In domo diuitis omnia abũdant, & innundant, *Todo anda de sobra quien no lo quiere no lo come*, solum desideratur appetitus, & integra valetudo ad manducandum. Magna est domus Dei, ingens est possessio eius. Major est quàm domus Salomonis. Cuncta cibaria domus Salomonis, cibus domus Dei superat. Vnicus appetitus, & mentis puritas desideratur: Vtrunque simul in prædicta autoritate insinuatur, cum dicitur, (Si quis est paruulus veniat ad me,) Ideſt purus veniat, appetat hunc cibum, & voluntariè cum puritate accedat.

Luc. 15.

Thren. 2.

Simile.

Baruc. 3.

Leuit. 14.

Ingressurus sacerdos domum leprosi, vniuersa prius efferebantur extra domum leprosi: nè aliquid immundũ ibi sacerdos inueniret, quantò magis debemus mundare animam nostram ad susciendum in domo nostra ipsum Christum? Paruulus euangelicus, id est sincerus sine malitia esse debet, qui ad hoc accedit sacramẽtum.

1. *Cor.* 14. Manifestat Paulus 1. ad Cor. 14. dicens. Fratres nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Hispanè dicimus, *andad no scays nigne*, sinceritate verò, & puritate exoptat Paulus nos paruulos esse sine dolo. Senex malitia assimilatur dæmoni, qui peccauit ab antiquo. Puer sensibus assimilatur bestijs, quæ non vtuntur ratione, ratione viri, malitia paruuli, tales Christo assimilantur, qui cum ætate paruulus esset vsu rationis vir erat, innocens, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Tales ad hanc mensam admittuntur, tales hæc mensa sustinet: nullus ergo Iudas assistat, nullus auarus (inquit Chrysost.) nam tales mensa non suscipit. Dagon stare non potuit coram arca Domini, sed statim corruit coram arca, quæ Domini manna continebat, dicente Paulo ad Hebr. 9. in qua (scilicet arca) vrna aurea erat habens manna, sic cibus iste salutaris stare non põt cum malitia, quia non stat simul innocẽtia, & culpa: iustitia, & iniustitia: vita, & mors: lux, & tenebræ: quia nulla cõuentio lucis ad tenebras, iustitiæ ad iniquitatem, Christi ad Belial. Si quis est discipulus Domini ad hanc mensam sedeat. Ex parte debet iocundus accedere, ex parte cum sancto mœrere, iungens gaudium dolori peccatorũ ob quæ passus est Christus. Deinde surgat in spem consequendi æternam vitam, quia hic cibus futurę gloriæ est pignus. Mentem sursum eleua. Cor sursum habe, & meditare qualis erit cibus, qui tibi dabitur in gloria, quando tantus cibus datur in valle miseriæ. Qualis in termino, quando talis datur in via: Qualis in requie, quando talis in labore. Qualis in ciuitate illa Hierusalem, quando tale

Chrysost. homil. 60. ad popul. Anthiochenũ. Hebr. 9.

2. *ad Cor.* 6.

manna dedit in deserto. Qualis erit cœna illius ciuitatis quando talis est cibus viæ, *Que possesion y herencia, quando tales alimentos se nos dan agora,* Illa supernæ ciuitatis, quãta sint gaudia intellectus nullus capere potest, dicente Isaia. [Oculus nõ vidit absque te, quæ præparasti Deus diligentibus te. Ei ergo qui in nos tot tantáque contulit beneficia, perpetuas agamus gratias totísque viribus omni repulsa dubitatione circa hoc mysterium, diligamus, Vt hîc gratiam, postea gloriam donare dignetur in sæcula sæculorum, Amen.

IN EODEM FESTO,

CONCIO III.

Hic est panis de cœlo descendens. Ioan. 6.

QVemadmodum antequam Christus Dominus hoc institueret sacramẽtum Lazari resurrectionem præmisit, sic antequam de illo loqueretur quinque millia hominum ex quinque panibus satiauit. Tanta est huius sacramenti altitudo, & sublimitas, quod non potuit eius veritas sine miraculis conueniẽter suaderi. Post illud igitur solenne miraculũ grandéque cõuiuium ex quinque panibus, accessit quidã dicẽs Christo. [Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus, Patres nostri manducauerũt manna in deserto.] Id est Moyses cum patribus nostris in deserto commoratus, per dies multos patribus nostris manna dedit, quod patres nostri mãducauerunt. Respondẽs Christus dixit: Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Ego sum panis vitæ, de hoc pane, qui est ipsemet inquit.

Hic est panis de cœlo descendens, vbi hunc panem primò à largitore laudat dicens. [Non Moyses dedit

vobis panem de cœlo, sed pater meus.] Nam illud mãna ministerio Angelorum est factum, hunc verò panem Deus immediatè dedit. Iuxta illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum. Secundò laudat à loco, dicens: Hic est panis de cœlo descendens, Nam manna Moysis descẽdit de regione aëris, iste panis de sublimitate cœli. Laudat illum ab effectu dicens: Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Vnde resultat quòd iste panis multo melior est pane quem dedit Moyses, pro Moyse Deum, pro aëre cœlum, pro mortali vita, quam illud præstabat manna, immortalem vitam apposuit, denique seipsum pro manna suppositum. Cum volumus aliquid magnificare & laudare, atque excellentiam eius ostendere cum signo demonstratiuo, illud nominamus dicentes: *Este es bombre*, id est iste cum summa perfectione absque aliqua imperfectione, quod hominis est exercet, Sic dicimus. Iste est vir, idest, iste est homo virtutis, & fortitudinis, sic discipuli euntes in Emaus dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere & sermone, idest, qui opere erat potens suscitans mortuos, & sermone conuertens peccatores. Sic qui suffert tentationem, laudatur vt vir fortis. Sic *nunc, Hic est panis, idest, iste est* verè panis, dans vitam, quam manna Moysis non potuit causare. Patet ab *effectu, nam patres qui illud* manducauerunt mortui *sunt, qui* manducat hunc panem viuet in æternum *Muy atras queda a quel antiguo pan de Moyses, no tiene que ver con este.* Hic est panis ille, quem offerebat Melchisedech, Qui confortauit Abraham. Est panis ille subcinericius, qui dedit robur Eliæ, est illa farina, quæ ollam amaram, & quicquid insipidum est dulce facit. Hic panis est illa farina quæ nõ deficiebat in domo viduæ quæ suscepit Eliam. *Es vn thesauro de oro y plata para la y glesia.* Qui nunquam deficiet. Quemadmodum materia panis non deficiet, terra herbam virentem semper producente, ita hoc sacramentum vsq; ad consumationem

4. *Reg.* 17.

sæculi perdurabit, *Thesoro que jamas faltara.* Antiqua illa Synagoga non habebat hunc panem, nec tanto thesauro fruebatur: vnde sicut vidua mulier illa, mendicando vasa habuit oleum, sic ex fide venturi habebat gratiam. Bene Paulus ad Galath. 4. Quomodo conuertimini ad egena infirmáque elementa. *Dexad casa de hiud a pobre y mendiga* carens sponso, Ecclesia sua sponsa sociata diues in omnes, omnibus salutarem & vitalem præbet panem. Expressè Paulus ad Hebræos c. 13. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, *Como hijos de pobre viu da desamparada andan esperecidos de hambre* sic Oseæ, Erunt sine principe sine sacerdote. Habent egena infirmáque elementa. *Es la arca vn palo seco sin verdadero manna.* Nos habemus altare, *Vamonos à mesa puesta,* Non sumus filij viduæ destitutæ carentis sponso, ieiunantes, sed sumus serui & ministri Christi sponsi Ecclesiæ, *Ansi comemos pã de boda,* Pharisæis Christi discipulis insultantibus, & objicientibus quòd discipuli, Ioan. & Pharisæorum ieiunabant, ipsi verò non ieiunabant; respondit Christus: Nuncquid potestis filios Sponsi, dum cum illis est spõsus facere ieiunare? Veniét autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt. Synagoga non habet sponsum, sed Ecclesia, ideo Synagoga ieiunat, & qui sunt seruientes tabernaculo non possunt comedere hunc panem: Nos habemus altare, *No ay ayunar que estamos con el esposo siempre à mesa puesta, siempre ay altar y manteles.* Adumbratum est hoc 3. Regum 17. in vidua illa cui dixit Elias. Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vsque ad diem in qua Dominus daturus est pluuiã super faciem terræ. Nos dicamus quòd hoc sacramentum non deficiet vsque ad consumationem sæculi, *Hacta que mudemos casa en la gloria.* Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. Pro manna Moysis dabo panem de cœlo verum, & sic pauperes Synagogæ recipientes Christum, satu- 4. Reg. 4.

rabit æternus pater panibus, ideſt, pane ſuauiſſimo. Plurale pro ſingulari ſicut ibi. In peccatis concepit me mater mea, id eſt, in originali, quod eſt origo plurium peccatorum. O fœliciſſima Eccleſia, quæ talem habet panem. Hic panis, eſt ille panis propoſitionis qui ſemper erat in conſpectu Domini, quem ſacerdotes comedebant. Hic panis, eſt manna abſconditum, miros in homine cauſans effectus. Nec mirum quia æternus pater dedit illum. Zachar. 9. Quid bonum eius & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, *Vn gran theſoro tiene la yglesia en tener eſto pan*, Conſtat ab effectu, quia dat vitam. A fructibus bona aut mala cognoſcitur arbor, quia bona arbor bonos fructus facit. A fructibus cognoſcuntur iuſti & iniuſti. A fructu vitæ vel mortis cognoſcetis excellentiam huius panis. Iſte panis de cœlo deſcendit, ergo altior eſt pane Moyſi, qui dicitur deſcendiſſe de cœlo, quia deſcendit ab aëre, volucres cœli comederunt illud. Hunc panem pater dedit, ergo Moyſis pane melior eſt, quia ſupremus princeps ſupremum dat panem. Hiſpanè, *Da como principe haze como quien es*, Pater æternus, natura eſt potens, natura eſt bonus, ergo communicare ſe vult, & quicquid vult poteſt, ideo dignum ſuæ magnificientiæ dat panem, *De tal mano tal dadiua*. Hoc ſonant illa verba. Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo verum, ſed pater meus. Maior bonitate, maior potentia, *mas puede mas quiere*. Ille panis Moyſis mirabilis fuit, nam videntes illum filij Iſraël admirati dixerunt: Manhu, Quid eſt hoc? Accedens Moyſes expoſuit dicens: Iſte eſt panis quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. Excellentior iſte panis cuius naturam & proprietatem exponit verbum patris vnigenitus Dei filius, in quo reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię Dei. Videntes manna de cœlo cadentem dixerunt. Manhu, quid eſt hoc? Tam mirabile eſt, quòd niſi interrogatione facta, & diuinitus illuminati, quid eſſet ſcire non potuerunt, Manhu,

Quid est hoc? quid est hoc sacramentum, quãtitate paruissimum, longitudine breuissimum, latitudine angustissimum? Hoc sacramentum est panis de cœlo descendens, est panis verus quem dat pater non Moyses, est panis qui dat vitam, dicente Saluatore. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, verè est cibus. Verè est resurrectio, dicente Saluatore. Ego resuscitabo eum in nouissimo die: Est ipsemet, dicente Saluatore: Ego sum panis viuus. Panis iste quem dat Christus, est caro eius pro mundi vita. Est vnio hominis cum Christo: Nam qui manducat hunc panem, manet in Christo, & Christus in illo. Si Christus non reuelasset nunquam sciremus quid esset, semper interrogabimus, Manhu, Quid est hoc? Semper interrogantes, & addiscentes nunquam magistri comprehendentes. Basil. Psalm. 68. illud Isaiæ 30. Dabit Dominus panem arctum, aquam breuem, explicat de hoc pane, nam sub breuissima quantitate panis est totus Christus, sub qualibet parte hostiæ, sicut anima in qualibet parte corporis, Manhu, quid est hoc? Dominus est, Chrysostom. super Ioan. existimat quòd cum dixit Christus: Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi, Loquitur de seipso secundùm diuinam personam. Chrysostom. sequitur Rofensis lib. 3. aduersus Oecolãpadium, ca. 20. vbi inquit. Pater dedit hunc panem carne velatum. Filius dat seipsum speciebus panis obtectum. Nec debet esse mirũ, quòd sicut dicitur, Lux quia illuminat & varia habebat nomina propter metaphoram, quòd dicatur etiam, Panis quia nos alit & sustentat. Tunc panis de cœlo dicitur eo modo quo ipse dicitur descendisse de cœlo, Si loquatur de carne sua sub hoc sacramento, De cœlo dicitur, quia de Spiritu sancto mirabiliter conceptus sit. Apostolus appellat Christum hominem cœlestem, non quia de materia cœlesti sit vt malè dixit Valentinus, sed quia de Spiritu sancto fuit conceptus. Similam ex tritico oleo consperſam si-

bi Dominus offerri iubebat. Christus est iste panis purissimus igne diuini amoris calidissimus, ipse Christus est Deus, Deus ignis consumens est: Vnctus est oleo lętitiæ vnctione Spiritus sancti. Dicamus, Domine semper da nobis panẽ hunc. Inter tot mirabilia, Quid magis mirer, admiratus animóque suspensus ignoro. Ex omni parte innumera admiratione digna video atque contemplor. Miror hunc panem quem pater dedit. Miror hunc panem qui de cœlo descendit. Miror hunc panem qui est panis vitæ liberans à morte, hominem replens gratia, futuræ gloriæ exístens pignus. Miror hũc panem, qui caro est Christi, de Spiritu sancto mirabiliter concepta. Subito animata, Diuinæque personæ simul vnita. Mentis meæ abundans est refectio. Languorum meorum medicina. Miror principem tam pium, tam misericordem, tam magnificum, qui hoc cibo me voluit cibare, & ad hoc conuiuium vocare. Mente suspensus, animo iocundus, cum propheta in vocem laudis erumpo, exclamo, ac dico, quàm magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ *Segnor siempre das trazas de hazer mercedes, otros de adquirir, tu pera dar*, vir insipiens non cognoscet, stultus non intelliget hæc. *No tiene entendimiento de hombre qui no vee.* Quàm magnificè cum homine feceris, cui te ipsum in cibum dedisti. Cum Natham à Domino esset missus ad corripiendum Dauid ob adulterium & homicidium Vriæ diuinitus propheta edoctus vt affectum Regis in compassionem & zelum iustitiæ commoueret, proprium peccatum parabolicè illi proposuit, (nè reuelata veritas ex proprio amore iustitię iudicium impediret) dicens: Quòd ouis illa quam pauper possidebat (nota est historia) simul de pane Domini sui comedebat. O immensum Dei mei beneficiũ, & amor vnde tale beneficium dimanauit, qui nõ solùm de pane suo mihi dedit, & secum ad mensam me assidere facit, sed seipsum mihi in cibum dedit. Magnificat scri-

ptura (quam spiritu Dei inspirati sancti Dei homines
sunt locuti) quòd Ionathas Dauid diligebat, & quod 1.*Reg.*18.
anima Ionathæ conglutina erat animæ Dauid, *Que le
traya estampado en sus entragnas*, Quid illi dedit, Vtique
tunicam suam. Importunis precibus Elisæus spiritum
Eliæ postulabat, Elias non animam, & spiritum suum, 4.*Reg.*2.
sed donum Spiritus sancti (quod à causa nomen accepit) dedit. Non erat idem donum quod ille habebat,
sed simile. Post hoc pallium suum illi dedit. Corpus,
quia Dominus Eliam per turbinem sustulit, relinquere non potuit. Dominus noster Iesus Christus (quod
stupor & gaudium nostrum est) proprium corpus nobis in escam & cibum reliquit, meréque liberaliter donauit. Viri Socoth, Gedeoni, qui prę lassitudine fugien- *Iudic.*9.
tem populum persequi non poterat cibaria & panem
porrigere recusarunt. Seon Rex Esebon noluit pro pre- *Num.*21.
tio Dei populo dare cibaria. Iacob pro pulmẽto quòd *Genes.*5.
coxit primogenituram accepit, *Bien lo vendio*, Lya *Genes.*30.
mandragoras Racheli dare recusat, nisi prius iuri fruendi viro renunciet, *Si dexo mandragoras pagose en goxar
marido.* Magnificus Deus cuius magnificentiæ non est
numerus, seipsum liberaliter dedit in cibum. Nil ma- *Genes.*27.
ius seipso, nil amplius potest dare. Bene hoc Iacob &
Esau adumbrat historia. Audiens namque quòd Iacob
sibi surripuisset benedictionem, instanter cum eiulatu
magno, à patre benedictionem secundam postulabat.
Cui Isaac, frumento & vino & oleo stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi quid faciam. Aperta huius salutaris
panis vmbra, quæ in hoc nunc Sacramento completur.
Post sacramẽtum hoc, & Spiritus sancti vnctionem nil
nisi gloria post hanc vitam dari potest. Sponsi magnificentiam ac liberalitatem Sponsa considerans, à magnificentia & liberalitate illum laudãs dicebat. *Manus*
illius tornatiles, digiti aurei, pleni hyacinthis. Rerũ naturalium scrutatores abditissimas rerum naturas subtili
inquisitione scrutantes si consulas inuenies. Aurum

omniũ metallorum esse precipuũ, hyacinthus si optimus est saphiro debet esse similis: saphirus autem gemma est cerulea cœlo sereno in colore simillima, vnde hyacinthus, nunc colore ceruleus, nunc subrufus, nunc purpureus est. Affert lætitiam contra melancolicam qualitatem vnde sensus est. Manus spõsi dona cœlestia semper distribuunt, sicut aurum semper rutilat, nunquámque marcescit sic manus eius absque interruptione dona distribuunt, quæ in cœlestem nos ducũt vitam, Sicut enim quis torno facile operatur, absque difficultate, sicut manus Sponsi ad donãdum faciles erant. Hilarem datorem diligit Deus. *Rogando anda con los dones si ay quien los quiere*, Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis. Sicut aurum cætera metalla superat, sic quod Christus dat, omnia principum dona antecellit, vnde: Hic est panis de cœlo. Huius conuiuij magnificentia obscurat magnificum cõuiuium Assueri, qui anno tertio imperij sui grande fecit conuiuium cunctis principibus, centum videlicet & octoginta diebus, quibus expletis omnem inuitauit populum, qui inuentus est in Susis. Christus Dominus auno tertio prædicationis suæ sanctos Apostolos, Ecclesiarum principes, belli triumphales duces, ac vera totius orbis terrarum lumina, primò inuitauit. Postea omnem populum totius orbis terræ, Quod longè maius est quàm inuitare populum vnius ciuitatis. Bene hoc Dauid Regis adumbrat historia: Morti enim proximus, postquam filium suum Salomonem, Regni sui, cunctis alijs filijs spretis, reliquerat successorem, tanquam legatum reliquit, Vt filij Berzellai Galaaditis mensæ eius essent conuiuæ, sic dominus Iesus Petrum successorem relinquens, cæteríq; Apostolis potestatem cõficiendi hoc sacramentum tribuens, omnem alium populum ad hoc cõuiuium inuitauit. Quis, vt dignum est, magnificentiam huius principis laudabit, & hunc panem de cœlo venientem æstimabit? Christus dixit. Hic est panis, dicamus nos. Hic

Hester 2.
3. Reg. 2.

est Dominus qui nobis panem hunc dulcissimum & suauissimum dedit. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, qui adipe frumenti satiat te, *Con la flor del pan, pan del cielo, lo mas lindo.*

Conuenienter talis nobis datus est cibus, ac tam pretiosus panis, vt sicut homo omnibus animantibus natura præstat, sic cibum haberet singularem. Homo ad Dei imaginem creatus est, Deus ipse eius perfectio ac saturitas est. Nil hominem satiare poterat nisi Deus, dicente Augustino. Satis ostendis quam magnam creaturam rationalem feceris, cui nullo modo sufficit ad beatam requiem, quicquid te minus est. Iuxta quod inquit Propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua; Conueniens ergo fuit, vt in via in genere cibi, suo satiaretur creatore, dum non satiatur in patria reuelata & clara visione. Qui bibit aquam quæ è fontibus erumpit sitit iterum. Qui manducat panem è terra genitum experitur mortem. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Tali cibo, homo secundùm animam immortalis, cibandus erat, quod nimiæ charitatis manifestum est signum. Omne viuens, & in vniuersum omnis res, appetit finem in quo satiatur: sic grauia seorsum, sic leuia sursum feruntur, sic, ô homo diuinæ cõsors naturę huius cõuiuij & panis particeps, in tuum debes inclinari creatorem. Quia nihil est quod tuum possit satiare appetitum. Hic panis qui de cœlo descendit, & Dominus Iesus qui te creauit, idem sunt, docente Domino saluatore, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Appete ô homo hũc panem. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Gusta hunc panem, & gustabis quoniam suauis est Dominus, quoniam sub his accidentibus verè & realiter est Domiuus, tunc videbis *que sabe à miel y dulcura de misericordia*, O panis suauissimus, omni cibo suauior, omni electuario pretiosior, Quis mihi det te dignè sumere, te dignè gustare, fideliter & orthodoxè de te sentire, dignè & humiliter ad

Aug. 13. confess. cap. 18.

Exod. 3. De Moyse serm. 3. Trinitatis ad finem. Genes. 45.

te accedere, Sicut Moyses ad rubum, Sicut Adam cum abscondit se à facie Domini ipsum compellantis & dicentis: Adam vbi es, sicut fratres Ioseph quando ipsum primò cognouerunt, & cum postea patrem mortuum videntes humiliter eum exorauerunt atque proni adorantes in terram dixerunt, Serui tui sumus, Sicut Centurio qui dicebat: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, deniq; sicut filius prodigus qui cum ad domum patris sui reuerteretur succlamabat: Pater peccaui in cœlum & coram te. Quis mihi det vt te desiderem sicut desiderabat Dauid aquam cisternæ Bethlehem, sicut desiderat ceruus fontes aquarũ, sicut infans vbera, sicut puer butyrum & mel, sicut negotiator bonas margaritas. O fratres desideremus hunc panem, quia nil desiderabilius est, omnium terribilium est mors, omnium amabilium est vita: Iste est panis vitæ, quid aliud desideras? Manifestè conuinceris hunc panem vitæ desiderare debere. Principes & Monarchæ magnis sumptibus, medicos qui illorum conseruent vitam accersunt. Ecce panis vitæ gratis porrigitur, & omnis vtriusq; sexus ad annos discretionis peruenies, ad hoc conuiuium inuitatur. *Publico pregon se da si ay quien le quiera.* Ad hoc in tempore suo per vicos & plateas circumfertur, sacerdotibus & Leuitis gloriam eius decantantibus. *Sacanlo a que lo honren y se le afficionen.* Audiuit Eua, quod sumendo de ligno vetito futura erat sicut Deus, concupiuit statim, ac de ligno vetito comedere non distulit, fraudata à desiderio suo, non sicut Deus, sed sicut bestia mansit. Nunc verè ô homo erimus sicut Deus, nam non moriemur, sed viuemus in æternum sicut Deus, videbimus eum sicuti est, & sicut ipse seipsũ videt. Manebimus in Deo, Deus in nobis. Vidit Esau vilem cibum, pretiosam primogenituram vendidit pro illo. Væ nobis, quibus panis de cœlo datur, & vilem cibum non contemnimus, sed desideramus inebriari vino in quo est luxuria. Venter

noster, Deus noster est. O miseri, diligite hunc cibum, nil aliud in hac vita desiderantes. Suspensa & quasi animo satiata mansit Sabbea, Salomonis videns mensam. Quid aliud ab hac mensa desideras? In cœlis videre Deum, in terris hunc cibum gustare, desiderare possumus, Sic Dauid. Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram. Ideſt super terrā nil nisi istum cibum, qui ipse Deus est desiderari potest. Quæ à longinquo asportantur, & deferuntur maxima auiditate concupiscimus, ideo in splendidissimis cōuiuijs, carnes vináque pretiosa è longinquo adducta desiderantur, de Heliogabolo, humanę tradunt historiæ quod cum longè à maritimis locis distabat, pisces maris in cibum sibi dari præcipiebat, è contra, cum erat iuxta mare respuens pisces, & quæ natant super aquas, de venatione satiari cupiebat, humanis ommissis historijs in quibus non est lætatum cor meum sacras profero Isaac non domesticos cibos, sed aliquid de venatione manu, & arte filij comprehensum concupiuit Rachel mādragoris repente inuentis est oblectata Dauid in aquis cisternæ, quæ distabat. Ecce panis suauissimus de longinquo veniens, puta de cœlo. Toto animi desiderio desideremus illum. Cum Matth. 22. Dominus Iesus quæsisset à Pharisæis, an baptismus Ioannis esset è cœlo, an ex hominibus; è cœlo esse dicere recusarunt. Nè eis improperaret & exprobraret, quare illum non recepissent. O miseri, qui hunc panem de cœlo descendisse, fide credimus, & dignè illum recipere recusamus. Desiderabat Amam à Regina Hester, esse inuitatus gaudebat, & gloriabatur; & pro nihilo ducimus ab hoc tanto principe inuitari. Væ nobis antiquis Iudæis, fide meliores, moribus peiores. Scimus voluntatem Domini vapulabimus multum, quia nitimur in vetitum, cupimúsque prohibitum: fœlix illa quæ clamans post dominum, & importunis precibus filiæ suæ petens sanitatem Domino dicenti. Non est bonum su-

3 Reg. 10.

Psal.

Simile.

Heliogabolo.

Hester. 5.

mere panem filiorum, & mittere canibus, respondit; Etiam Domine, nam & catelli edunt de miccis quæ cadunt de mensa Domini. Infœlix ille, qui inuitatus non ad miccas quæ cadunt de mensa Domini, sed ad mensam Domini, ipsumque Dominum degustandum; clamans post Baalim, clamans post Astaroth, alienos deos sequens, vxorem ducit, villam emit, & hanc mensam contemnit varijs vitijs, quibus mundus abundat, & thesaurum qui veterascit desiderant. Panes mortis appetunt atque cenosas aquas bibunt. Quis vnquam audiuit tale, aut vidit simile, quod inuitatus à Rege
1. Reg. 9. contemneret mensam Regis? Inuitatus Miphisboseth à Dauid, dixit humilitate nimia. Quia ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei. O fratres simili humilitate accedite ad hoc sacramentum, panis est de cœlo, Cœlestem requirit vitam, ideo manna illud non datum est filijs Israël in Ægypto, sed dum erant in deserto, quia requiritur ad suscipiendum hunc panem vita cœlestis, libera ab omni tumultu, sicut viuebant Anachoretæ in deserto; ideo Exod. 26. Num. 11. manna illud ros præcedebat; *no queria que cayſſe immediatamente en la tierra*, ros ille erat sicut linteamina, *como a ora la pallia y corporales*, hinc conijcere licet, qua puritate recipiendum sit hoc sanctissimum sacramentum; insuper ex hoc, quòd in deserto non cadebat iuxta castra, & tentoria vbi erant immunditiæ hominum, & animalium. Spiritualiter dicamus quòd non quilibet monachus est mundus, etiam si sit in deserto, nisi ab omni affectu carnali animam suam mundauerit, *alli se puede enſuziar*, in Paradiso, & loco sanctitatis tentati patres nostri corruerunt. Puritas ad recipiendum hoc sacramentum conjicitur ex hoc, quod conficitur in fermento, per fermentum superbia, & elatio intelligitur. Tangit Apostolus 1. ad Cor. 5. Epulemur atque non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in ani-

mis sinceritatis, & veritatis. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua consperſio, ſicut eſtis azimi. Comedimus panem azimum ſine fermento expurgemus ſuperbiam, & quidquid animæ puritati eſt inimicum. Sacerdotes Eccleſiæ Græcè, dum ſacerdos conſecrat decantant. Sancta Sanctorum, ideſt panem ſanctum non niſi ſancti recipere poſſunt. Exod. 39. fecit Moyſes labrum æneum de ſpeculis mulierum. *Conuiene que el ſacerdote como en eſpeio mire ſus maculas y faltas.* Qui panem cœleſtem guſtat, ſicut cœlum debet vitæ ſplendore nitere: Si Dominus panem de cœlo tibi dedit quomodo pauperi negas panem de terra? Date & dabitur vobis, locus agendi de eleemoſyna. O panis qui eſurientes reficit, debiles confortat, ac robuſtos & fortes facit, erigit iacentes, conſolatur afflictos, accendit tepidos, excitat pigros, cor inflamat. Vnde hæc omnia ſibi prouenerunt? Certè quia venit de cœlo; quia ex bona arbore non poteſt eſſe malus fructus. Si bona terra producit centuplum, quantò magis à Deo, à quo omne datum eſt optimum, ſuauiſſimus, & deſideratiſſimus erit panis, initium neceſſariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis. Nil ſine pane ſufficiens vitæ humanæ reputatur: iuxta hoc eſt verbum ſaluatoris. Qui manducat hunc panem viuet in æternum, ideſt ſine illo non eſt vita. Dicamus Deo. Domine da nobis hunc panem, hunc nunc nobis, poſtea vitam æternam, &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO IIII.

Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Ioan. 6.

SVccedens Iosuë Moysi dixit populo. In hoc scietis, quod Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Cananeum, & Etheum. Hiere. 10. Dominus Deus verus est ipse Deus viuens. Quam veritatem, Philosophi qui Act. 17. dixerunt. In quo viuimus mouemur, & sumus, sine speciali lumine descendente à patre luminum sunt assecuti. Quod verbum fuerit ab æterno apud patrem, quod omnia facta in ipso fuerint vita, quod ipsummet verbum fuerit per quod omnia facta sunt, æternus Pater, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, reuelauit, vnigenitus qui est in sinu patris enarrauit. Ioannes qui non ab homine, nec per hominem accepit, nobis tradidit. Cum viuens esset in mundi principio, & fine operum sex dierum, sumens limũ de infimo terræ elemento Adam plasmauit, atque in faciem eius spiraculum vitæ inspirauit, & factus est homo in animam viuentem. Sicut arbor à fructibus, ignis ab eo quod calefacit, lux ab eo quod illuminat, & in vniuersum causa ab effectu cognoscitur, sic vita creatoris à creatura mundi conspicitur per hominem, qui huius mundi princeps constitutus est, quia nemo dat quod non habet. Non solum per ipsum vitam conferre potest, sed per alium semotum ab eo. Ostendit hoc Ezechielis oraculum clamore feruido cõpellantis atq; dicentis repetito geminatóq; sermone. Ossa arida, ossa arida, Diuina tunc quadam occulta virtute ossa arida floruerunt, mortua reuixerunt, in vnum redacta atq; compacta simul erecta steterunt, quæ antea iacuerant sepulta. Commemorata historia nostri thematis est comprobatio, nam si Verbum diuinum est vita, & per vocem Prophetæ ossibus aridis dedit vitam, consequẽs est quod per carnem suam poterit nobis dare vitã, ideo dicitur. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, idest sub speciebus panis, Ego carnem meam dabo,

Matth.

Iean. 1.

bo, quæ sicut in cruce erit cruentum sacrificium pro mundi vita, sic eadem caro mea in sacramento modo incruento est vita, & cibus vitæ, *mil falsas hare de mi carne.* Hæc est illud holocaustum pretiosissimum quod pater odoratur, illud quod acceptat, & sibi offerri expectat, *porque todo lo demas le da en rostro*, illud quod est salus gentium, & omnium infirmorum, illud quod est vita & resurrectio mortuorũ. Illud quod viuificat mortua, quod suscitat defuncta, Hoc pretiosissimum nõ vile in cibum vobis dabo. Sancti sanctorum veritatem, sanctus probat Cyril. dicens. Si Christus est vita, caro ei coniuncta vita erit, atq; viuificatiuum instrumentũ, suadensq; hoc exemplo c. 23. inquit. Si mel ea dulcia facit quibus commiscetur, nonne stultum erit viuificam verbi naturam putare non dedisse homini in quo habitat viuicandi virtutem? Idest si mel potest indulcorare, calidum calefacere, lux lucidum reddere, Deus qui est vita poterit viuificare. Si dedit vitam per instrumẽtum separatum, poterit per humanitatem, quæ est instrumentum coniunctum, ad vnitatem diuinæ personæ eleuatum. Aqua fluens, locorum, & terrarum per quas decurrit naturam sapit, eorum recipiens proprietatem, lignum plantatum secus decursus aquarum fructum facit in tempore suo, Hæc caro vitæ coniuncta vita est vitæ faciens fructum. Si absenti regi proreges obediunt, à fortiori præsenti obedientiam præstabunt. Si iacto lapide ad magnam distantiam virtute impressa lapidem alium ex opposito existentem confringo, à fortiori confringerem si propè me esset. Infirma fides reguli cognouit, quòd si Iesus esset præsens, poterat filio suo vitam dare, ideo dicebat. Descende priusquam moriatur. Comparatur ei Marthæ fides, quæ dicebat. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Glorioſa & commendata à Christo Centurionis fides, assecuta est, quòd in absentia, non expectata præsentia, poterat salutem conferre, ideo dicebat. Domine non

Cyril 4. Ioan. c 4.

Simile.

Simile.

Ioan. 4.

sum dginus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic
Ioan. verbo, & sanabitur anima mea. Vt probaret Christus vtrunque simul imperio vocis suæ Lazarum suscitauit sine contactu, & filium vnicum matris suæ tangendo loculum eius Luc. 7. Filiam verò Archisinagogi tenendo manum eius sanauit. Duo vltima loca sanctus adducit Cyril.

Volens ergo tactu carnis suæ salutem, & vitam conferre illam nobis in cibum dedit. Intellexerunt qui audito hoc verbo stultè, atque impudenter dixerunt. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad mãducandum? O immensus Dei mei amor, qui cum posset per ministrum mihi dare vitam, sicut per Ezechielem ossa arida viuificauit, noluit nisi per seipsum. Cum posset per se ipsum voce imperij sui sicut Lazarum suscitauit, noluit nisi per contactum, & vnionem carnis suæ. Voce imperij creauit cœlum cœli, & quicquid sub ambitu cœli continetur; ac hominem non nisi inito consilio, præmissa allocutione ad cæteras personas, condidit, assumpta quadam imagine humanæ naturæ, vt quidam dicunt (de quo dubito,) Ad exagerandam immediatam eius causalitatem inquit Iob. Manus tuæ fecerunt me, Ideſt immediatè cor-
Aug. Eug. Psalm. 138. citat Euseb. Cesariẽs. & Hyppolitũ super Dan. 1. 2. respondent posteriora prioribus, & in amore humanæ naturæ, Deus nescius mutationem perpetuus est, ideo verè nos diligens, non per Angelos sicut antiquitus, non per manna, non per lignum vitæ sicut Adam, se per se ipsum, qui est verè lignum vitæ viuificat. Ipse est cibus, author cibi, institutor cibi minister qui cibum administrat, & porrigit. Resurrectionem Lazari per imperium vocis suæ, bene Ezechielis
4. Reg. 4. adumbrat historia, docet oraculum. Vitam quam nobis tactu corporis sui tribuit, bene historia Eliseĩ, incubantis super puerum, exprimit. Elisæus pueri intrauit cubiculum. Dominus Iesus ingreditur viscera nostra, pro viuificandis animis, pro moderandis passionibus

corporis: Quid mirum quòd hoc faciat tactu corporis sui, quando tactu ossium Elisęi mortuum viuificauit? O diuinus, ac viuificus contactus. Persistamus in discursu, quæramus veteris testamenti vmbras, celebrem commemoremus historiam, Exod. 12. Nunquam electus Dei populus à Pharaone dimittitur, atque in libertate cõstituitur, vsque dum comeditur agni caro, cuius sanguine vterque domus postis intingitur, ac rubricatur. Quod antiqua adumbrat historia, oraculum Christi dicentis, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, Veritate, vmbris succedente, manifestat. Non liberatur populus ille per virgam, per Moysem, per miracula sine sanguine, & esu agni, corda eorum roborantis, ac fortitudinem præstantis. Non liberatur humanũ genus per Dei ministros, per signa atque portenta, sed per sanguinem, & esum agni. Non introducitur ad terram promissionis lacte, & melle manantem sine manna. Vtrunque simul requiritur ad hoc quod introeamus semel Sancta Sanctorum, hoc est in cœlestem illam Hierusalem, quæ sursum est, vt introducamur in Beatam illam requiem, quæ nobis promissa est. Quòd occidatur Christus, quòd sanguine eius soluatur pretium patri, pro peccato debitum, quòd sumatur caro in cibum, quòd comedatur manna, omnia simul nostro themate commemorantur. De manna fit mentio cum dicitur. Panis. Quòd sit cibus, cum dicitur. Dabo. Quòd sub pane, idest speciebus fit caro Christi correspondẽs agno paschali, cum dicitur, caro mea verè est cibus, vbi duæ figuræ dispersę in veteri testamento, simul conueniunt quadam vnitate signi & signati. Caro Christi correspondens agno, & contentum, & signatum sub sacramento, species panis sunt sacramentum tantum, & hoc significabat manna, ideo manna, & agnus hic sunt simul in speciebus continentibus carnem Christi. Quod hæc caro, quæ est cibus debeat prius immolari (quamuis Apostolis prius data fuit in *Nota.*

cibum) commemoratur cum dicitur, caro mea est pro mundi vita, idest in cibum est danda sicut manna, & agnus, & in libertatem, & vitam pro mundo in cruce est immolanda, immolabitur in pretium, dabitur in cibum, vt applicetur meritum passionis. Passio Christi in se est velut pretium, est velut medicina. Vt nobis prosit, debet nobis applicari, alias erit sicut medicina in domo Pharmacopolæ, *medicina en casa del voticario.* Applicatur nobis per baptismum. Parum Deo visum est hoc, ideo voluit, vt applicaretur per ipsammet carnem qui est vita. Si clamante Ezechiele. Ossa arida, ossa arida, ossa reuixerunt. Si mulier tangens fimbriam Iesu sanatur, & vmbra Petri sanabat: si loquela Zachariæ nomẽ filij nominãdo restituitur: si pallio Eliæ, prophetiæ donum Elisæo communicatur, & aquæ Iordanis securam illi viam, & transitum præbuerunt, quantò magis hoc corpus, iste panis dabit nobis vitam? Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? accipiat & manducet hunc panem, & labia sua nec loquantur dolum. Lucifer dæmoniorum princeps, non per alium, sed per seipsum mulierem decepit. Per mulierẽ quæ erat caro primi Adæ iuxta illud Gene. 2. caro de carne mea, ipsum Ada, Voluit Christus carnẽ suã immolare in cruce, cõtra deceptionẽ serpentis in carne illius animalis, & meritum suæ passionis nobis applicare per carnem, ideo ponit præceptum. Nisi manducaueritis. Baptismus vt dicemus serm. 7. votum Eucharistiæ includit. Primus Parens assumpsit illum cibum de manu fœminæ. Christus Dominus dat seipsum discipulis suis propria manu. Tunc sub præcepto dixit ne comederent de fructu mortis. Nunc sub præcepto præcipit comedere de fructu & pane vitæ. Post peccatum Adæ ex vnione carnis cum anima peccatum originale contrahitur, non quia in carne sit peccatum, aut morbida qualitas, sed quia illa vnione efficitur filius Adæ, & homo est qui generat carnem. Caro illa

quæ est ex Adam, est velut organum per quod cõmunicatur nobis peccatũ, per peccatum mors in sensu exposito. Caro est radix omnium malorum quæ in nobis postea suboriuntur. Caro secundi Adam, est sacrificium pro peccato primi Adæ, est vita contra mortem; quam ex primo Adam contraximus. Carne participamus miseriam Adæ, carne participamus gloriam Christi, nam mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. De peccato damnauit peccatum in carne. Idest de carne sumpta ex Adam (quamuis modo miraculoso ex Spiritusancto) in carne Christi, quæ facta est hostia pro peccato damnauit Adæ peccatum. *Rom. 8.* Venenum mortiferum statim occupat cor & sic interimit. Theriaca, contra veneni mortifera, remedium est salutare: Cõficitur enim ex multis rebus veneno contrarijs. *Simile.* Vt autem ascendat cor vbi venenum nocet, miscetur aliqua substantia viperæ venenosæ quæ cor quęrit, ideo ipsa venenosa substantia remedium est salutis. Non potest nocere propter alia quibus miscetur. Si ex carne venenum nostrum, ex carne remedium & Theriaca contra venenũ. Quia de Spiritusancto conceptus & verbo vnitus homo Christus, vita est contra venenum mortis. O Domine & pater vitæ meæ, qui me genuisti & alijs alendum non me tradidisti, sed tumet me portabas in brachijs tuis, sicut nutrix suum portat infantem, amplius panem, qui est caro tua mihi in cibum dedisti, quid tibi retribuam, aut qua gratiarum actione magnificentiam hanc tuam magnam magnificabo, & exaltabo? Tam singulare, ac magnum est hoc beneficium, quod omnino me imparem agnosco ad illud dignè magnificandum & prędicandum.

Fiant Corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi. Per peccatum elongamur à Deo, finẽ accipiat peccatum. Dan. 9. Initium omnis peccati superbia. Ec-

cl. 10. Timor domini expellit peccatum, dominum timeamus & humilitatem diligamus; nam timor in sęculũ sæculi permanet. Psal. 18. & Sap. initium est Psal. 110. [Panis quem ego dabo caro mea est.] Officium principis est rempublicam ab inimicis defendere, ciues in officio & virtute continere, omni cura & diligentia omnia necessaria administrare, quia vita humana quæ animalis & rationalis est, omnia hæc postulat: aliter aut in corpore, aut in anima patietur iacturam. Si desunt virtutes scaturiẽt vitia, homines commouebuntur ad furta & homicidia. Si desunt necessaria, aut ciues peribũt, aut vagabuntur quęrentes cibũ, & vnitas ciuitatis dissoluetur, ideo ad principem pertinet legẽ condere contra vitia, medicinam prouidere contra infirmitates, necessarium administrare cibum ad mortalem vitam. Sic comminans Dominus ruinam Hierusalem, Isa. 3. inquit, Auferet Dominus omne robur panis, & prænũtians quomodo famelici & dispersi quęsituri erant regem inquit. Apprehendet enim vir fratrẽ suum, domesticũ patris sui & dicet. Vestimentum tibi est, esto princeps noster, respondebitq; in die illa dicens. Non sum medicus, in domo mea non est panis, nec vestimẽtum, ac si dixisset. Non possum officium principis & regis exercere, quia non sum medicus, nec in domo mea est panis, *no basta andar bien vestido que necessario es para ser rey curar mantener reyno*, ideo 4. Reg. 6. Cum fames magna esset in Samaria, quæ obsessa erat, mulier accessit ad regem dicens. Salua me Domine mi rex, vbi petiuit à rege vt retribueret illi cibaria ad comedendum. Cum antea Dominus satiasset quinq, millia hominũ, ex quinq; panibus voluerunt eum regem cõstituere. O verè Rex & princeps, qui nobis dedit legem ad virtutem, panẽ vitæ ad vitam, medicamentum ad salutem, nè deficeremus in via, iuxta quod inquit, Panis quem ego dabo, *el vanquete que yo hare*, caro mea est pro mundi vita. Antiquitus, sacerdotes animalium carnes comedebant,

quia non nisi carnes animaliũ offerebant. Nunc sacrificia & holocaustomata illa antiqua Deo nõ placent, caro Christi oblata in cruce est holocaustum Deo gratũ, hoc est quod dat nobis in cibũ, ideo inquit. [Panis quẽ dabo &c.] Idest cibabo illos illa carne mea, quæ est futura holocautum Deo gratũ, vt me comedẽtes, sint Patri meo grati. Panes illi propositionis in conspectu Domini erant in quadam mensa, per singula Sabbata auferebantur & alij calidi apponebãtur, hos comedebat sacerdos, Animalium quoq; carnes, quę Domino offerebantur, seorsum comedebat. Nunc inquit Christus. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, idest nunc non seorsum est vnum ab alio, sed vtrunq; simul, & gustato vno gustatur & reliquum, quia caro sub speciebus panis est. In beata illa requie videbimus Deum sicuti est. Clarè absque aliquo velo, illum gustabimus. Nunc quoniam nõ videmus per speciem & propriam formam, sed in speculo in ęnigmate obscurè, datur nobis caro eius sub velo accidentium sacramentalium. O conuiuium mysteriosum quod facere debuit Christus, qui princeps pacis, pater futuri sęculi, qui sacerdos summus secundùm ordinem Melchisedech. Quia princeps & rex regum, Dominus dominantium, magnum cõuiuium debuit facere. Quia summus sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, debuit esse mysteriosum hoc sacramentum, quod simul est sacrificium, Quantum ad substantiam grande mysterium, quòd si cõuersa in corpus Christi, sicut virga Moysis in colubrũ & conuersa fuit mulier Loth in sal, sicut & omnes cõuersiones quę sunt longè dissimiles, & minus mirabiles, licet non essent communes. Mirabile quoq; quod quantitas sit sine substantia, & sub qualibet particula Christus continetur, sicut anima sub qualibet parte hostiæ. Quantum ad alia accidentia videtur ibi esse, color, sapor panis, sed hoc non debet nos dubios tenere, nam baculum in aqua, quasi fractũ & diuisum videtur à medietate quæ

est extra aquam, sunt alia plura & innumera mysteria de quo videndus est S. Thom. opusculo 59. *comida de grandes ha se de dar cubierta.* Operiebatur vultus Moysis propter irradiantem splendorem vultus eius. Christus accidentibus cooperitur. De magnificentia huius conuiuij sufficienter dictum est.

Considéremus fratres quanto studio in suum nos amorem allicere curet. Rex dicitur vt illum timeamus, saltim ex timore à malo arceamur, sic dicitur rex regum, dominum dominantium, *Summo monarcha es sin auer emperador ni pontifice a quien apelar.* Si descendero in infernum, ades, *a vn en el infierno tiene trono de iudicatura.* Dicitur pater Isa. 9. pater futuri sæculi. Desiderat vocari pater. Hierem. 30. Voca me pater meus. Si factus sum Israëli pater, dicitur Mater Isa. 66. Quomodo si cut mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Dicitur frater Mat. cap. 8. Nuntiate fratribus meis. Ioan. 20. Vide ad fratres meos. Dicitur sponsus. Math. 9. Mar. 20. vbi discipulis Ioannis obijcientibus Christo quare discipuli eius non ieiunarent respondit. Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Sed quia reges declinant in tyrannidem patres fremũt & ira excãdescũt in filios, quod fecit Saul in Ionatham arripiens lanceam, vt percuteret illum. Quædá mater naturalis misericordiæ oblita filium coxit, frater in fratrem surgit & in falsis fratribus pericula plurima Paulus inueniebat, quod legimus de Absalon, qui occidit Amnon, & surrexit in patrem commouens rebellionem & seditionem. Sponsi, sponsis maximo periculo & timori esse solent, quod legimus in sponsis Saræ filię Raguelis, Tob. 7. & in Moyse cui tremens dixit Zephora. [Sponsus sanguinũ tu mihi es,] panis viuus de cœlo descendens dici voluit, vt saltim hac esca homines ad se alliceret. Auceps vt deprehendat aucupiũ, cibum sub laqueo illi apponit, cibus ille mors est. Christus sub speciebus panis cibum apponit, qui vita est;

Psal. 138.

1 Reg. 20.

4. Reg. 6.

2. Reg.

Exod. 3.

Simil.

ideo inquit. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.

Accedamus ergo fratres ad dominũ Deum nostrum, qui panis & cibus noster est, accedamus cum reuerentia, sed sine timore, quia iam non est sub rubo sicut cum apparuit Moysi, sed sub pane, *sabroso y comedero*, iam non est Deus vltionum, Deus zelotes puniens in quartam generationem, sed faciens misericordiam in sempiternum, iam non est Leo rugiens incutiens timorem, sed Leo distillans mellis dulcedinem. Postquam occidit Samson Leonem inuentus est in ore eius fauus mellis & examen apum. Verbum hoc [panis quem ego dabo] quid aliud est nisi fauus mellis? Simus nos examẽ apum & fructificemus sicut apes. Dolentes, quia non facimus fructum, dicamus cum Dauid. Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Vnde infirmi, vnde imbecilles, vnde aridi, *secos traspasalos*, nisi quia obliti sumus comedere panem hunc?
Panis quem ego dabo caro mea est. *Exod.3.* *Iud.14.*

Peracta forma consecrationis, iam ibi non manet panis, sed quia ibi manent accidentia panis ex quo conficitur corpus Christi, ideo antiquum retinent nomen, vt dictum est in principio huius tractatus. Cum hæc Dominus dixisset, carnales ac terreni homines qui cœlestia non capiunt dixerunt. Quomodo potest hic carnem suam dare nobis ad manducandum? O ceci qui oculis carnis volunt iudicare de altissimis mysterijs, cum caro non prosit ad ea, quæ sunt spiritus. Caro non reuelat hæc mysteria, sed Pater Christi, qui est in cœlis: ab ipso est omne datum optimum, & omne donum perfectũ. Ipse est Pater hominum. In fide quæ est lumen ipsius debemus videre diuina mysteria, vsque dum veniamus ad lumen clarum gloriæ. Lumen fidei non lumen naturale debet iudicium proferre de his altissimis mysterijs. Cum vellet Festus iudicare Paul. Act. 25. Paulus appellauit Cæsarem, qui erat supremus iudex. Iudicium de

hac veritate ad supremum iudicatorium, hoc est ad supremam partem mentis assidente sibi fide pertinet, non ad sensus, qui sunt iudices inferiores, qui iudicant tantùm de accidentibus sibi notis, *son jueZes de menudencias*, Sicut iudices inferiores quos constituit Moyses. Exo. 18. Non sutor vltra crepidam. Non mittere falcem in messem alienam. *Cada vno en su oficio nadie se meta donde no sabe donde no sabe donde no le llaman.* Quis te constituit iudicem dixit quidam Moysi, Exod. 2. Quis constituit sensum iudicem diuinorum. Si quilibet in regno vellet esse iudex, regnum esset diuisum, & omne regnũ in se diuisum desolabitur. In ventre Rebeccæ pax non erat, quia duo ibi erant capita populorum, Mulier non debet docere, sed discere à marito, Caput mulieris vir, 1. ad Cor. Caput sensuum mens. Obediat sensus menti, mens fidei, fides credat Deo, vt vnum tantùm sit caput. Minister iudicis non iudicat. Testis testimonium perhibet, postea iudex sententiam profert, sensus est sicut minister intellectus, qui testificat de his quæ percipit, intellectus debet proferre iudicium assistente sibi fide, quæ discernat an verum sit testimonium sensuum. *Es letrapo y abogado con quien el jueZ consulta y examina sus negocios.* Fides est oraculum Domini occultum. *Phanal y farolluZ del alma.* Rex, aut dux ab eo missus, vi & armis ciuitatem occupaturus, ciuitatis excubias, custodientes vigilias noctis occidere parat, vt commodè ciuitatem occupare possit: occupás ciuitatem, ciuitatis rectorem, ac regem captiuum ducit, sic 4. Reg. 25. Nabuchodonosor occupans Hierusalẽ Sedechiæ filios occidit corã eo, postea oculos eius effodit, viuum cecũ tamen catenis vinxit, ac vinctum in Babylonẽ adduxit. Quid hoc nisi illud Apostoli. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Mortificandus est sensus, captiuandus est intellectus in obsequiũ Christi, *Saquemos le el ojo de la lumbre natural*, quo iudicat diuina, captiuus per fidem fidelissimus iudex erit, *de se le la se por*

Simile.

Simile.

Simile.

2. ad Cor. 10.

In obsequiũ fidei nullibi habetur sed in ore multorum versatur.

acompagnado. De potentia dubitarunt. O miseri! imperij voce mundum de nihilo condidit, virgam Moysi in colubrum vertit, iterum in virgam colubrum cõuertit, *haze de las cosas todo lo que quiere.* Antequam de hoc sacramento loqueretur, ex quinque panibus quinque millia hominum satiauit. Quare tunc non dubitastis, *entonces omer y callar interes de por medio.* [Amen amen dico vobis, quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus,] Carnalis homo videns lucrum non dubitat, cessante lucro, nõ credit nec percipit quæ sunt spiritus. O fratres firmiter credamus & omne litigiũ longè sit à nobis, Nõ tentemus Christũ sicut quidã eorũ tentauerũt, nec murmurauerimus sicut quidã eorum murmurauerunt. 1. Cor. 18. dicamus quoque nec litigauerimus sicut quidã eorum de hac veritate litigauerũt. Omne litigiũ maximè impedit sumptionẽ huius sacramenti, quia Deus noster non est Deus dissensionis, sed pacis, ideo dixit. [Si offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, vade reconciliari fratri, & tunc veniẽs offeres munus tuũ,] vbi manifestè ostẽdit Dominus quãtũ susceptioni huius sacraméti litigiũ, odiũ & inimicia obstet. Cũ vellet dominus illi populo antiquo coturnicũ carnes dare, Num. 11. dixit Dominus. Sanctificamini, cras comedetis carnes, Sic nos ante sumptionem panis huius, qui caro est Christi, sanctificari debemus. Sequitur in textu. Ventus autẽ egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra. Ventus superficiẽ terræ purgat. Sic debemus Spiritu Domini afflati, ad hoc sacramentũ accedere, non inanis gloriæ vano desiderio perciti & moti. Caro coucupiscit aduersus spiritũ, ideo accedentes ad hoc diuinũ sacramentũ debent ab omni carnis immunditia esse liberi, Cum Dauid panes propositionis ab Achimelech postulasset, quia non erat alius panis quẽ fatigatus posset comedere dixit Achimelech. Si mũdi sunt pueri maximè à mu-

Num.

lieribus manducent. Munditia omnis requisita est, maximè munditiam carnis postulauit. Ad suscipiendum panem, quia est caro Christi, maximè requiritur in suscipiente munditia carnis. Contra vtrunque vitium simul, scilicet odium proximi, & carnis immunditiam,
Gal 5. facit illud Pauli. Quod si inuicem mordemini & comeditis, videte, nè ab inuicem consumamini. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis, Hæc caro Christi datur nobis, vt sanctè & piè, ac spiritualiter viuamus, vt hic habeamus vitam gratiæ, postea gloriæ, quam mihi & vobis, &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO V.

Caro mea verè est cibus. Ioan. 6.

CVm æternum verbum Patris per quod omnia facta sunt in sinu Patris erat reconditum, nondum caro factum, quia tempus à Deo præstitutum, & ordinatum ad hoc mysterium consumandum, nondum peruenerat, inuisibilis erat in suis lucem inha-
Iud. bitans inaccessibilem, Cœlestium spirituum, qui nō dereliquerunt suum principatum, cibus indeficiens erat, Raphaëlis docemur oraculo ad Tobiam dicentis. Videbat quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest vtor.] Quis est iste cibus inuisibilis, nisi ille Dominus qui ad Moysem, conspectum eius desiderantem dixit, [Non videbit me homo & viuet.] Ioannes etiam, Deum nemo vidit vnquam, intellige homo mortalis. Vt homo, qui paulominus minoratus ab Angelis anima & corpore constat, Angelorum cibum sumere ac gustare posset: Deus qui est spiritus; carnem sumere di-

gnatus est, quam nimia charitate qua nos dilexit, cum inimici essemus in cibum nobis dedit, ne homines cibo essent dispares, qui Angelis natura non erant omnino diuersi, sed valde consimiles, ad eandem gloriam creati & ordinati. Angeli gustu percipiunt, intellectu capiunt discretas personas indiscretæ substantiæ deitatis. Nos carne mortales, immortalem carnis substantiam discretæ personæ (vtinam discretione iudicij) sumimus, vnde si non faciem ostendit nobis Deus ostendit tamen omne bonum, & videmus posteriora Dei, videndo Dei filium sub carne & accidentibus occultatum, Angeli clarè per speciem nos obscurè per fidem, ipsi habent hæreditatem nos adoptamur ad hæreditatem, ipsi possidét nos speramus, ipsi in termino nos in via, ipsi inuisibili cibo videndo gloriosè, nos visibili cibo videndo sacramentaliter in carne mortali. Angeli inuitantur ad cœnã; quia sicut post refectionem cœnæ statim dulcis sequitur somnus ab omni labore liber, sic Angeli beati in illa sunt requie vbi clara Dei visione cibantur & delectantur. Nos Deo clarè viso non fruentes cibamur carne Christi & inuitamur ad prandium, quia sicut post prandium multum supereſt ad cœnam tépus, iuxta Matth. cap. 22. Ecce prandium meum. Hoc prandio adoptamur ad illam cœnam, quia pignus hic accipimus illius futuræ glorię dicente Domino Saluatore. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Natura diuina, sicut illam Angeli gustant, non poterat à nobis in cibum sumi & degustari, in hac vita carnes crudas homines comedere & degustare horrescunt. Quid fecit Deus, vtri- *Simile.*
que obuians, carnem sibi vniuit in vnitatem suppositi, sub accidentibus panis dedit, vt delectabiliter in accidentibus carnem, in carne Deum sumeremus in cibum. Odoriferæ substantiæ non possunt esse cibus, sed comminutæ & liquatę, eorum odore cibaria condiuntur & superfunduntur, hoc modo sumuntur in cibum, ex vnione humanæ naturæ cum diuina persona, facta est

quædam compositio, sic datur nobis caro vnita diuinitati, *ô que diuina passa y confection de alcorca* ô verè panis de cœlo. Tali cibo cibatur homo in via dum non peruenit ad montem sanctum Domini. Caro malè audit in scriptura, & sæpe in malam partem accipitur. Genes. 6. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, & iterum. Omnis quippe caro corruperat viã suam. Ecclesiast. 24. litera c. generatio carnis & sanguinis alia nascitur, alia finitur, Hispanè, ad significandum incõstantiam alicuius dicimus. *Es vn tortolito sin reposo*, sic generatio carnis alia finitur, alia nascitur. Isaiæ 40. omnis caro fœnum, de fœno inquit Dauid. Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quàm euellatur exaruit. Econtra Deus se magnificans & à carne mutabili se distinguens, inquit. Ego Deus & non mutor. Distinguẽs Euangelista filios Dei à filijs hominum, inquit. Qui nõ ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Cum quis inferioris cõditionis, alicuius principis & familiæ nobilissimæ consanguineum se prædicat ac gloriatur, dicimus Hispanè *fulano no es pariente de essos ni tiene que ver*. Vnde Paulus 1. Corinth. 25. carnem & sanguinem extra hæreditatem, cui succedere solent consanguinei defuncti, facit dicens: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Per incarnationem sanctificata fuit caro, hæc nobis in cibum datur, vt nos quoque sanctificemur & restituamur in bonum quod per esum Adæ amisimus. Posuit Deus carnem in costa quam tulit de Adam, & cũ ædificasset Euã, eam postea dedit Adæ vt fierent vna caro: ad hũc modum sumpsit Deus carnem ex nobis, hanc iterum nobis in cibum dedit. Cum Dominus eduxisset Abraham de terra sua, eligens illum vt caput specialis & dilecti populi, statim ei terram promisit, in qua filij eius habitassent. Terra lacte & melle manabat. Eligens sibi Christus sponsam Ecclesiam statim cibum concessit quo viuere posset, ideo inquit. Caro mea verè est cibus *yo soy vuestra here-*

dad y manjar. Lasciuæ mulieres, vt in suum amorem attrahant homines, solent conficere cibaria. *Dan bocados y beuedizos,* Sic Dominus meus Iesus Christus hunc instituit cibum, vt homines in suum attraheret amorem, Quis pastor gregem, quæ mater filium suo proprio aluit sanguine? Certè nullus. Sicut in cæteris, sic in hoc singularis existit Dominus meus Iesus Christus. Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante præsepe steterit (onager asinus est agrestis,) idest, ipsa domestica & syluestria animalia magis ferocia & inquieta quiescunt cum habent pastum ad sufficientiam, tunc non rugiunt *No braman muertos de hambre* sed tacent in cubilibus suis *dan se por contentos.* Nunquid conqueri potest homo, qui Dominum Angelorum habet in cibum? Esau non habens cibum, primogenituram pro cibo vendidit. Antiquus Dei populus famem patiens contra Moysen, & Aaron murmure surrexit, Dominus tunc manna pluit, Exod. 16. Cum postea non dedisset illis carnem, murmure surrexerunt dicentes: Anima nostra arida est, quis dabit nobis ad vescendum carnes? Quædam mater proprium filium coxit, fame pressa, 4. Regum 6. Nunc quando ipsius Domini cibamur corpore, pro murmure illius populi perpetuas debemus Deo gratias agere, cũ propheta regiæ dignitatis alternatiua voce decantantes. *Psalm.103.* Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia à te expectant vt des illis escam in tempore. Quis similis tui magnificus in sanctitate? Exod. 15. idest nullus magnus, est tibi similis. Miser homo primus, qui vitam Angelicã viuens comparatus est iumentis, similis factus est illis. Nolite (fratres) fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Nabuchodonosor à vita humana in vitam bestialem per peccatum descendit; è contra Ioannes Baptista sicut munere & officio Angelus erat, iuxta illud Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam ante faciem meam, sic Angelicã age-

bat vitam ab omni humana cõuersatione sequestratus, nè leui saltem maculare vitam famine posset. Natura humana media est inter angelicam & animalem, minor est natura angelica, maior natura bestiarum, si immaculatum se homo custodit ab omni vitio assimilatur angelis; nam viuere in carne sine immunditijs carnis angelica vita est.

Viuere secundùm carnem mors est, bestialis vita est, nam viuitur sine dictamine rationis: nulla est differentia inter hominem, & bestiam, ideo scriptura comparauit primum hominem iumentis, & iusto Dei iudicio Nabuchodonosor damnatus est habitare cum bestijs. Furiosis & iracundis dicitur, furor illis secundùm similitudinem serpentis, hominibus nequam, genimina viperarum, quis ostendet vobis fugere à ventura ira: Matth. c. 3. versipellibus ac fraudulentis, ite dicite vulpi huic, Lucę 13. amatoribus fœminarum, equi insanientes in fœminas, facti sunt mihi. Hierem. cap. 5. brutis ac ve-
Psalm. 31. cordibus. Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intellectus: vt vitam agas angelicam, ô homo Christi tibi datur caro in escam (proprium quidem est alimenti edentis corpus ad naturę suę temperamentum trahere) caro piscium, qui aqua nutriuntur frigida est, & humida sicut ipsa aqua. Hispanè dicitur, *mamolo en la leche*. Propter hoc diebus pœnitentiæ contra ęstum concupiscentiæ carne piscium alimur, & terrestrium animalium caro nobis prohibetur. Vt trahamur in diuinã ac cœlestem vitam Dei hominis caro in cibum nobis datur, vt de impijs iusti, de auaris benigni, de incontinẽtibus casti, de terrenis incipiamus esse cœlestes, hoc pane qui de cœlo descendit. Quæ autem est ista mutatio nisi dexteræ excelsi?

Finis incarnationis In hoc altissimo Sacramento apparet finis incarnationis, assumpsit enim Deus carnem vt esset pretium & hostia pro peccato, ideo inquit. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, In hoc Euangelio, Panis quem

ego

ego dabo caro mea est pro mundi vita. Apparet alius, nempe vt daret eam nobis in cibum. Hoc est quod inquit, Caro mea verè est cibus, idest, verè vobis in escam trado. Iuxta quod inquit Chrysostomus. Frater vester esse volui communicando carnem hãc, eandem vobis iterum ego communico, cibus vester effectus. *Tomadla que para vosotros lo quiero todo.* Apis argumentosa flores pomarij suggerit, ex succo mel conficit suauissimum gustui, *Da la flor moorada.* Si flos in suo antiquo loco maneret, æstu solis arèret omnino prius quàm euelleretur. Omnis nostra caro sicut fœnum arebat, Carnem ex nobis accipiens in escam suauissimam dedit. Apis sic mellificans, bene rependit beneficium quod à Domino, qui conueniens ei præparat habitaculum, accepit: Sic Christus Dominus, bene rependit quod à nobis accepit. Apud Martham & Mariam accipiebat hospitium, *Bien pagado fue*: Nam Lazarum suscitauit, Mariam ab omni vitio purgauit, Sic antiquitus Elias, viduam quæ illum suscepit, ditauit. Panẽ vitulúmque tenerrimum præparauit. Abraham, vt mãducaret Angelus qui annunciauit conceptionem Isaac, & alij duo viri qui cum illo erant: hoc beneficium rependens Deus, non panem de terra genitum, vitulum de armento separatum, sed seipsum de cœlo descendẽtem, de Spiritu sancto conceptum, dat in cibum.

Chrysosto. hom. 60. ad populũ Antiochenum Simile.

O immensus amor omnem humanum superãs amorem, Blanditur mater filio suo, quem portauit in vtero, post natiuitatem portat ad vbera. Hoc ipsum per Isaiam promittit nobis Dominus dicens: Quomodo si mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini: Super quæ verba inquit Cyrill. Quia adhuc infantes sunt & nondum perfecti, veluti paruuli infantes, in humeris tollentur & super genua consolationem habebunt, Hispanè, *Siempre arae sus hijos en bracos haziendo les mimos.* Amplius vix potest mater obliuisci infantem suum, vt non misereatur

Isai. 66.

Maior amor quam propriæ matris.

filio vteri sui, tamen si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui inquit Dominus, Isaiæ 49. & 4. Regum. 6. quædam mater filium suum coxit & comedit, atque alteri mulieri comedendum tradidit. Communiter omnes nobiles fœminæ alij alendos tradunt. Quod notat & ponderat Chrysostomus homil. 60. ad populum Anthiochenum. Iesus non sic, sed ipse pater, ipse nutrit, ipsemet seipsum in cibum dedit. Si beneficia & dona, vincula & funes sunt, quibus alligamur & obligamur redamare amantem, quod maius beneficium quàm seipsum in cibum dare vt omnis noster appetitus satietur? Quid quæris cibum mortis, quid plura præparas cibaria cum porrò vnus cibus est necessarius?

Prouida ac solicita natura, corruptibilia multiplicat indiuidua, nè esse speciei pereat omnino, quod omnis philosophorum schola quotidie personat, ac sine fine decantat. Non solùm propter hoc multiplicat, sed ad inducendum effectum per plures, quem inducere non potest per vnum indiuiduum. Sic stellæ plurimæ sunt per noctem, quia vna omnium stellarum non continet virtutem. Sic artifex funes duplicat atque multiplicat vt multitudo suppleat virtutem. Sic in homine plures sunt sensus, quia vnus sufficiens non est ad ministerium intellectus, & humanæ naturæ perfectionem: at in cœlo vnus est sol, sine consortio alterius solis totum terræ orbem valet illuminare. In homine vnicus intellectus, qui valet cuncta intelligere, vna sola auis phenix est, quia sine consortio alterius sui incineratione noua alia de nouo generatur. Sic vnus est mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui semel modo cruento se obtulit in Cruce, introiens in sancta, æterna redemptione inuenta. Hebr. 9. Sic vnus est cibus nempe eius caro, animam viuificans, hunc cibum si non manducaueritis non habebitis vitam. Quid quæris ô homo alium cibum. Miser ille populus antiquus, qui habens manna suauissimum, & desideratissimum:

tœpe, porros, & alia quærebat. Ad quid turpem quæris carnis delectationem ? Refrigerium cito transiens. Fruſtra, ô homo in hoc mundo quæris animæ refectionem, hæc vna eſca eſt quæ animam in via poteſt ſatiare. *Num.* 11. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur Eccleſiaſtes primo. *Siempre deſſeaua vn mas.* Feci hortos & pomeria, extruxi mihi piſcinas vt irrigarem ſyluam lignorum, vidi in omnibus vanitatem, *Ni comida ni coſa alguna me harto*, Vidi vanitatem. *Todo era falto y defectuoſo que no henchia el vazio de mi atma.* Nunc inquit Chriſtus: Caro mea verè eſt cibus, ideſt, ſicut verè datur in cibũ, ſic verè eſt animæ refectio in hac vita, Eccleſiaſt. 48. corpus Eliſæi prophetaſſe, & cap. 49. dicuntur oſſa Ioſeph prophetaſſe: vbi inquit Nicol. oſtendiſſe eſſe prophetam. Sic caro mea verè eſt cibus; *Eſta mi carne es vida y moſtrara ſer yo vida.* Niſi manducaueritis carnem filij hominis. *A ſe que aueys de morir y andar ambriento.* Iudæi ſermonis proprietatem ſuſcipiunt, poſſibilitatem negant, contra illos cum Gabriele dicendum. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Hæretici admittunt poſſibilitatem, negãt proprietatem, contra illos arguendum eſt. Ipſe dixit, ergo verum eſt. Dixit Iſaias cap. 58. Cibabo te hæreditate Iacob patris tui, Subiungit ſtatim. Os Domini locutum eſt, *Baſta dezirlo Dios*, Quia nec ex ignorantia poteſt mentiri, nec ex malitia poteſt velle mentiri. Quia eſt ſummè bonus, & omnia ſunt nuda & aperta oculis eius. Hiſpanè, *Es mi hijo muy hombre honrado no dexara de dezir verdad.* Fruſtra alia quæritur ratio ad credendum, licèt quæri poſſit ad ſuadendam veritatem credibilem. Quia rationes naturales ſunt ſodales & virgines quæ *Nota.* comitantur fidem, quę eſt velut Regina. Duæ famulæ *Heſter.* 25. ſequebantur Heſter, Abra, Iudith. Iudith ſe ornauit, modum accedendi Holofernem ipſa excogitauit, Dominus contulit ſplendorem, Abra ſequebatur vt miniſtra. Fides Domino concurrente ſuperat omnem exer-

citum dubitatiuum. Naturalis ratio potest administrare rationes, quæ suadeant, explicent & manifestent illam veritatem. Fides dicit, Verbum caro factum est, Naturalis ratio administrat similitudinem rami arbori inserti, & animæ rationalis cum corpore, & accidentis cum subiecto, Sed propter ista non credis, sed quia Dominus dixit. Omnem aufer iniquitatem & accipe bonum & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Vbi Hieronymus inquit. Aufer iniquitatem quæ in nostro corde versatur, & accipe bona fidei, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vituli labiorum seu fructus labiorum, sunt in patrem, filium, & spiritum sanctum, & in passionem & resurrectionem credere. Gulosi Deus venter est. Auarus colit mammona, hæreticus dogma quod fingit, hæc Hieronymus, Auerrois plenus iniquitate, legem Iudæorum, puerorum esse dicebat, propter innumeras cęremonias. Legem Maurorum & Saracenorum, legem porcorum appellabat, propter plura obscæna, quæ in ea inueniuntur. Legem nostram, stultam prædicabat, quia docet, quòd Deus noster est cibus noster. Approbans legem naturalem dixit. Moriatur anima mea morte Philosophorum. Ne quæras humanam rationem ad credendum: sufficit enim quòd ipse dixit. Aufer iniquitatem, & sciemus hic esse Deum, & carnem eius esse cibum. Manna illud suauissimum aliquid continebat in gustu, quod non ostendebat aspectus. Gustus aspectum superabat. Literæ contextus probat, Nam dixerũt, Manhu, quid est hoc? Quando sederis vt comedas cum principe diligenter attende quæ sunt appositа, & statue cultrum in gutture tuo. Conuenienter explicatur de reuerentia exteriori, & præparatione voluntatis. Explicemus de reuerentia in intellectu, quæ consistit in hoc, quòd fide consideremus maiestatem Principis, ad cuius mensam sedemus, ideo nihil naturali tatione disquiramus, Statue cultrum gutturi tuo. Vbi Hieronym. Per

allegoriam cuncta dicũtur: Guttur pro loquela posuit, quia vox in gutture est. Cultrum pro discretione, quia sicut cultro escam præparamus: Sic discretio omnia præparat. Nulla maior discretio quàm tacere *Al buen callar llaman Sancho, cosamos la boca, inquisicion chiton.* imponam digitum ori meo dicebat Iob, *No ay sino callar.* Nume. 19. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper immundum erat. Oportet operire oculos sicut Seraphin, Isai 6. Sicut Elias 2. Regum 19. Puniti sunt Bethsamitæ, quia viderunt arcam, *Echar al entendimiento un capirote como à halcon.* In signum huius, Exod. 11. iubebat Dominus agnum illum assum comedi, & caput cum pedibus vorari, caput Christi Deus, 1. Cor. 11 Pedes eius humanitas, & caro infirma, cuius scabellum fuit Crux, in qua pependit. Debet ergo supremum & infimum Christi, & quicquid in illo est, fide venerari, credi & adorari, & in cibum sumi sine disquisitione, Hispanè, *Come y callad*, Comedebant illud festinanter. *No hemos de ponernos de espacio à querer saber como esta en la Hostia.* Cum famula, dominam suam valde timens, aliquid inscia domina, furtim comedit, præproperat cito comedere, *sin ser sentida*, maximè si dominam suam sentit, & vocem eius audit *Porque no la coxa con el hurto en las manos.* Accedens ad altare, festinanter debet comedere, *Sin ponpa y autoridad*, Ponat circunstantiam labiis suis, *no es manjar de bachilleres*, nunquid cum medico præcipiente, datur infirmo medicamentũ disquirit infirmus quomodo sit confectum? *andad segnor passaldo que os da la vida*, de facto sic legimus Dan. 14. cui, cum ministerio angelorum, Abacuc cibum administrasset, nulla interrogatione facta, aut disquisitione præmissa, illum degustauit, & comedit. O homo summa auiditate comede, quod summo amore, & charitate tibi datur. *Simile.*

Antiqui illi patres idolorum cultores, cum antiqui-

tus carnes comederunt, surrexerunt ludere. Ad malum cibus ille prouocauit. Cibus iste cuncta carnis desideria consumit. Sicut cera liquefit, & fugit à facie ignis, sic vitia à facie Domini, qui in hoc sacramento continetur. Miratur Dauid quod adueniente Arca Domini aquæ steterint, & conuersæ fuerint retrorsum dicens. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Mare rubrum securum gressum Dei populo dedit Exod. 14. Iordanis Iosue 5. Arca illa in qua erat manna figura erat huius sacramenti, sicut ergo tunc non solùm tumescentes fluctus maris sunt sedati, sed abiit retrorsum, *hizieron se vnos montes de agua y quedaron vias para que passassen.* Diuisit mare rubrum [Indiuisiones] sic è præsentia domini vitia fugiunt. Hic cibus, hic potus, tumescentes fluctus superbiæ confringit, elationem humiliat, supercilium deprimit, inquietum spiritum ambitionis sedat, vana, ac varia desideria dignitatum fugat, ardorem ignis concupiscentię extinguit, ac mitigat, sicut antiquitus similis filio Dei, ignem fornacis in Babylone mitigauit, nè tribus pueris posset nocere, *el tropel de pensamientos se quieta y las torres de viẽto caen los empinados y cuilliergidos se humillan.* Varia erant illa animalia, quæ in curru Ezechiel vidit, sed quia ibi erat Spiritus Domini, & similitudo quasi aspectus hominis desuper. *Christo hombre del Cielo le regia y el spiritu sancto le mouia.* Summa concordia erat. Verè in hoc sacramento, est homo Deus, quid mirum quòd passiones sedentur? Si mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur Christi fimbriam tangens sanata est, quid mirũ quòd quiescat impetus concupiscibilis, & irrascibilis. Magdalena tangẽs, & osculans pedes eius remissionem peccatorum meruit accipere. Alloquendo cum muliere Samaritana illuminauit illam; Quid mirum quòd reali vnione, & incorporatione nos sanet?

Cypria. de cœna Domini.

Simile. Psalm. 113.

Dan.

Ezech. 10.

Accedat ergo infirmus ad medicum, vulneratus ad vnguentariam officinam, vt vulnerum suorum accipiat

medelam. Aestimamus cornu Vnicornis contra venena, Smaragdum contra morbum caducum, & quia reddit memoriam lasciuósque motus compescit. Aspidem, quia reprimit febrem, & hydropisim, si illum gestant castè, quantò magis debemus hunc cibum, qui contra mortem est vita, contra infirmitatem salus, contra imbecillitatem robur, contra timorem fortitudo, contra famem refectio, æstimare? Aestimamus hunc cibum contra cordis languorem, & animæ infirmitatē, comedamus sicut antiqui patres agnum illum comedebant festinanter, id est summa auiditate, *No vian la hora que acabar*, Sic summa auiditate debemus hunc gustare cibū. Quod reliquum erat vsque mane igne comburebatur. Id est si quid agni mentem nostram præterierit, & superauerit diuini amoris igne comburatur, *Dexe mos loa Dios*, qui est ignis consumens Deuter. 4. In alia vita comedemus illud. Quod in domo diuitis supereſt in meridie, reseruatur pro cœna ad occasum. In illa vita, quādo inuitati fuerimus ad cœnam agni, & perpetuam requiē cognoscemus. Sit igitur in intellectu fides, & prædicta subiectio. In volútate prædicta auiditas, & amor. Quia corpore cōstamus, & in parte sensitiua sunt actus vitiorum, actus quoque requirūtur virtutum, ad huius sacramenti præparationem debitam. Lumbos præcinctos habebant antiqui, sic ad Apostolos dicitur, & per eos ad nos dirigitur sermo, [Sint lumbi vestri præcincti] Vbi Gregor. Lumbos præcingimus cum carnis concupiscentiam coarctamus. Ibi est luxuria, vt docet Iob, dicens: Virtus eius in lumbis eius, ideo Paulus, *Mortificate mēbra vestra*, Vir quoq; vxoratus debet abstinere ad tēpus, nā quamuis oppositū nō sit mortale, quia Deus matrimoniū instituit, est ingēs irreuerētia omni correctione, & reprahēsione digna. In signū huius Moysi præcipitur, vt populus, qui ascensurus erat ad mōtē Oreb, antea purificaretur. Dauid quoque cum suis interrogatus fuit, an mundi essent pueri à tactu suarum vxorum, vt

Gemme.

Luca.
Gregor.

Exod.
3. Reg. 21.
Hier. tom. 2. serm. de vigil. Pasch

vult Hieronymus, à quo ista accipio sermone de vigilia Paschæ, calciamenta habebant in manu, quia calciati esse debemus pace, & patientia: nè scorpius, & coluber obrepat, & serpens nudam plantam inuadat, *No eos muerdan o agan mal.* Si fortè nocere aggrediantur, habeamus bacula, & virgam in manu, vt quicquid nociuum, & inimicum fuerit repellamus, *Descabe car el mal huyr la occasion*, Principijs obsta, sero medicina paratur. Securior victoria, fugere, & vitare occasionem. Obtulit se nobis Christus in cibū, obtulit se pro nobis in sacrificium, nos ipsos offeramus in sacrificium dignum suo conspectui, nihil in nobis sit carneum, ac terrestre cum accedimus degustare hunc cœlestem cibum, ac Dei hominis carnem, totum diuinum sit, ac cæleste. Se-
4. *Reg.* 13. pelientes quidam hominem mortuum proijcientes cadauer in sepulchrum Elisei, ossa Elisei cadauer cum tetigisset reuixit, statim homo. Quid est quòd tactu corporis Christi non reuiuiscis, nisi quia habes peccatum, ac internum languorem? Statim vt Thobias iunior felle piscis patris sui liniuit oculos visum recepit, quomo-
Dan. 14. do tali medicina adhuc cecutiens est? Irridebat Daniel sacerdotes Babylonicos, quia Deo mortuo Bel apponebant cibum, doleamus, quia hominibus mortuis hic administratur cibus, precemur supplices, vt hic vitam gratiæ, postea gloriam, &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VI.

Sanguis meus verè est potus.

QVemadmodum Ioan. 6. de corpore suo dixit saluator, panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, idest caro, quæ in cruce est immolanda pro redemptione mundi, sic Matth. de sanguine suo dixit. [Hic est sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum,] Fuit namque mos paciscendi veterum, animalia occidere, sanguinem eorum fundere in duásque partes diuidere, inter quas partes transibant, qui sic paciscebantur hac ceremonia profitentes dignum esse morte, qui conditiones, & capitulationes fœderis frangeret; sic Deus Genes. 15. iniens pactum cum Abraham transiuit inter duo animalia, sic Exod. 34. Moyses de sanguine holocaustorum fudit super altare, dimidiam verò partem sanguinis sumpsit, & respersit in populum dicens, hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum, vbi apparet humanitas, & benignitas Dei nostri. *Math. 26.* *Genes.* *Exod. 34.* *Hebr. 9.*

De Iudæis conqueritur Dominus per Hierem. 11. dicens irritum fecerunt domus Israël, & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorũ, huius antiquæ cõsuetudinis meminit Orosius Beati Augustini discipulus libro de hormesta mundi. Dytis Cretensis; Abulensis super Genesim, Caietanus, & Olyppomanus ibidem. Quòd Genes. 15. non Abraham, sed Dominus per medium animalium transierit, mortem Christi pro recõciliatione humani generis significauit, vacca eius fortitudinem in sustinendis laboribus. Capra quæ febre laborat similitudinem carnis, quam pro nobis accepit, Aries eius innocentiam: licet enim, quia Christus satisfacere voluit pro Adam, qui pro peccato dignus fuit morte, conueniens fuerit mori, & aliter non statuerit Deus humanum saluare genus, debuit tamen eius innocentia repræsentari. *Hiere. 11.*

De hoc ergo sanguine, qui pro fœdere, & confirma-

tione pacti,& amicitiæ cum Deo erat effundendus, inquit modò. Sanguis meus verè est potus. Multis mirisque, ac varijs modis sanguinem meum vobis tradam, tradam enim illum pro pretio,effundam pro fœdere,ac reconciliatione pro libertate de Ægypto, pro redemptione penę Angeli percutiētis, deniq; pro potu,ideo dixit discipulis suis,cum apud quendam Pascha māducaret cum illis. Accipite, & bibite, *Beued hijuelos emparendad en sangre cōmigo*, In signum fœderis, & amicitiæ Caramanes sanguinem venis contentū bibebant. Schitæ quoq; vas sanguine plenum bibebant. Medi, & Lydij brachia circa humeros feriebant, & alter alterius sanguinem sugebat,cum pactum & fœdus amicitię celebrabant. Dominus noster Iesus Christus tanquā reus mortis sanguinem suum pro redemptione humani generis fudit, sic mundum Deo Patri reconciliauit, hoc est, *Acabo con el Padre*, Vt daret gloriam omnibus,qui illum imitarentur in vita, siue iam essent præteriti, siue futuri; sicut cū Rex est indignatus, & nullo modo vult aliquem admittere ad suum conspectū, ad suam hæreditatem,ad suam familiaritatem,accedit quis rogans,& placās,vt si pœniteat admittat illum, sic bene stat quòd Christus Dominus æternum placauerit patrē, & quòd nostra requirantur opera, quòd non valent intelligere hęretici, amplius in potum illum nobis sanguinem dedit, quia totius virtus sanguinis non exhauriebatur, in primo effectu, nēpè in hoc quod erat pretiū, sed poterat esse potus viuificans, & mentem lætificans,patrem potuit placare, & mentem gratia replere, *Sangre es de Dios paratodo tiene*, Antiquitus percussa est petra, aqua ex ea prodijt atq; scaturiuit. Cōsequente eos petra,petra autem erat Christus 1. ad Cor. 10.iam non aqua,sed sanguis datur nobis in potū. Antiquitus in Chana Galilęæ aqua in vinum conuersa est, cum in fine conuiuij Architriclino propinaretur laudans illud dixit sponso. Seruasti bonum vinum vsque adhuc. Christus quoque

Simil.

1. *ad Cor.* 10.

in fine conuiuij, cum iam è conspectu discipulorum discederet optimum appposuit vinum, vt discipulorum corda reficeret, vt ad imminens periculum tribulationis, quam in illa nocte passuri erant eos succingeret atque animaret. Antiquitus summo illo sacerdote Aaarõ aquas Ægypti virga percutiente, aqua in sanguinem versa est ad correctionem, & punitionem populi, vt in potu cruor esset, & horror. Nũc Dei populo diuina sapientia potum nouum inuenit, diuina misericordia, ac nimia charitas administrauit, & dedit. *Exod. 7.*

Ignis Babylonis quem ministri immanis regis nutriunt, ac speciali cura, stupa ac pice, multiplicant, & accendunt erupit (inquit sacer text.) & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis, *Llegatos cerca a atizarlo mas*, Ipsos verò pueros quos fornax intra se continet, & ignis succensus ambit, ac comprehendit inclusos, tanquam Dei seruos honorat, actiuitatem suam suspẽdit, ac lędere minimè audet. Haud dubium quin refrigerij, & recreationis causa, & materia fuerit. Si frigus adesset, sanctorum corpora contra illud præmuniret, excessiuum calorem, naturale humidum, vitę necessarium corrumpentem, inducere non est ausus, Deo misericorditer prohibente. Virga Moysi, & Aaron Iudæis salus, & vita, Ægyptijs infirmitas, & mors. Vsu virgæ miracula, seu mirabilia patrabant in Dei populum, libertatem, & incrementum, in populi autem Ægyptiorum mortem, & diminutionem: quia populum Dei varijs multísq; modis diminuere curabant. Aquæ maris rubri securum, ac liberum Dei populo exeunti, ac egredienti de Ægypto, tribuunt gressum, in populũ Ægyptiorum indignationis Dei exercent ministerium, Pharaonem, & exercitum eius submergentes, & operientes, *Porque os atrenays a entrar sin licentia*, O sanguis Iudæis effundentibus, in iudicium, quia noluerunt recipere medicinam: mihi verò, in pretium redemptionis, in materiam generationis, in potum re-

creationis. De costa primi Adæ formata est Eua, De
Matth.17. sanguine Christi formatur, & regeneratur Ecclesia. Hic sanguis est stater ille inuentus in pisce illo quem apprehendit Petrus. Est medicina quam inuenit Thobias in pisce illo, quem exenterauit. Hic sanguis est, qui liberat populum Dei ab Angelo percutiente in Ægypto, Angeli amabiles, dæmonibus terribiles, hoc sanguine
Zachar.9. reddimur.

Ad Christum apostrophem faciens, inquit, [Tu in sanguine Testamenti tui Matth. 26. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum,] Nam vt inquit Paul. ad
Hebr.9. Hebr. 9. Vbi enim testamentum est, mors necesse est, intercedat testatoris: Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin nõdum valet, dum viuit, qui testatus est; Quare? quia potest illud reuocare, & mutare. Hoc exemplo suadet Paulus, quòd nouum testamentũ sanguine Christi erat celebrandum, & pretium pro debito humani generis soluendum, vt viui educerentur de lacu miseriæ, vt Patres antiqui educerentur de lymbo, in quo detinebantur, quia hoc pretium nondũ erat solutum. Effusione istius sanguinis, pretium soluitur, qualis Ioseph in cisterna, Genes. 37. Hierem. in lacu cap. 37. Dan. in lacu leonum c. 6. tale erat genus humanum. Hic sanguis pretiosissimus, ac omni æstimatione dignus, quo nouum confirmatur testamẽtum, quem in
Cleopatra. pretium pro redemptione mũdi accipit Pater, est qui nobis datur in potum. Cleopatra in Ægypti regina, ac iure hæreditario Domina, magnum Marco Antonio, ad illam confugienti, conuiuium apparans, lapidem pretiosissimum aceto liquauit, quem Marco Antonio, quem maximo opere diligebat, in potum dedit, omnino illum iste amor superat, quia proprius nobis sanguis in potum datur, Hispanè dicimus, *Quiero os tanto que os dare la sangre de mi braco*, Allusio est, ad morem antiquum Medorum, & Lydorum. O immensus

Dei mei amor, qui proprium sanguinem totius corporis mihi tribuit, simul cum corpore suo. Tribuit mihi corpus in cibū, sanguinem in pretium. Quod antiqua agni Paschalis adumbrat historia, Nā agnum comederunt, & sanguine liberantur ab Angelo percutiente, ille sanguis nō datur in potum, Sanguis Domini mei Iesu Christi, datur in pretium, datur in libertatem, datur in potum. Saxeum pectus est, durissimo Adamante durius, quod hoc sanguine non emollitur Adamas lapis est durissimus, nulli cedens materiæ, nam si ponatur super incudem, & graui mallei ictu feriatur, antea incus, & malleus vulnus accipiunt, quam Adamas concitetur. Ignis, qui cætera omnia domat, ac metalla consumit Adamātem durioré reddit. Nulla lima imminuitur, imò ipsam limam atterit durissimus lapis. Solum hircorum cruore frangitur, & emollitur. Quomodò ô homo non emollitur hoc sanguine cor tuum? Antiqua lex illa sanguinem bibere, aut suffocatum edere strictissimè absq; dispensatione interdicebat. Huius interdicti, non vna sed multiplex est causa, prima ipsaque naturalis, quia præ se fert speciem crudelitatis, & horroris: nam anima carnis in sanguine est Leuit. 17. id est sanguine tenetur in corpore, vt inquit Aug. super hunc locum. Amplius, sanguis immediatum est alimētum corporis, corpus viuificatur ab anima rationali (de hominibus est sermo) præter vitam animæ rationalis, est vita corporis, hæc vita corporis cōsistit in habitu, ideo dixit Iacob 4. Quæ est vita vestra: vapor est ad modicum durans. Hic vapor nutritur sanguine. Sicut antiqui sacerdotes per singulos dies ignē in templo Domini nutriebant: sic oportet nutrire hunc halitum, & vaporem. Volens Deus nè homines animo feroces essent (quia mores sequuntur alimenti conditionē, & naturam, vt supra diximus, & de se cōpertum est) prohibuit carnem cū cruore comedere, vt ad homines essent misericordes. Ad bestias, genus quoddam misericordiæ præcipiebat, Deutero. 22.

Adamas.

Leuit. 17.

Aug. tō. 4.

Iacob. 4.

Deute. 22.

Iubens, nè comprehenderent autem incubantem super pullos, *Bastaua comarle los hijos.* (Sic comprehenso IESV non comprehenderunt virginem.) Vita ergo animæ rationalis in se, non pendet à sanguine, bene illa quam tribuit corpori, ideo dicitur. Anima carnis ad differentiam animæ rationalis in se. Nunc strictissimè sub pœna mortis dicitur. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; Quare hoc? quia sic sanguis est sanguis Dei, qui hominem deificat, & ad omne bonum inclinat. Est vinum prouocans ad castitatem, extinguens ignem, & incendium luxurię. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, Ephes. 5. Inebriatus est Noe, *Genes.* & illudebat ei filius Cham. Inebriatus est Loth, & dormierũt cum illo duæ filiæ eius; Inebriatus est Holofernes, & amputauit caput eius Iudith, quando desiderabat dormire cum illa. Hoc vinum quod prouocat ad castitatem, potauerunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, sed virgines permanserunt, & sequuntur agnum quocunque ierit. Hoc vinum sponsa castissima, castissimè degustauerat cum dicebat. Introduxit me Rex in cellaria sua. Ad bibendum illud, cunctos prouocans tenerè dicebat. Bibite amici inebriamini charissimi; Sicut in Christo habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, Ephes. primo, sic sumptus in potum passiones pacificat. Inebriatus Paulus hoc vino, hoc sanguine, dicebat. Absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. *Esta sangre me haze a mi pensar en aquella sangre cruenta,* Iterum; Quis me separabit à charitate Christi, tribulatio an angustia? *Breuer esta sangre me haze feroz paoa todo contraste*; Facile est discurrere per alias virtutes, varia adducendo exempla sanctorum. Secunda causa, quæ ex sacro textu colligitur, Leuitic. 17. est; Quia sanguis ille animalium, quæ offerebantur in templo, erat pro expiatione animarum, ideo non licebat illum bibere,

Gal. 6. Rom. 8.

Verba tex. post allegata, ratione prima sunt, [Ego dedi illum vobis, & superexaltare, in ea expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit.] Dicamus ergo, quòd si sanguis extra animalium, quæ non offerebantur Domino, prohibebatur, nè inclinarentur ad ferocitatem, & immanitatem; Si erat sanguis animalium quæ offerebantur, prohibebatur, quia in cratera seruabatur vt dicitur Exod. 24. ad expiandum populum. Sanguis ille, quia animalium, insufficiens erat: ideo si biberetur non esset sanguis pro expiatione, Sanguis Domini mei Iesu Christi, sanguis est infiniti valoris. Valet pro redemptione, pro peccatorum remissione; pro viuifico, ac salutari potu: ideo è conspectu Discipulorum discedens inquit, Matth. 26. Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum, *Para todo ay para beuer, y pagar à mi Padre*. Potens est ad satisfaciendum pro mille, & infinitis mundis si essent, Omnibus præponderat holocaustis, *Mas vale quo todo juntos*, Considerans omnem huius vini virtutem Zacharias loco allegato inquit. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? *Vn thesoro tinent los fieles*. In sacramento panis, & vini. Per frumentum intelligit corpus Christi, quia in pane conficitur. Per vinum sanguis. Huius sanguinis, laudis præconia vti solet, extollit eleganter Chrisostom. homil. 45. super 6. Ioannis dicens. Hic sanguis facit, vt imago in nobis regia floreat. Hic sanguis pulchritudinem atque nobilitatem animæ, quam semper irrigat, & nutrit languascere nón sinit. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, Angelos, & Angelorum Dominũ ad nos allicit. Dæmones cum dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt. Hic sanguis effusus, vniuersum abluit orbem ter-

Zacha. c. 9.

Chrisost. 3.

rarum; Hic sanguis abdita, & Sancta Sanctorum purgabat, si eius figura tantam habuit vim in templo Hebræorum, in medio Ægypto liminibus aspersus, longè magis veritas; Sine hoc princeps Sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis Sacerdotes faciebat; Hic sanguis in figura peccata purgabat. Si vmbram ita mors horruit, quantopere quæso ipsam formidabit veritatem? Hic nostrorum animarum salus est; Hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur. Hic sanguis mentem nostram igne clariorem reddit, & auro splendidiorem; Huius sanguinis effusio Cœlum peruium fecit, ex Paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodijt fons, qui fluuios spirituales diffundit. Hic sanguis prefiguratus est semper in altaribus, iniustorum cædibus. (primus fuit Abel, ideo cum sanguine Abel hic sanguis comparatur, Hebræ. 21.) Hic orbis terrarum decus est. Hic est quo Christus emit (empti enim estis pretio magno) Quo vniuersam ornauit Ecclesiam: Vt enim homo seruos emit, & ornat, ita nos sanguine suo Christus, hæc Chrysostom.

Si quis sitit, & calore Diuini amoris æstuat, ad hunc se conferat fontem, quia nihil hoc vino pretiosius, nil hoc potu suauius, ô si hunc potum desiderarem, sicut desiderabat Israël, cum vter aquæ defecit, & præ nimia siti animam exhalabat. O si illum desiderarem, sicut antiquitus desiderabat aquas populus cum sitiebat, Exod. 15. O si desiderarem illum, sicut Dauid desiderabat aquam cisternæ Bethlehem; O si desiderarem illum, sicut Samaritana, quæ dicebat. Da mihi hanc aquam; O si desiderarem illum, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. Maximus hom. 1. Epiphaniæ commemorans historiam de Cana Galileæ inquit. Quòd aquæ nouo sint ordine in vinum mutatę, noui nobis poculi prelibatum est Sacramentum, ideſt figuratum fuit, Augusſt. ſerm. 1. Epiphaniæ inquit. Significa-

Hierem. 2.

tum

tum fuisse, in melius nos esse mutandos. Ve nobis qui quotidie deteriores fimus, iustè conqueritur Dominus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, ideſt fontem perennis boni, qui aquam in vinum conuerto, vinum in sanguinem transmuto, in potum hominum. Causantes vos video, ac contemplor, iam velle interrogare. Quare non datur vobis hic sanguis sed Sacerdotes sibi reseruant. Dico consultissimè ac sanctissimè sanguinis sumptionem populo esse interdictam ad vitandum periculum effusionis: insuper quia multis vinum horribile est, ideo non omnibus debuit dari, nec in sacrario seruari; quia vinum, facilè in acetum conuertitur, quod speciebus conuenit: adde quòd in corpore sanguis datur, & minor gratia sub panis sacramento non datur. Ad esum corporis inuitaris, nè, amplius petas. Importunus conuiua, qui quod non sibi ponitur petit; O mortales respicite iam, & videte, quale vinum vobis Mundus, & Diabolus propinet. Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedes super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitabant terram, de vino prostitutionis eius: variant & non cõueniunt Doctores, an per meretricem istam intelligatur Roma; quæ liberè permittebat vnicuiq; viuere secundum desideria sua, an secta Saracenorum quæ velut meretrix, lasciuè viuere permittit. Nobis proprius est intelligere multitudinem malorum, qui sicut meretrices liberè viuunt. Inquit ergo quòd reges, & principes desiderantes liberè viuere, sectæ, & religioni quæ hanc concedit libertatẽ deseruiunt. Vnde sectam Saracenorum, multi reges terræ sunt sectati: & nostris temporibus (proh dolor) hæresim Lutheri multi principes sunt amplexati, inebriati illecebris, & carnis blanditijs, quasi quodam vino suaui. Cum quis inebriatur, alienatur intellectus eius, suffocatur mens, Hispanè, *Temays juzio estauays en vos*

Apocalyp. 7.

quando esto hez isteys. Mundus delectatione prius inebriat, alias nullus eum sequeretur, *En la via*. Isai. 28. Nescierunt præ ebrietate, absorti sunt à vino, nescierunt videntem, & ignorauerunt iudicium. *Ha les el mũdo dado benediz̃os, y andan fuera de si trastornado el juyzio.* Cum qua fornicati sunt Reges terræ. *Los mayores peores*; Isti ad malum sunt promptiores, ad bonum difficiliores, *No ay hazer mella en ellos*, Primi qui noluerunt venire ad conuiuium Dominantes, qui villam emerunt, fuerunt. Hierem. optimates populi peiores inuenit,
Hiere.31. Isaias primo inuehitur contra caput languidum, & dolet quòd omne caput, ideſt principes languidum sit. Calix autem Babylon. in manu Domini inebrians omnem terram. Diuitiæ quæ à Domino separant calix aureus est. Delitiæ quæ carnem delectant, calix aureus sunt. Argumenta & compositæ rationes hæreticorum, quæ faciunt homines apostatare à fide, calix aureus sunt, *Lindo por de fuera de spues amargan*. Ignis sulphur pars calicis eorum, *A la finos espero donde de breuereys piedra acufre*. Calicem aquæ frigidæ desiderabat dies ille, qui habuerat calicem aureum; *Quantos caualleros vrantras este*, fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisq;
Genes. 19. animam suam. Cum subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram, sulphur pro calice misit, *ralsado del infierno*. Tunc dixit Angelus Loth, Salua animam tuam, & iterum, [Festina, & saluare;] Ideſt noli immorari in hac Ciuitate plena nequitia. Ad hoc alludit Propheta dicens, [Fugite de medio Babylonis.] Consideremus qualiter fugimus, cum domus minatur ruinam,
1. Ioan. quando *caen los tejones y rechinam las vigas*; Sic fugite de Babylone, *que yaquere el mundo dar vn estallido*. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, *O que enfermos pilares la sustentan, esta sobre falso*, In illa statua caput erat aureum, pedes lutei, *No tiene firmeza presto vẽdra todo al suelo*, Vsquequo paruuli diligitis infrantiam,

Hasta quando aueys de ser paruulitos, vsquequo sicut paruuli, oblectamini delectatione præsentium, nihil cogitantes de supplicio futuro, Hispanè dicimus, *hombre machucho sabe lo que le cumple*, è contra sapiens. Vsquequo paruuli diligitis infantiã, Hispanè, *hasta quando aueys de sernigno amigo de jugetes.* Ad vos sacerdotes, gens sancta, regale sacerdotium, sermonem meum cõuertam. Vos estis qui quotidie sanguinem Domini degustatis, qui calicem Domini accipitis. Inuocate ergo nomen Domini, non solùm ore sed corde. Passionem Domini commemorate. Ab inhonesta fœmina, honestissimus adolescens Ioseph, prouocatus, respondit. [Non est quicquam quod non tradiderit Dominus in manus meas, quomodo peccare potero?] Quid est quod Dominus vobis denegauit. Dominus possessio vestra est. Non erit autem eis hæreditas; Ego hæreditas eorum. Possessionem non dabitis eis in Israël; Ego enim possessio eorũ. Explicans quomodo futurus erat eis hæreditas inquit. Victimam, & pro delicto ipsi comedent; Ideſt Deus alebat eos ex sacrificijs, & oblationibus pro peccatis, & delictis, *que os sustenta con sacrificio recompensa de pecado.* Maxima ex parte liberi estis ab illa sententia. In sudore vultus tui, *que se os da de mano besada.* Discessurus Iesus ex hoc mundo, iturus ad patrem: vt pararet nobis locum, in Cruce pendens, & dicens; [Pater in manus tuas commendo spiritum meũ,] Patri Spiritum dedit: vobis, ô Sacerdotes corpus tradidit. Quid est quod Dominus non tradiderit in manus vestras. Cum Spiritum suum in manus Patris tradidit, corpus suum in vestras reliquit. Excellentia maxima Virginis est, quòd sit mater filij æterni Patris, Pater secundùm diuinam, Maria secundùm humanam naturam, *andan a medias*, excellentia maxima est, quòd cum Christus tradidit Patri Spiritum suum, tradiderit sacerdotibus corpus suum. Loquendo consequenter ad autoritatem, Apocal. dicam. Quòd si reges gu-

Genes. 83.

Ezech. 44.

Isai.1. stant vinum, & Calicem mundi, vos non sic, sed leuamini mundi estote. Ingrati populi malitiam per Isai. Dominus redarguens inquit. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me: Quòd hæc malitia esset in principibus, & populi optimatibus, declarat dicens. [Omne caput languidum,] magis explicat postea dicens: audite verbum Domini, principes Sodomorum, *Que viuis como los de Sodoma*, postea agens de holocaustis, & oblationibus inquit, [Lauamini, mundi estote,] vnde non congruè dicemus, quòd præcipuè alloquitur sacerdotes, qui mediant inter Deum, & populum, quibus cap.52. apertè dicitur, [Mundamini qui fertis vasa Domini.] Sic ad vos alloquor sacerdotes. Omne cor mœrens, omne caput lãguidum, vos lauamini, quia fertis vasa Domini: vos calicem, & sanguinem Domini accipitis, nolite quęso inebriari vino, & Calice delectationis quem mũdus propinat, & porrigit. Cũ inimici populi Israël vellent impedire reædificationem templi captantes beneuolentiam Artaxersis dixerunt. Nos ergo memores salis, quod in palatio comedimus, idcirco misimus, & nũciauimus regi &c. Memores estote quoniã non salem sed ipsum Domini corpus, & Iesus sanguiné quotidie sumitis; Lauamini, mũdi estote, qui fertis vasa Domini, Exod.30. Sacerdotes accedentes ad altare manus suas lauabant, ad hoc in templo Domini erat Mare Æneum. Hoc ipsum Dominus in vestibus significabat. Vestietur tunica sacerdos, & fœminalibus lineis, vbi significatur punitas, color albus maximè accedit ad lucẽ, lux ad puritatem, ideo semper in scriptura nomine lucis, vitę puritas commendatur, imò ipsa Diuina generatio nomine lucis significatur. Candor est lucis æternæ, Sapien. 7. Hebræ. 1. Cum sit splendor Ioann. 1. erat lux vera. O quanta puritate sacerdos debet nitere, Apocalypsi 19. Byssinum sunt iustificationes sanctorum, Byssinum est genus lini candidissimi, sine interprete manifestatur quid intelligatur per Byssinum: hac veste ve-

1. Esdr. 4.

Leuit.8. Sap.7.

stiuit Pharao Ioseph, Genes. 41. volens illum honorare, & Dominus, Exod. 28. præcepit vt thyara summi Sacerdotis esset Byssina. Cum materia thyaræ esset Byssina, cum figura esset Pyramydalis, *punti aguda*, cum sacerdos Baltheo, & cingulo cingeretur, apertum est quòd maximè requirit Deus in sacerdotibus castitatem, vt sic possent esse intenti sacrificio. Thyara, erat sicut mitra Episcoporum, *Dos puntas*. Amor Dei & proximi, si non est castus, non potest hoc præstare, si indutus Byssino seruat castitatem, cogitat quæ Domini sunt, *vestidura de lino honestidad, mitra contemplacion, Zona castidad*, sic purus, & totus Deo deditus debet accedere sacerdos. In omni loco, Inquit Dominus per Malachiã, Offertur mihi oblatio munda. Quod mundum est, & de se Deo gratum, mundè Deo est offerendum. Quod iustum est, iustè exequeris, sancti eritis quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus. Sanctum est quod offertur, sancti esse debent qui offerunt, *que son vn sacrario bino*; Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituũ est, idest, quasi in custodia debent scientiam continere, vt in tempore dent cibum doctrinæ populo, *han de ser deposito y archiuo de scientia*, vt iuxta Paul. ad Titum 1. vnusquisque potens sit exhortati in doctrina sana, & legem requirent ex ore eius, *a ellos vendran como a oraculo*, quia sacerdos est Angelus Domini, & nuntius Dei annuncians populo Dei voluntatem. Interrogate sacerdotes legem Domini inquit Aggeus. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, Malach. 2. Etiam si ego taceam lector intelliget, quæ sequuntur, ideo commonendo in omnibus rectè viuere rectè viuentibus vitam promittat æternam, quam mihi, & vobis &c.

IN EODEM FESTO,

CONCIO VII.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

Ioan. 6.

VIuificatiuum Dei verbum vniens seipsum propriæ carni fecit ipsam viuificatiuam, inquit Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 12. Addit D. Tho. 3. p. q. 79. art. 1. in corpore; Docebat ergo eum nostris quodammodo vniri corporibus, per sacram eius carnem, & pretiosum sanguinem. Rationem congruentiæ assignat Cyril. c. 14. dicens. Oportuit enim certè, vt non solùm anima per Spiritum sanctum in beatam vitam ascenderet, verùm vt rude, ac terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo, ad immortalitatem reduceretur, & cap. 12. Dedit igitur pro vita omnium corpus suum Dominus, & per illud rursus vitam in nobis immittit, omnia maximè notanda sunt. Ex his partibus dico quòd verbum diuinum est vita viuens. Propter Patrem, vniens sibi humanam naturam fecit illam viuificatiuam vt dictum est serm. 4. Hanc dedit pro vita, & redemptione mundi. Voluit etiam illud idem corpus dare nobis in cibum, vt ad singulos in particulari applicaret illam vitam, hæc ex Cyril. Transeamus ad S. Tho. qui quodammodo vniri dixit, quia ista vnio non est hypostatica, & absoluta quod statim explicabimus. Num. 11. cum Heldad, & alter vir qui vocabatur Medad prophetarent liuore concitatus, & inuidia commotus puer quidam accurrit Moysi dicens, Heldad, & Medad prophetant

manifestè locutus est Iosuë dicens, Domine mi Moy- *Ioan.*
ses prohibe eos.

Cui Moyses. Quid æmulaueris pro me, quis tribuat vt omnis populus prophetet? Ignorat charitas æmulationem, amat bonitas cõmunicationem. Ex diuina bonitate personalitas diuina se cõmunicauit humanæ naturę, ex simili bonitate, homo Christus, humanitas eius, voluit se omnibus communicare: hic enim actus volẽdi se cõmunicare in hoc sacramento, non solũ fuit actus totius Trinitatis, sed etiam humanitatis Christi. Vtraq; voluntas Christi, diuina, & humana, voluit hanc communicationem, & vnionem, *a tedos quiere endiosar*, ingeniosè quidem, quidam prænotarunt: quòd postquã Deus ex bonitate sua communicauit ad intra naturam suam omnibus modis possibilibus, nempè per generationẽ, & spirationem, ideſt producendo Filium, & Spiritum sanctum, cum non esset alius modus quo naturã suam posset cõmunicare, ex bonitate sua cõmunicauit propriam personalitatem, assumendo humanã naturã; Ecce fastigium diuinæ bonitatis, quæ cõmunicat nunc suam humanam naturam, dans nobis carnem suam in cibum, & escam: ideo inquit S. Tho. Decebat ergo nostris quodammodo vniri corporibus; O summa bonitas omnia communicat, *paresce que quiere encarnar en cada* *Simile.*
vno de nosotros, in Incarnatione, Deus factus est homo humanã sibi vniendo naturam. Nunc vniendo se nobis vult, vt homo deificetur, *que sea en diosado*, ideo inquit. Caro mea verè est cibus. Et iterum. Accipite, & manducate, *endiosados haziendo os vna cosa con migo.* Ascendens Christus pullum, & asinam ingressus est Hierusalem. Humanam sibi vniuit carnem, quam non solũ regebat sicut alios sanctos, sed gerebat (vt inquit Aug.) & viscera nostra ingreditur: quemadmodum enim imperator vnum ascendens equum, duces, & milites visitat eorum ingrediẽs tentoria, sic Dominus Iesus vnam tãtùm humanam naturam sibi vniuit; voluit tamen re-

gens, & gerens illam: sicut sessor equum viscera nostra ingredi, & misericorditer nos visitare. O immẽsus Dei nostri amor perpetuis laudibus celebrandus, & laudandus. Magnificãt Ambros. & Aug. quod virginalem thalamum omni genere virtutum, & donorum Spiritus sancti ornatum intrauerit dicentes. Tu ad liberandum susceptur us hominem non horruisti virginis vterum. *no te desdegnaste, ny hez iste asco de entrar en el vientre de Maria*: potiori iure, ac longè diuersa ratione laudis præconia extollam, eo quòd non horruerit ingredi viscera nostra. Cum carnem sumpsit semetipsum exinaniuit, *abatiose a vn morar con bestias*. Obstupescite Cœli super hoc, quòd ingreditur viscera Iudæi pecoribus quæ omnibus bestijs deterior est.

Cum peccatoribus, & publicanis mãducat magister
Psal. 79. vester. Nũc esse cibus illorum non dedignatur. Qui sedes super Cherubin. Descẽndebat Dominus super arcam quam operiebant, & sustentabant Cherubin alis suis Exod. 15. ideo dicitur sedere super Cherubin, *que los Cherubines te traen en palmitas poniendo la boca donde tu los pies*. Nunc non dedignatur hominis peccatoris ingredi sædissima viscera, hominis euomẽtis noxium venenum. Proximo detrahere, falsum testimonium dicere, nomen Dei blasphemare, & in vanũ assumere, quid est nisi venenum euomere?

1. Reg. 18. Amorem Ionathæ erga Dauid sacra commendat historia dicens. Conglutinata est anima Ionathæ, animæ Dauid, & dilexit eũ Ionathas quasi animam suam, reddens testimonium ab operibus inquit. Expoliauit se tunica sua, idest dedit ei proprium habitum, ac vestẽ maximè sibi coniunctam. Infinitus, & maior amor illius qui propriũ corpus, quod erat velut vestis animæ, imò diuinitatis, quæ ibi occultabatur, dedi in cibum, vt nõ
Chrisost. tom. 3. solùm anima, sed corpore, nostris conglutinaretur corporibus; Diligebat enim Iesus genus humanum quasi animam suam. De hac vnione loquitur Chrisostom.

hom. 45. in Ioannem dicens. Vt autem non solùm per dilectionem sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur: cum enim omnem suum amorem, in nos indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur, Hom. 63. ad populum Antiochenum idipsum docens inquit. Nõ sufficit ipsi hominem fieri, flagellis interim cedi, sed nos secum in vnam massam (vt ita dicam) reducit, nec id fide solùm, sed re ipsa nos corpus suum effecit, *communica se nos con la vltima vnion.* Qui non habet plus vltra post vnionem hypostaticam; Videndus est hom. 61. ibidem. Hanc vnionẽ explicare, non facile viri docti iudicant. Explicat. S. Cyril. lib. 4. in Ioann. c. 17. duobus exemplis dicens. Sicut enim si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera, per totum commisceat necesse est, Sic qui carnem & sanguinẽ Domini recipit cum ipso, ita coniungitur; vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Secundum exemplum desumitur, Mat. Simile est regnũ cœlorũ fermento, quod acceptũ abscondit mulier in farinæ satis tribus. Quo exẽplo vtitur Paul. 1. ad Cor. 5. dicens. Nescitis quia modicũ fermentũ totam massam corrũpit. Quemadmodũ ergo, fermentum appositã prope massam quasi illi incorporatur, & massam trahit ad conditionem sui, ita cũ Christus Dominus sumitur in cibum, trahit hominem ad conditionẽ sui. Quemadmodum enim Lazarum per imperium viuificauit (& Petrus per imperium Ananiam, & Saphiram occidit) & filium vnicum viduæ per tactũ, sic vult nobis dare vitam, non solùm per imperium, & voluntatẽ suam: sicut in aliis sacramentis, in quibus nõ est Christus corporaliter, sicut hic, sed sola eius virtus: sed vult dare vitam contactu sui corporis: nam ardenter amantium hoc est, inquit Chrysostom. homil. 6. ad populũ Antiochenum, Citra hoc sacramentum est vnio per affectum, & charitatem, iuxta illud 1. Ioan. 4. Deus cha-

Simile.

Simile.

Act. 4.

ritas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo; Vult vt non solùm fiat per affectum, sed per quandam vnionem sui corporis, cum corpore nostro. Nec plus dicit ista vnio, nec desiderium inueniendi maiorem vnionem, debet animum lectoris tenere inquietum; Nam hic non est vnio per materiam, & formam, nec est vnio miscibilium, vt cum arte vel natura, aliqua misceantur, & confundantur, quia ibi non manent, sed resultat aliquid tertium, vt cum ex diuersis coloribus, vel saporibus resultat quoddam tertium, nec ex corruptione vnius generatur aliud, nec ista vnio est hypostatica. Si ergo est minor vnio, quàm hypostatica, & quàm vnio materiæ ad formam, & est maior quam vnio per affectum; Quid restat, nisi quòd sit per affectũ & realem coniunctionem? vtrunq; enim requiritur, & alterũ sine altero non sufficit. Si recipis hoc sacramentum in peccato, non est hæc vnio, si recipis gratiam per alia sacramenta, est quidem vnio per affectum, sed non ista specialis, de qua loquuntur sancti, exponentes verba Christi Domini. In me manet, & ego in illo. Quòd hoc sufficiat suadetur, nam si vir, & mulier dicũtur vna caro, aut quia semina vtriúsque commiscentur, aut quia corpora ad actum generationis vniuntur, an forsam propter vtrumque, quia & corpora coniunguntur, & in fine actus matrimonialis, semina commiscentur. Nimirum, quòd in spirituali coniunctione castissima, sufficiat cõiunctio corporũ realissima, & vnio per gratiã, quæ est velut quoddam medium glutinum causans hãc vnionem. Sapientiam loquimur inter perfectos. Nõ ad populum, & vulgus mariũ, & mulierũ, sed ad viros doctos, diuini verbi cõcionatores est sermo meus. Falsam opinionem Gabrielis, huic mysterio vtilem recitabo. Inquit enim in 3. d. q. 1. quòd humanitas mediante aliquo dono, fuit verbo vnita, quemadmodum mediante charitate, anima nostra dicitur esse vnita Trinitati, iuxta illud. [Qui manet in charitate in Deo manet.] Hæc

opinio quantum ad vnionem per charitatem cum Trinitate est vera, quantum ad vnionem humanitatis cum verbo per donum est falsa: quia immediatè fuit vnita, & dona quasi naturales proprietates sunt consequutæ, Sed hic est vera, nam hæc duo corpora, nempe corpus Christi Domini, vnitur corpori nostro mediante gratia. Iam ad populum adducamus exemplum manuale, & clarum. Artifex coniungit duas tabulas sine glutino, re vera non est vnio, vtraque est separata ab alia: sunt ergo tantùm coniunctæ, & propinquæ, sed si medio glutino copulentur, *con liga*, tunc sunt in vnitatem quandam redactæ, & mouendo vnam, moues aliã, *lo mesmo es de vna carta cerrada con cera ô hostia.* Si sine gratia sumas hoc corpus, verè ibi est sacramentaliter coniunctum tuo corpori, etiam si Iudã malitia superes, sed illa coniunctio, non est vnio, nisi media gratia, quæ est velut quoddam glutinum, vniantur. Tunc adimpletur illud sponsi, Pone me, vt signaculum super cor tuum. Quia corporaliter verè vnitur cordi nostro. Si iste non est sensus literalis, Dic arguitiuè, quòd plus dedit, quàm petiuit, nam commoratur, non solùm inter vbera, sed intra vbera sponsæ. O bonitas immensa, ô charitas diuina, quæ vt hanc vnionem faceret, tam mirabilem modum excogitauit. Ex parte Christi, humanitas fuit glutinum, ex parte mea, gratia fuit glutinum. Quemadmodum ego glutino quodam manum meam linio, vt aliquid manui meæ possit inhærere, sic Deus vniuit sibi humanam naturam, vt hoc modo corporaliter posset mihi vniri, ad hoc quòd corpus meum illi vniatur, gratiam animæ meæ infudit, vt corpus meum ad Christi mansuetudinem, & cæteras virtutes Christi trahatur, sicut fermentum massam ad se trahit, & lignum putridũ, aliud sibi coniunctum corrumpit. Rex expugnans Castellum, & Ciuitatem, milites qui illud custodiant ibi constituit. Dominus meus Iesus Christus vult esse custos huius Ciuitatis, *el es rey y Castellano deste castillo.* Nè

Exempl.

Can.

Simile.

Simile.

dæmon, mundus, aut caro cor nostrum occupent, *andan, a por fin cuyo ha de ser*, Dominus occupat illud, *por que no halle el demonio alli possada.* Loquendo de hac vnione inquit, Chrís. Ardenter amantium hoc est. Quando hoc sacramentum non adderet nouam gratiam, adhuc sumptio illius esset quoddã exercitium amoris. Venite fruamur cõcupitis amplexibus dicebant quidam. Sumptio istius sacramenti, est quidam amantissimus amplexus, ideo licèt non causaret gratiam, illud sumere, esset actus, & vsus amoris. Sic Ioannes ad electam, spero, (ore ad os loqui,) *vn no se que tiene verse los enamorados*, Ad excitationem, & incentiuum huius diuini amoris voluit se nobis dare in cibum, vtinam te fruar mi Philemone. *Paul.* Præsentia dilecti accendit amorem, sicut absentia desiderium; Non vult Deus, qui vbique est, amari per affectum tantùm, sed per præsentiam corporalem in natura assumpta. Cum odio nimio, & quadam rabie aliquem quis odit, non solũ vult illi nocere, illudere, aut percutere, sed proprijs oculis videre, & proprijs menibus carnẽ eius discerpere, sic Laurentius ad Imperatorem. Versa, & manduca, *satisfaZete perro rauioso*, sic Christo Domino non satis fuit omnibus alijs modis nos dilexisse, sed voluit nos hoc nouo modo diligere, & nouo modo ad sui amorem obligare. Misit diabolus in cor Iudę vt Christum Iudæis traderet *vna saeta le clauo en el coracon.* Misit Dominus corpus suum in cor nostrum, venenum cor quærit, illud occupat vt interimat, remedium Theriacæ medicus parat, quod ipsum cor quærat, & cordi vniatur; vbi morbus, illic medicina. *S. Thom. opusculo de sacr. Altaris.* Magnum quidem fuit (inquit S. Tho. Christum Dominum seipsum in peregrinationis nostræ socium dedisse, maius verò in pretium redemptionis hoc tamen donum adhuc est in aliqua separatione ab eo cui datur, cui autem datur, in cibum datur, non ad aliquam separationem, sed ad omnimodam vnionem, vnitur enim in vnitate corporis, quid amplius quæris? arden-

Simile.

ter amantium hoc est, amor hoc fecit, nil amplius desideres. Verbum suum, ideſt doctrinam suam in auribus nostris seminat, seipsum in cordibus nostris seminat, vt multum fructum afferat, ardenter amantium hoc est. O Domine, & pater vitæ meæ omnem auferiniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum, ideſt iniquitas nostra impedit, & mutos nos tenet, nè reddamus tibi debitas gratiarum actiones pro tanto beneficio, & communicatione tanti boni, *haZenos ser ingratos*, Domine aufer iniquitatem, ô fratres, vtens verbis Apoſtoli vobis dico, vt per ipsum scilicet Christum offeramus hostiam laudis semper Deo, ideſt fructum labiorum confitentium nomini eius. Omnia sunt Pauli, ex bonitate sua voluit nobis communicare, audiamus Paulum nos exhortantem, atque dicentem. Beneficentiæ autem, & communionis, nolite obliuiſci. *Hazed limoſna, y caridad communicaos*, talibus enim hoſtijs promeretur Deus, *eſte es el medio de alcancar ſu gratia.* Feruidus ſtatus ille charitatis, quando omnia erant communia Actorum. 2. Egenorũ caput, de charitate innumera sunt, quæ sine labore nostro haberi possuut, postquam consequentia sermonis coordinata fuerit, Iuxta discursũ dicimus, indignũ esse cõmunicationis huius mẽsæ, qui bona sua pauperi Christi communicare recusat; Nam si Christus seipsum totum dat in cibum, quid mirum quòd pauperi dat minimam partem suæ substantiæ. Hæc charitas erat illa vestis nuptialis, quæ deerat illi, qui nudus venit ad nuptias. Hæc iure optimo est vestis, quæ operit multitudinem peccatorum. Hæc est quæ ornat in conuiuijs. Hęc est quę extinguit peccatum. Hęc sola est inter Theologales virtutes quę coram Domino suo, facie ad faciem audet apparere. Hęc communis est Deo, & proximo. Fide Deo credimus; Spe in Deum speramus, sed charitate Deum, & proximum diligimus, & commu-

nis est statui viæ, & patriæ. Ergo charitas proximi, via est deueniendi in Deum, & charitas Dei causa deueniẽdi in dilectionem proximi. O virtus quæ omnia communia facit, huius virtutis nolite obliuisci; *Tenelda siempre delante*; Maximè ditata est vidua illa, quæ panem suum Eliæ communicauit, communis vtriúsque mensa fuit. Multa in lege antiqua Sacerdoti propria erant, ex his quæ Domino offerebantur in templo, sed multa erant communia Sacerdotibus, & Leuitis. Communionis nolite obliuisci, *en ninguna manera echeys esto en oluido*. hæc est scala ascendendi ad thronum gloriæ. O quàm coniunctus, & Christo vnitus erat Paulus vas electionis, qui ad Galathas secundo, dicebat. Viuo ego, iã non ego, viuit verò in me Christus. Sicut anima mouet corpus, quod inhabitat. Sic Iesus, & Spiritus eius mouet illum, quem inhabitat. Sic ego sapiebam vt paruulus, loquebar vt paruulus, factus vir, euacuaui quæ erãt paruuli, Dominus ad Petrum. Cum eras iunior cingebas te, & ibas quò volebas. Nunc alius cinget te & ducet quò tu non vis. Hoc est, [viuo ego iam non ego,] id est iam non viuo vitam antiquam, sed nouam capiti Christo vnitus, vbi est impetus spiritus Christi, illic gradior, non secundùm spiritum, & voluntatem meã moueor, hispanè, *no me gouierno por mi parescer*. Ergo viuo ego iam non ego. Si separata anima à corpore Angelus. I. Christus moueat corpus meum, non ego viuerẽ in corpore meo. Ergo si dum viuo, nihil est in me, quod non sit ex gratia Christi, quia siue dormio, siue bibo propter Christũ facio. Ergo viuo ego iã nõ ego, viuit verò in me Christus. Anima quæ viuit in corpore separari potest à corpore: nemo autem me potest separare à charitate Christi: Non angustia, non tribulatio. Ergo viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus. In curru illo Ezechielis spiritus vitę erat in medio rotæ. Sic spiritus Christi erat in medio Pauli, ideo Christus in illo viuebat, Qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Chri-

3. Reg. 17.

sti, qui quæ sua sunt retinent & nolunt pauperibus cõmunicare sicut Christus, qui seipsum dedit nobis in cibum, hi à se viuunt, non viuit in illis Christus quia non aguntur spiritu Christi. Paulus qui exclamans dicebat. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hic non à se ipso viuebat, sed viuebat in illo Christus, quia non seipsum quærebat, sed Christi gloriam. [Mihi viuere Christus est, mori lucrum,] Viuere viuentibus est esse. Id est esse, quod aliæ res habent per suam formam habent viuentia per animam, ideo non habent aliud esse, nisi viuere, Tam vnitus & incorporatus erat Paulus Christo, quòd iam non habebat velle proprium, sed velle Christi, ergo benè dicit, Viuo ergo iam non ego, viuit verò in me Christus. Exod. 33. cum Moyses cum domino commoraretur in deserto, & ad populum descenderet, facies eius cornuta apparuit, id est ex facie eius splendor quidam procedebat cuius radij erant sicut cornua in animalibus, ideo dicitur cornuta *endioſado*, sicut ferrum candens, cum in se recipit ignem, ignis dicitur, & cum speculum recipit solis splendorem velut sol splẽdet, sic qui dignè recipit hoc sacramentum transformat se in Deum, & verificatur illud Saluatoris. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo, *queda en dioſado y hecho vna coſa conmigo*, Beatus Paul. 1. ad Cor. 10. inquit. Fugite ab idolorum cultura. Ratio huius fugæ est. Quia nolo vos socios fieri dæmoniorum. probat hanc societatem & vnionem, per oppositam vnionem & communicationem. Quia calix benedictionis communicatio sanguinis Christi est, & panis quẽ frangimus nonne participatio corporis Domini est? Ad probandam vnitatem cum idolis assumit hanc veritatem, quòd participatio corporis & sanguinis Domini est quædam vnio cum Domino. Inde infert & colligit Sanctus Apostolus. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ

Cor. 10.

Simile.

Simile.

Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum, Sicut duobus dominis seruire non possumus, sic non possumus vnum esse duobus rebus oppositis. Per peccatum separatur quis à Deo, quomodo potest esse vnum cum illo? Repugnat quidem, quia vnio dicit coniunctionē. Ecce qui elongant se à te peribunt, perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Tu via. Tu vita, qui elongant se à te errant, qui elongant se à te experiuntur mortem, Mundum qui fornicabatur abs te perdidisti, per diluuium. Sodomam, & Gommorram, per incendium. Datham, & Abyron terra deuorauit. O quam bonum est Deo adhærere, ponere in eo spem: Cum proximo, etiā requiritur vnitas, & amicitia, propter quod inquit Paulus. Vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Ephes. 5. Membra sumus corporis eius. Coloss. 1. Ecclesia dicitur corpus Christi, Separas te ab ecclesia non es vnum cum Christo, separas te per odium à membris Christi, non es vnum cum Christo. Vna omniū fratres mensa est, vnus omniū cibus, vna omniū sit mens sicut antiquitus Act. 2. Tota lex in vno solo verbo instauratur. Diliges proximū tuum sicut te ipsum, volens Deus hanc vnionem cōmunem nobiscū, dedit hunc cibū, vt vna omniū esset complexio. Vnitas alimenti vnitatē & similitudinē
Act. 2. causat complexionis. Qui non reconciliatur fratri suo non potest dignè hunc comedere cibū. Qui ex quinq; panibus sunt satiati, communi consensu voluerunt eū in regem eligere, Cum omnium anima vna erat, omnes quotidie hunc cibum degustabant, bene nunc abstinet, qui non diligit fratrem. Manete in dilectione Christi & proximi, nam dilectio proximi, malum non operatur. Rom. 13. Sit dilectio sine simulatione, Rom. 12. Et superabundabit gratia domini nostri, cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. 1. ad Timot. 1. De cætero autem fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete, & Deus pacis, &

dilectio-

dilectionis erit vobiscum, hic per gratiam postea per gloriam, quam mihi, &c.

IN EODEM FESTO, de eodem Themate,

CONCIO VIII.

SIcut hoc Sacramentum, Sacramentorum omniũ est nobilissimum, propter ipsum dominũ omniũ Sacramentorum autorem, qui sub hoc Sacramento continetur, sic cęterorum Sacramentorum finis est & ad hoc Sacramentum, quod Sacramentum Sacramẽtorum, & hostia hostiarum vocatur, cætera sacramenta ordinantur. De baptismo, pœnitẽtia, & sacerdotio luce clarius est manifestum. De confirmatione, vbi gratia baptismi augetur, similiter patet. De matrimonio non est difficile ostendere, nam institutum est ad religiosè procreandum prolem, vt ex amore Dei coniuges desiderẽt prolẽ in vnitatẽ Iesu, capitis nostri: denique sicut minus perfectũ, ad perfectũ, sicut effectus ad causã, hic autor gratiæ per præsentiã, in cęteris per virtutẽ, quã à Christo habent. Per baptismum regeneramur in filios Dei. Efficimur membra Christi. Si autem filij & hæredes, inquit Paulus Rom. 8. ideo in baptismo inuitamur ad hoc cõuiuiũ, in quo pascimur, & alimur carne Christi, vsq; dũ peruenimus ad cœnã æternę gloriæ, ad quã ordinantur omnia nostra opera. Quemadmodũ autem vita beata, omniũ nostrorũ operum finis vltimus est, sic in hac vita finis omnis nostræ iustificationis, & omniũ bonorũ operum, est dignè suscipere hoc sacramentum, in quo est caput nostrũ Iesus, cuius nos in baptismo efficimur mẽbra. Recipimus autem illud, vt non solũ per gratiam & affectũ vniamur illi, sed vt corporaliter, & *Simile.*

consubstantialiter, tanquam membra capiti vniamur, & incorporemur, vt præcedēti sermone dictum est, ideo baptismus includit votū huius sacramenti. Hac ratione, (quod consideratione dignū est) hæc duo sacra-
Nota. menta maximè in sacris literis cōbinantur. Isa. 33. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Quem locum Iustinus aduersus Triphonē, Cyrill. & Procopius intelligunt de Sacramento Baptismi, & Eucharistiæ. Exo. 16. Manna illud suauissimum ros præcessit, in quo signi-
Iust. ficatum est, quòd Eucharistiā baptismus debet præcedere. Antequam Deus manna daret antiquis patribus, mare eos fecit transire, significans, quòd baptismus debet
Exod. Eucharistiam præcedere. Non obscurè docet hoc Paul. dicens. Nolo vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes mare trāsierūt, omnes tandem escā spiritualē manducauerūt. Omnes eundē potum biberunt: bibebant autē de spirituali consequē-
1. *ad. Cor.* te eos petra: petra autem erat Christus. Super quē locū Aug. 11. cōtra Faustum c. 29. inquit, Exponendo vnum intellectum introduxit ad cætera: si petra Christus propter firmitatem, cur non & manna Christus tanquā panis viuus? Igitur introducti ad cætera, dicamus quod
Aug. Baptismus debet præcedere Eucharistiam, Nam maris rubri transitus figuram baptismi sine dubio tenet. Prius transierūt mare, igitur significatum est, quod baptismus debet præcedere Eucharistiam. Pulchra huius rei existit figura 3. Reg. 7. 2. Paral. 4. vbi dicitur, quod fecit Salomon Mare fusile. Labium quoque eius in modum calicis. *hizo vna pila y lauatorio* in modum calicis. Super quem locum inquit glo. In modum passionis Christi.
Ezech. 47. Adumbratum est in aquis de templo egrediētibus, quæ saluificam habebant virtutem, quia torrens ille aquarū transibat per locum, per quem decurrebat sanguis hircorum & vitulorum, quæ Domino sacrificabātur. Erūt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ illæ, & sanabuntur & viuent, & iterum. Et super torrentem

orietur, in ripis eius ex vtraque parte, omne lignum pomiferũ, iuxta hoc bene Hiero. tom. 2. serm. de Euchar. Ambr. lib. 5. de sacr. c. 1. dicunt, quòd de latere Christi fluxerunt sanguis, & aqua: aqua vt mundaret, sanguis vt redimeret: sanguine redimimur, aqua abluimur. Quemadmodum in generatione carnali, non sufficit quod quis generetur & viuat, nisi conuenienti cibo nutriatur ac vestibus vestiatur: quia infans vterum matris egrediens tenerrimus est, sic imaginãdum est, quòd per baptismũ regeneramur in filios Dei, consepulti Christo in baptismo, id est egredientes de pila baptismi, sine macula, pulchri & floridi sicut Christus surrexit de sepulchro pulcherrimus sine dolore *sin vnay*, sed illa gratia tenuis, ac debilis imaginanda est, ideo gratia sacramenti confirmationis corroboramur, & hoc sacramento alimur nè pereamus. Baptizatus erat antiquus populus in mari, sed nisi manna aleretur omnino in deserto periret, & verum esset murmur dicentium. Vtinam moreremur in Ægypto: sed quia illos Dominus aluit reprehensibiles omnino fuerunt. Adultus erat Elias, qui omnino à facie Iezabelis fugiens periret, nisi subcineritio aleretur pane, quo robur accipiens peruenit vsque ad montem Dei Oreb. Adultus erat Dauid, periret omnino à facie Saulis fugiens, ad Achimelech confugiens, nisi cibaretur panibus propositionis. Cum in baptismo in filios Dei regeneramur, de domo antiqui patris Adam eximus, à dæmonis persecutione fugimus, omnino peribimus, nisi manducaueri-mus hunc panẽ, ideo inquit Saluator. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, nõ habebitis vitam in vobis, Generat carnalis homo filium, quẽ postea pãnis inuoluit, deinde dulcia imprimit oscula, ac quadã amoris teneritudine amplexatur, tandẽ illum cibat & alit. In baptismo à sordibus originalis peccati abluimur, atque in filios Dei regeneramur. Dominus cor mundum creat hoc sacratissimo pane, & nos alit simúlq; amplexatur;

Simile.

& sibi vnit, dicẽte Domino Saluatore. In me manet, & ego in eo, Diuersi affectus, qui in patribus carnalibus videntur in diuersis sacramentis, inter Deũ, & hominẽ inueniuntur. Abrahã genuit Isaac, quẽ Sara lactabat, in die ablactionis grande Abraham fecit conuiuium. Per baptismum regeneramur in filios Dei, sancta Mater Ecclesia, quasi lacte quo nobis opus est, cœlestidoctrina in die ablactationis, grande vobis paratur conuiuiũ, in quo qui inuitat Christus est, conuiuij cibus Christus est, primus qui ministrauit Christus est. Posuisti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulãt me, iste panis dat robur, confortat animum. Confortatus Petrus dicebat. Si oportuerit me mori tecum non te negabo, Bene Dauid [erit firmamentum in terra in summis mõtium,] vbi per firmamentum hunc panem, qui firmat cor hominis intelligit, vt infra plus declarabitur. Post susceptum baptismum, postquam lacte cœlestis doctrinę imbuti sumus, quando iam non quasi geniti infantes lac concupiscimus, sed euacuatis, quæ sunt paruuli ad annos discretionis peruenimus, & nõ solùm lac concupiscimus, sed solidum cibum desiderãtes castissimos amplexus sponsi, grande nobis paratur cõnuiuium, in quo Christus sumitur, mens impletur gratia, futuræ gloriæ nobis pignus datur, ideo dixit.

Accipite & manducate, hoc est corpus meum.

Psalm. 18. Vox Domini, inquit Dauid, in virtute, vox Domini in magnificentia. Virtutis fuit vox, quæ panem in corpus, vinum in sanguinem conuertit. Magnificentiæ fuit vox, quæ proprium communicauit corpus, Magnificẽtia ad magnos sumptus est, quando quis superabundãter dona distribuit, vnde super liberalitatẽ addit, in cæteris ostendit se Dominus liberalem, sed suum dando corpus magnificentissimum, sese ostentauit. [Accipite, & mãducate, hoc est corpus meum. In cæteris sacramẽtis, quasi in quibusdam vasibus gratiam haurimus, in hoc sacramento, quasi in ipso fonte, nam hic est Domi-

nus apud quem est fons vitæ, idest ipsemet est fons vitæ, & in lumine fidei, quo credimus esse sub his accidẽtibus videbimus illud lumẽ, quod est ipsemet clarè visus: nam Deus pater est lumen, de quo procedit lumen, quod est filius. Cum egrederetur Iacob de domo patris sui, & peruenisset Bethel, quæ prius Luza vocabatur, votum vouens Deo dixit. Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentum ad induendũ, erit mihi Dominus in Deum &c. ac si dixisset, multa mihi *Psalm. 77.* Deus contulit beneficia, sed hoc vnum est, quod nunc opto, vt det mihi panem ad vescendum. [Accipite, & *Aug. tom. 8* manducate,] Nunc antiqua patrum complẽtur desideria. Nunc datur panis de cælo verus, qui est Christus. Panem Angelorum manducauit homo. Id est verbum illud quo pascuntur angeli, nam vt manducaret homo semetipsum exinaniuit. Videntes antiqui patres nostri manna dixerunt, [Manhu] quid est hoc? admirati sunt videntes talem panem. Qui non erant firmi in fide audientes. Panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi vita. Caro mea verè est cibus. Nõ solùm admirati, sed turbati & scandalizati, abierunt retrorsum, alij dixerunt. Durus est hic sermo, ad hunc locum optimã inducit figuram Aug. suo ingenio dignam, explicans titulũ *Aug. tom. 8 Ps. 33. cõci.* Psalmi 33. qui sic habet. Psalmus Dauid, cum mutauit vultum suum coram Abimelech. Iste Abimelech 1. Regum 21. ad finem dicitur Achis, coram quo cum Dauid stetisset finxit se insanum. Explicans August. hunc locum inquit. Vnde commendauit Dominus corpus & sanguinẽ suum? De humilitate, nam si non esset humilis (id est homo) non manducaretur corpus, nec biberetur eius sanguis. Adaptãdo immutationẽ vultus Dauid Christo conferẽti hoc sacramẽtũ, atque dicẽti, [nisi manducaueritis &c.] inquit. Quasi furor & insania videbatur: dicebãt enim. Quomodo potest hic dare nobis carnẽ suam ad manducandũ? Sequẽdo D. Aug. Notãda est liteta Hębrea. Vbi dicitur. Cũ mutauit vultuũ suum,

habetur in Hebræo dictio, [Taamo,] quæ secundùm
Aug. Eug. Aug. Eugubinum significat, sensum, gustũ, intellectũ. Iuxta prædicta dicemus, quòd Christus Dominus cõferendo hoc sacramentum, immutauit sensum, nam hic non est panis, vt iudicat sensus, hæretici existimant nõ esse ibi Christum, sed panis immutauit gustum, nam non debemus gustare hunc panem, sicut gustamus panem terrenum, quia panis de cœlo caro Christi est, immutauit intellectum, quia illum debemus captiuare in obsequium Christi. Non captiuantes insultantes, & quasi irridentes dixerunt. Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandum? hæc dicta sunt iuxta Augustũ. Forsam magis ad literam figuratur illud Lucæ 23. Spreuit autem illum Herodes, cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum, Herodes autem gauisus fuit, videndo Iesum, sicut colligitur gauisum Abimelech, seu Achis, videndo Dauid. Legendus est finis cap. 21. 1. Regum. Accipite hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Accipite, quod erit sacrificium, pro peccatis. Adorare pro sacrificare sumitur in sacris literis. Genes. 22. Cum ibat Abraham sacrificare filium, dixit. Cum adorauerimus reuertemur ad vos. Nunc iuxta illud Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt in spiritu, & veritate, relicta vmbra adorabunt in veritate adorando Christum. Adorauit Daniel in Babylone. Extra Hierusalem erant Synagogæ, ad orationem, consequenter ad adorationem, ergo controuersia inter Iudæos, & Samaritanos, vbi esset adorandum, tantùm erat de sacrificio, vbi esset Domino sacrificium offerendum, quia adorare pro sacrificare sumitur. Ratio quia sacrificare species est adorationis, hanc expositionem insinuat Cyrillus Alexan.
Cyrill. Theodo. Euseb. Psalm. 71. opusculo de adoratione, Theodoretus in 1. cap. Malachiæ, Eusebius lib. 1. demonstrationis Euangelicæ c. 6. O verum sacrificium. Bene Propheta. Adorabimus de ipso semper, semper vsque ad consumationem sæ-

culi, vbique, quia vbique offertur hæc oblatio munda sine labe, sine peccato, sine sanguinis cruore, & horrore: munda, quia mundat, & purificat: munda quia cæremoniis mundissimis, & honestissimis offertur, nec aliter nisi mundo corde potest quis suscipere. O vos sacerdotes quanta debetis puritate nitere. Arca illa, in qua manna illud reconditum erat, in memoriam, quod Dominus antiquos patres eduxit de Ægypto, & aluit in solitudine, deaurata erat, ex lignis incorruptibilibus: ita & vos, quia quotidie Dominum recipitis, & ad mensam eius sedetis. Magna dignitas maternitatis Mariæ, quæ Dominum concepit & genuit, magna dignitas sacerdotis, qui hoc conficit Sacramentum. Spiritus sanctus in Virginem superuenit, vt Dominum conciperet. Dominus Iesus sacerdoti potestatem contulit, vt sacramentum conficeret. Illa mater ad generationem eligitur, sacerdos ad transsubstantiationem panis in corpus Christi, minister instituitur. Maria primò genuit postea peperit, sacerdos prius conficit, postea intra viscera abscondit. Non concipit Maria verbum sine verbo, Ecce ancilla, non consecrat sacerdos sine verbis. Accipe vitulum labiorum nostrorum, accipe ô pater panem quem consecrauimus. Nihil in cœlis terrísque Mariæ Virgini potest comparari, quia concepit Christum. Nihil sacerdotum dignitati potest adæquari, non regum dignitas, nec Angelorum ministerium, solis, lunæve pulchritudo. Admiratus Dauid dicebat. Erit firmamentum in terra in summis montium. Vbi transfert Paulus Bulgensis. Etit placenta tritici in capitibus sacerdotum, igitur sicut summitates montium cæteras terræ partes superant, sic sacerdotum dignitas, & miratur Dauid quòd sacerdotes hunc diuinum panem in altum eleuent supra capita sua.

Accipite hoc est corpus meum.

Non solùm illis dedit, sed authoritatem contulit, vt

ipsi conficerent, & alijs administrarent. Homini existenti in paradiso arbor vitæ, regeneratis per baptismum panis vitæ conceditur. Mulier quę erat caro de carne Adæ sumpsit, & dedit viro suo. Christus, qui sumpsit carnem de carne nostra sumpsit, & dedit seipsum nobis in cibum, ille cibus fuit ad mortem, fuit cum deceptione hic verè est cibus ad vitam. Benè Dominus per Prophetam, in funiculis Adam traham eos, idest sicut per cibum homo peccauit, vitam amisit, mortem contraxit, sic ego per cibum ei vitam restituam, vt hoc beneficio tanquam fune quodam eum traham. Ego dabo cibum qui reparet damnum illius cibi. Carnē mortuam quis comedens, in suam substantiam illam conuertit, quia mortuum viuo non resistit, comedens verò rem viuam, ipsius comedentis viscera consumit, manifestum est in fœtu, & prole in ventre matris existente; consumit enim sanguinem menstruū, propter quod tunc temporis, mulieres illius sanguinis fluxum non patiuntur. Christus seipsum dat in cibum, quia panis viuus est, non ipse in nos conuertitur, sed nos in illum, Paulus. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus, *Apoderadose ha de mi, fuertemente me posseey en segnorea*, Nihil est in me, quod imperio suo non moueatur. Fortissimis funiculis gratiæ suæ, ligatum tenet fomitem meum, vt iam non mihi, sed illi viuam: ipse Dominus hanc veritatem. August. docuit dicens. Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me. Nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Homo auarus, efficitur liberalis: furibundus, mitis: superbus, humilis: rigidus, flectitur misericordia: iracundus, mansuescit: pigrus, solicitus: frigidus, amore incalescit: (& hic proprius est eius effectus.) Denique quem effectum cibus corporalis causat in corpore, similem causat cibus iste in anima. Huius mysterij amore sponsa accensa suauitate oblectata dicebat. Osculetur me osculo oris sui, idest propria carne sua os meum tangat

Simile.

August. 7. confes. c. 10.

vt illum in cibum sumam, ac degustem. Si aliquando in hunc sensum, qui singularis videtur ex proprio marte deueni, iam huius veritatis præceptorem habeo Ambrosium qui lib. 5. de Sacramentis c. 2. hunc locum inducens inquit. Vidit Ecclesia sacramenta mirabilia, & ait, osculetur me ab obsculis oris sui. Si videndo sacramenta, hoc dixit, maximè videndo hoc sacramentum, in quo est ista vnio, ac realis contactus carnis ad carnem, fauet Theodoretus explicans hunc locum dicens. Nec verò offendi quis debet, verbo osculi, si quidem ipso sacramenti corpore, membra sponsi nos accipimus, osculamur, & amplectimur, & veluti spirituali conuentione, cum eo copulamur. Conuenit Efrem sermone de iudicio dicens. Anima nostra, sponsi immortalis sponsa : copula autem nuptiarum, cœlestia sacramenta, quia cum manducamus corpus eius & sanguinẽ bibimus ipse in nobis, & nos in eo sumus: Ratione suaderi potest sic. Præcesserunt figuræ, & desideria incarnationis, imò omnium mysterium, & rerum notabilium, quæ fuerunt in lege noua, vt iuxta saluatorem cũ facta fuissent crederentur, igitur credendum est, præcesisse desiderium huius sacramenti, sicut certissimum est, præcesisse figuras, puta agnum Paschalem, manna minutissimum, & suauissimum : sed in hoc sacramento est contactus sponsæ ad sponsum, dum ore manducamus carnem Christi, quod conuenit omni Ecclesiæ nõ vni personæ particulari : igitur hic adimpletur desiderium sponsæ Ecclesiæ. Sed nè videamur torrenti Doctorum, & nobis ipsis, qui cum cæteris sæpe istum locum de mysterio incarnationis exposuimus dicamus, quod sponsa hanc vnionem, vt vltimum desiderabat, sed quia ad hoc necessaria erat Diuini verbi incarnationem petebat. Non sum solus, sed ego, & quime docuit Augu. qui explicans Psal. 33. conc. inquit. Vnde commendauit corpus & sanguinem suum? De humilitate, quia nisi esset humiliatus, ideſt, factus homo. Nõ

Aug. to. 8. Psal. 33.

manducaretur, igitur sponsa desiderabat videre humiliatum in carne, vt carnem manducaret, & præceptum dicentis, Nisi manducaueritis, impleret. Cum frequenter quis puerum osculatur dicimus, *Queres lo comer con osculos*, Sic sponsa, Osculetur me osculo oris sui, desidero videre in carne suggentem vbera matris, ad deosculandum illum. Deniq; vtinam iam illum sumam in cibum. Ab omnibus se purgans vitijs Iob, & ostendens se rectè, ac sanctè viuere (quod aliquando licitum est) inter alia dicebat. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur. Ideſt adeo affabilem, benignum, ac humanum, erga domesticos me ostendebam, omnem fastum, & arrogantiam, amicitiæ contrariam, & inimicam fugiens, quod domestici mei ardenter nimis desiderabant me habere præsentem, vt carne mea, ideſt præsentia mea satiarentur. Sic Nicol. Accepit ex S. Th. Sequitur Titelmanus super Iob. Omnium prior Chryso. hom. 45. super Ioannem dicens. Per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim ardenter amantium maximè est, hoc significabat de seruis suis Iob, à quibus maximè amabatur, qui suum amorem præ se ferentes dicebant. Quis det nobis, vt eius carnibus impleremur. Hoc nunc tribuimus Sponsæ quæ tanquam sponsi domestica, desiderabat eius carnibus impleri. Christus Dominus, tam humanum se exibuit, tam magnificum se ostendit, ac liberalem reddidit, quòd omnibus dixit, Caro mea verè est cibus.

Similc.

Cant. 1. fol. 5. p. 1. Iob. 38.

Meliora sunt vbera tua vino.

Cætera sponsi bona laudat sponsa, & eorum cõtemplatione delectatur, cum dicit. Meliora sunt vbera tua vino. Per apostrophem ad spõsum sermonem conuertit, & vbera nominat, quod muliebre est, vt ipso carminis initio, figuratè se loqui manifestet, ideo audiendus non est Nicolaus, qui in hac parte dubitat, an spon-

so vbera tribui possint, nam Isai. 66. manifestè dicitur. Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis, quomodo sicut mater blandiatur, ita ego consolabor vos, Isai. 49. Nunquid obliuiscì potest mulier infantem suum, si illa oblita fuerit, Ego non obliuiscar, Isai. 46. Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Psal. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te. Si Deo tribuitur venter per metaphoram, ad denotandum quòd generatio illa diuina, est naturalis sicut generatio ex vtero, quid mirum quòd tribuantur sponso vbera, ad nutriendum quos spiritualiter genuit? Aug. tract. 1. in epist. Ioan. Sponsus est verbum, sponsa eius caro, Isai. 1. Filios enutriui, ergo nimirum quòd sponso tribuantur vbera, vnde idē fuit, ac si diceret. Aliæ sponsæ dotem secum afferunt, & vbera habent ad educādos filios, quos gignūt: Ego ô diuine sponse sterilis sum, non habens cœlestem doctrinam, ac Spiritus sancti gratiam: & cœlestia sacramenta ad educandos, & alendos filios. Omnia ista tu debes præstare. Sub pectore cor calidissimum est, ex nimio calore sanguinem in lac conuertit. Ex semine & menstruoso sanguine mulieris fœtus generatur, sanguine verso in lac nutritur. Quicquid est in Ecclesia pulchrum sanguis est. Sanguine aperitur cœlum. Sine virtute sanguinis, baptismus non confert gratiam. Sine meritis sanguinis Christi, non prædicatur eius doctrina. Petit ergo sponsa osculum, idest vltimam vnionem cum sponso, & sterilem se esse fatetur, ad enutriendum multitudinem filiorum, quos ab sponso procreandos esse contemplatur. Admirata laudat alimentum, quo enutriuntur, crescunt & coalescunt: iustè quidem, quia sponsus est genitor & nutritius, est redemptor, & sacramentorum institutor, est doctor, & doctrina, est ductor & via, est qui infantibus dat lac, adultis corpus in cibum, sanguinem in potum. Iuuat per omnem modum August. Psal. 33. concin. 1. vbi agendo de hoc san-

Simile.

Simil.



Simile. ctissimo sacramento inquit. Vnde cibus in lac conuertitur nisi per carnem traijciatur: hoc facit mater, nam quod manducat mater, hoc manducat & infans, infans non potest panem manducare, mater panem incarnat, in lac conuertit, in lac conuersum infans manducat & suggit, dicamus ergo, quod petebat hunc panem, nam lac ex pane, sub vino, idest speciebus sacerdos corpus Christi sumit. Auro se ornant Principes, ac Reges, quid dico reges? Mulierculæ vxores hominum, qui filijs suis, cibum manu & arte quærant gẽmis se ornant. Fœliciſſimus Ego hoc si me ornauero sanguine, ac labia rubricauero, Si liquefacto auro manum inijcias, quam primum deaurata manebit, ita si quis dignè hunc sumpserit sanguinem, quo, sicut antiquitus templum auro, deauramur. Caro mea verè est cibus, Meos filios alere nulli committo, sed proprio corpore meo, propria carne mea, alere volo: Proprio ore lac doctrinæ dedi, me ipsum post hoc in cibum adultorum trado, Accipite, & manducate. Ac si dixisset ad hoc carnem sumpsi, vt hac carne vos redimerem, & illam vobis in cibum darem, accipite, nolite timere, aut pauere sicut antiquus populus ad montem Synai, nam non descendo in terrore, non in nube obscura. Non vos retrahat doni dignitas, donantis authoritas, tribuentis majestas, nam non minor est amor quo vos vt chariſſimos fratres amo. Non trepidetis, & à recipiendo abstineatis, propter doni magnitudinem, & beneficij nouitatem, sicut Moyses videns rubum, *No esteys encogidos ni espantados como la Sabbea.* Nam non minor est majestas, & authoritas dantis. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro me ipsum dare vobis. Non vestris meritis datur, donum est magnificentiæ meæ. Antequam patiar, & in terrenum descendam sepulchrum, intra viscera vestra esse diligo, ibi habitare & commorari volo. Mortuo corpore terra sepulchrum erit, adhuc me viuente, vobis viuentibus me ipsum panem vitæ

trado, vos semper viuere volens: Accipite summa auiditate & amore, nam iam non agrum trado Paschalem, non panes azimos cum lactucis agrestibus, non aliquid quod è terra est genitum, aut manu, & arte humana natum, nõ trado quod solis ardore coalescit, lunæ humore intumescit, & determinato tempore matureſcit, sed panem qui caro mea est pro mundi vita. Angeli visionis intuitu vnionem carnis ad personam vident, & videndo degustant, cuius visione non parum delectantur. Antiqui Patres, fide, non visu me gustauerunt, ac visionibus viderunt: vos medij inter Angelos & Patres antiquos, visionis scientia, vnionem carnis meæ cum persona mea non cernitis: Maiores quàm antiqui Patres in me carnem meam videtis, & sub sacramento gustatis; accipite voluntariè gaudentes, hoc robur præstabit, nè deficiatis. O clarissimum & summum diuinæ dilectionis argumentum. Magnum dilectionis argumentum fuit, quod Artemisia Regina Cariæ, Mausolo viro suo defuncto insigne sepulchrum fabricare fecit (quod inter septem mundi miracula numeratur) insuper cineres varijs odoribus admixtos in cibum sumpsit: Maius profectò quod Christus seipsum viuum discipulis suis tradiderit, ac viua sepulchra sui ipsius constituerit. Quis adeo inhumanus, quis adeo durus & ferreus existit, Cuius saxeum pectus tanti beneficij consideratione non liquefit? Sponsabo te mihi in sempiternum, desponsabo te mihi in iustitia, despõsabo te mihi in misericordia, desponsabo te mihi in fide. Isai. 61. Posuit mihi mythram sicut sponsæ. Hierem. 2. Recordatus sum tui, miserans adolescentiæ tuæ, & charitatis, desponsationis, quando secuta es me in deserto. Omnes hi prophetæ, futuram ineffabilem Christi, & Ecclesiæ copulam cecinerunt, Significauit omnium primum, ac antiquum, primorum parentum matrimonium, dicente Paulo. Sacramentum hoc magnum est; Ego autem dico inter Christum, & Ecclesiam, Vbi

Oseæ. 2.

Isai. 61. 19. 1151

Ephes. 5.



præmiserat quòd sumus membra corporis eius, de carne eius, & de ossibus. Ideſt sicut Eua de costa, & carne Adæ, sic nos de sangue Christi spiritualiter regenerati & formati. Faciamus clausulam (longiorem expositionem ob prolixitatem vitamus) dicentes, Quòd hoc spirituale connubium consumatur. Tunc sumens & Christus, sunt duo in carne vna, dicente Saluatore. In me manet, & Ego in eo; Quod iam supra latè exposui, Cum quis in baptismo recipit gratiam, desponsatur in fide, desponsatur in misericordia, quia recipit fidem, & Deus ex misericordia condonat delicta, remittit offensam. Cum dignè suscipitur in hoc sacramentum, tunc consumatur matrimonium, quia membrum suo vnitur capiti, & anima Christi sponsa, verè suum amplexatur sponsum. Tunc efficiuntur vna caro, quia caro carni copulatur. Tunc desponsatur in æternum, quia post dignam sumptionem Eucharistiæ, non restat nisi exire de Ægypto, ideſt de hoc mundo, & possidere terram promissionis, ideſt cœlestem patriam. (Referendo ad Ecclesiam in communi, aliter explicanda est authoritas.) Volens hoc diuinum connubium cum Apostolis consumare dixit, Accipite, iuxta præsentem metaphoram, *yo os doy mi mano*, Accipite *dadme vuestra mano*, Manducate, *juntemonos*. Noluit sine proprio consensu, in terris matrem, & sponsam habere, noluit nobiscum sine consensu nostro copulari, ideo dixit, Accipite, *Si me quereys yo os amo y quiero*. O saxeum pectus quomodo tanta dignatione, pietate, ac miseratione non flecteris. Quæ sponsa suum diligens virum, viri sui amplexus non desiderat, & thalamum nō concupiscit? Lya amplexus viri sui desiderabat, & pro coniunctione matrimoniali, mandragoras dedit. Non sufficit quòd anima sponsum suum Iesum diligat, sed quòd amplexus & thalamum diligat. Thalamus, est altare, ibi homo hoc sacramentum accipit, ibi vna caro cum suo sponso,



anima in carne efficitur. Manducate, connubium castissimum est, & honestissimum, per os debet consummari, *por la boca seamos vna caro.* In coniugijs, & connubijs carnalibus, interueniunt sponsalia, Matrimonium ratum, denique matrimonium cõsumatum. Spiritualiter, per fidem promittimus fidem Deo, per charitatem, quæ operatur per dilectionẽ, est matrimonium ratum, sumendo carnem Christi consumatur matrimonium castissimum, cuius minister, sicut & matrimonij carnalis, sacerdos existit, Dicente Paulo. Sacramentum hoc magnum est. Eluceſcit, quòd sacerdos, qui istius carismatis est minister, debuit esse illius Vnio beatifica hypostatica quæ vni soli, & semper Christo conuenit, ommissa. Finis noster est, in futura illa quam speramus vita, in hac quam viuimus, finis noster est vnio ad carnem verbo vnitam. Consequens est (sciat doctus, consideret indoctus) quòd harum concionum hæc omnium debuit esse clausula, quia in via, vltima nostra perfectio est vniri carni vnitæ Deo.

Decursus sermonis deduxit nos ad exhortandum, vt cum frequentia nos sacramentum suscipiamus. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Si ex reuerentia abstines, & frequenter non sumis, bene facis, quia timor & reuerentia vtilis est; sed quia melior est amor, & ex amore accedere, quam ex reuerentia recedere, Audi Ambrosium dicentem: Sic viue, vt quotidie merearis accipere. O Sacerdotes ad vos præcipuè est sermo iste, nam laico bene & sat est, semel in hebdomada accipere. Non accesserunt quidam ad hoc diuinum sacramentum, & ad hoc spirituale cõnubium consumandum, quia anima eorum non erat despõsata cum Christo firmiter per fidem. Nam multi audientes, Caro mea verè est cibus, In me manet, & ego in eo; Abierunt retrorsum atque dixerunt, Durus est hic sermo. Dubitauerunt discipuli Elisæi 4. Regum 4. an posset propheta de paucis panibus plures homines satiare. Fidelis pro-

Gregor. 4. Nam. 11.

Simile.



pheta dixit: superabundauit, Quasi dubitans Moyses dixit: Sexcenta millia hominum sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium. Bene Paulus ad Ephes. cap. 6. in omnibus sumentes scutum fidei. Qui stat videat ne cadat. Noli altum sapere, sed time. *No quieras desspuntur en saber.* Sed estote fide muniti. Iugum ceruici animalium durum est & asperum, nisi aliquid interponatur inter iugum & animalis ceruicem. Nisi inter intellectum & hoc Sacramentum ponatur fides, durus est hic sermo, sed si ponatur fides in intellectu, charitas in voluntate, Iugum Christi suaue est, & onus leue. Tunc sermo durus mollis est, & asperus leuis. O insentati durissimus erit ille sermo, quando strictissimus iudex veniendo cum millibus Angelorum dixerit, ite maledicti.

Si fides in auctoritate Oseæ sumatur pro fidelitate docemur, quòd debemus fidem spõso Christo seruare si ad hoc sacramentum accedere volumus qui non seruat fidem, sed sequitur alios amatores & abijt post desideria sua, talis anima meretrix est & adultera, non dignè accedere potest ad hoc sacramentum. Quis dignè accedere potest ad hoc sacramentum? Qui in æternum desponsatur in fide & iustitia. Hic adhæreat per hanc corporalem & substantialem vnionem.

Transeamus ad figuram hoc ipsum ex illa comprobantes. Antiqua lex illa, ab esu agni paschalis, omnem illum, qui Abrahæ, sanguine aut religione nõ erat coniunctus, arcebat omnino, ac strictissima prohibitione interdicebat. Si hunc cibum nemo gustare potest, nisi Christo, Abrahæ filio, fide & moribus fuerit coniunctus. Si per fidem non vnitur, nullo modo sacerdos ei potest hoc sacramentum porrigere, si moribus separatur, & est publicus peccator etiam non potest. Si occultus, porrigere debet proprius parochus, ipse verò sibi iudicium manducat, non diiudicans corpus Domini, idest, non faciens differentiam inter hunc, & alios cibos; *La muerte se toma con sus manos*, Probet seipsum homo,

homo; *Burlado sa hallara Dauid sino se probara las armas de Saul.* Qui crimen committit occultum, non se prodit, Qui publicum, non introducit iudicem in domum suam. Si se manifestat ipse se occidit. O stulte, si es in pecato, ad quid introducis iudicem in viscera tua? Iudicium manducas, peccatum committis, propter quod iudicio, & condemnatione dignus es. Pomum dicitur sanum; Quia causat sanitatem. Vrina dicitur sana, quia signum sanitatis, iuxta primùm de pomo, qui indignè manducat iudicium sibi manducat, quia indigna manducatio est causa demeritoria sui iudicij, & condemnationis. Dominus in vobis non manebit, sed venient ministri iudicij, & condemnationis Dei, necesse est alterum vobiscum esse, aut maritum, & sponsum, amicum, & aduocatum, aut iudicem, aut ira, & misericcordia, aut Dei amicitia, aut iudicium, & condemnatio. Iuxta secundùm Exod. 32. Postquam adorauit populus vitulum, Moyses combussit illum, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israël, vt bibentes notarentur de peccato suo, aliquo signo exteriori, nam occidendi erant, qui fuerant in offensa, & nō poterant aliter cognosci, sic docet Abulensis ibidem quæst. 31. & 32. est optima historia Nume. 5. Vbi mulier si erat adultera, bibens vas aquæ tumescebat venter eius, & sic iudicabatur: ergo, qui indignè manducat iudicium sibi manducat. De indignè manducātibus inquit Paul. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiūt multi, Idest infirmitas, & mors, est signum iudicij, indignè sumptionis. Principes, & Reges deputatum habent ministrum ad prægustanda cibaria, vt omni reiecta formidine ipse possit gustare. Hic è contra nos debemus nos ipsos probare, vt gustemus hunc cibum, quia non nos illum in nos, sed ipse nos in se conuertit, iudicemus nosmetipsos in confessione vbi Sacerdos est iudex, vt non cum hoc mundo damnemur, sic co-

Simile. *Abulens.* *Simile.*

medimus lactucas agrestes cum dolemus, & confitemur peccata verè pœnitentes, tunc non iudicium, & condemnationem, sed vitam, & libertatem, manducat Patrem, non iudicem, Christum habebit. Tanquam ad verum Sponsum potest anima secura accedere vt hic gratiam quæ arra est gloriæ accipiat, quam mihi, & vobis, &c.

FINIS.

INDEX RERVM NOTABILIVM HVIVS OPERIS.

Numerus primus partem, Secundus paginam indicat.

ADAM ante casum cognouit Christum. 1.p. 64.
Adam conuenienter positus in Paradiso. 1.p. 77.
Adam per superbiam cecidit. 1.p. 65.
Adorare pro sacrificare. 2.p. 892.
Aduentus primus Christi in misericordia, secundus in iustitia. 1.p. 62.
Adulatio vitium est detestandum. 2. 417.
Amicus alter ego. 2.p. 517.
Amor primus omnium Deorum. 2. 547.
Angeli in Natiuitate quare in vestibus albis. 2.p. 390.
Angelus motu progressiuo ingressus ad Virginem. 1.p. 231.
Angeli deputati ad laudem Dei. 2.par. 724.
Angeli silentio laudant Deum. 2.p. 717.
Angeli habuerunt fidem mysterij Trinitatis. 2.p. 759.
Angelorum peccatum. 2.p. 760.
Anima pro homine. 1.p. 194.
Apostoli sicut Cœli narrauerunt mysteria occulta. 2. par. 456.
De ratione Apostolatus quæ sint. 2.p. 788.
Aquæ similitudine Trinitatis mysterium declaratur. 2.p. 765.
Arcus fœderis. 2.par. 536.
Arrabon quid. 498.
Ascendere non debuit Christus post resurrectionem. 1.par. 394. & 396.
Ascensio Christi mirabilis. 1.p. 416.
Ascensio tenet fastigium inter cæteras festiuitates Christi. 1.par. 224.
Auditus per accidens magis necessarius quam visus. 2.p. 753.
Baptismus triplex. 2.p. 794.
Baptismi figuræ plurimæ. 2.p. 797. & seq.

Beati quomodo videant in verbo.1.p. 234.
Beatorum laus sonorosa.2.par. 724.
Benedicere Dei quid.1.p. 149.
Caro pro homine.1.p. 194.
Carnem Deum sumere conueniens.1.p. 97.
Carnem quare Deus sumpsit.1.p. 256.
Cœli epitheta.2.p.1.& 781.
Charitas Dei quare nimia.2.p. 783.
Cherubin duo quare positi in templo.2.p. 613.640.

Christus.

Christus quomodo esset in Cœlis quando erat in terra.1.par. 9.
Christus quomodo descendit de cœlis.1.p. 114.155.
Christus dicitur gloria Patris.1.p. 388.
Christus magis dilectus, quam totus mundus.2.p. 620.
Christus Patribus apparuit.1.p. 60.
Christus est omne bonum.1.par. 73.
Per Christum iusti saluantur.1.p. 75.
Christus sufficiens remedium ad subleuandam naturam. 1.p. 95.
Qua parte cœli sit Christus.1.p. 403.
Christus magni consilij Angelus.1. 180.181.182.
Christo paruuli malitia assimilantur.1.p. 834.
Christus non habuit regiam potestatem. 2.p. 665.

Christi Conceptio, & Natiuitas.

Christi Conceptio, & Adæ formatio comparantur.1.p. 20.
Christi Conceptio mirabilis. 21.
Christus nasci debuit ex fœmina.p. 108.&.127.
Christi Natiuitas miraculosa.1.p. 107.
Christi Natiuitas credibilis.2.p. 166.
Christi Natiuitas omnibus materia gaudij.1.p. 265.& *seq.*
Christi Natiuitas causa pacis.1.p. 182.
Christus reclinatus in præsepio.1. 78.
Christus reclinari debuit in præsepio.2.par. 151.

Christi Circuncisio.

Circuncisio Christi spectaculum iustitiæ. 1.p. 262. *maximè ostendit iustitiam.* 263.
Circuncisio Christi ostendit misericordiam, & iustitiam Dei. 1.p. 264.
Circuncisio Christi sangria de cabeca quomodo. 1.p. 276.
Quare debuit Christus circuncidi. 1. *parte* 275.
Circuncisio Christi mulcet, & terret. 2.*parte* 265.
Circuncisus fuit Christus à matre. 1.*parte.* 299.

Christi nomina.

Christus plura habuit nomina. 1.*parte.* 180.
Iesus omnia Christi nomina continet. 1. *parte* 180. & 181.
Iesus salus omnium. 1.*parte* 74.
Iesus nomen misericordiæ, & iustitiæ. 1.*parte.* 265.
Iesus nomen potentiæ, misericordiæ, & bonitatis. 1.p. 267.
Iesus quare nomen breue. 1.*parte* 294.
Iesus præstat quidquid fides credit, spes sperat, charitas diligit. 1.p 294.
Iesus in perpetuum potest saluare. 295.
Encellentiæ huius nominis ad tria capita reducuntur. 1. *par.* 304.
Iesus cuncta nomina excedit, potentia, suauitate, & vtilitate. 305.
Iesus quomodo maioris reuerentiæ, quam Deus. 1.p. *ibid.*
Iesus cuncta nomina excedit vtilitate. 1.p. 309.
Iesus cuncta nomina excedit suauitate. 1.*parte* 312.

Circuncisio.

Circuncisio Abrahæ data. 1.*parte* 257.
Circuncisionis tempus octauus dies. 1.*parte* 258.
Circuncisio multis de causis instituta. 1.p. *ibid.*
Circuncisio spiritualis iustificat. 1.*parte* 272.
Circuncisio est similitudo carnis peccati. 1.*parte* 277.
In Circuncisione imponebatur nomen. 2.*parte.* 748.

Communitas non debet damnari.1.parte 8.
Concordia medium impetrandi, quæ à Deo petimus.1.p. 342.
Concordia commendatur.1.par. 350.
Cordis epitheta.2.p. 492.
Cordi bene comparatur Spiritus sanctus.2.parte 499.
Cordis nomine voluntas, vel intellectus.2.parte 518.
Corpus Christi quare in sepulchro.1.parte. 387.
Creaturæ quomodo à Deo, & non eiusdem substantiæ.2.p. 692.
Creaturæ prouocant ad diuinum amorem.1.parte 250
Christallus quomodo generetur, & Spiritus sancti processio eius similitudine explicetur.1.parte 267
Cruce quare vtitur Ecclesia.1.parte 199.
Crux Christi figurata virga Iosep.2.parte 753.

Deus.

Deo vindicta quasi à remoto conuenit, compassio, & misericordia à natura.1.parte 63.
Deus tribus modis communicat se creaturis.1.parte 236.
Deus ignotus non Christus.2.parte 665.
Deus ignotus.1.parte 300.*& seq.*
Discordia detestabilis.1.p. 19.
Diuinæ dilectionis figuræ optimæ.2.parte 518.519.
Deus non potest nimis amari. 490.
Deus qui est, propter semetipsum diligendus est. 523.
Deus eisdem vtitur ad iram, & ad misericordiam.2.p. 524.
Deus potius in nobis quàm in Angelis charitatem suam commendat.2.parte. 551.
Dei nomine quid intelligatur.2.parte 724. vsque 731.
Deum esse, & vnum esse.2.parte 604.*& seq.*
Dei vnitatem regularis motus cœli ostendit.2.p. 685.
Dei vnitas ex creaturis cognoscitur.2.p. 675.
In diuinis est pluralitas personarum.2.p. 613.*& seq.*
In diuinis est progressio.2.parte 681.
In diuinis tantum sunt duæ productiones.2.p. 553.
Doctores non seruantes legem assimilantur fabricatoribus arcæ

Noe.1.p. 346.*& seq.*
Domus nomine familia, & maioratus intelligitur.1.p. 521.
Dona cor attrahunt.2.parte 575.
Doni ratio quid.2.parte 579.
Ecclesiæ gloria ex Christo.1.parte 347.
Ecclesiæ militantis, & triumphantis Figuræ.2.p. 752.
Eleemosynam facere reuelat mysteria.2.parte 530.
Elias quid dedit Elisæo. 841.
Elisæus quare sequebatur Eliam.1.parte 100.
Emanuel nobiscum Deus.1.parte 219. 221.
Epiphania idem quod apparitio, & manifestatio.1.parte 319.
Essentiam diuinam Mariam vidisse sunt qui dicant. prima parte 85.
Essentiæ diuinæ infinitas. 2.par. 725.

Eucharistiæ sacramentum.

Eucharistiæ institutio conueniens.2.parte 886.
Eucharistiæ significatio, materia & propositiones negandæ, & concedendæ.2.parte. 802.
Hoc sacramentum comparatur cum mysterio incarnationis. 2.par. 812.
In hoc sacramento relucent omnia attributa. 2.parte 807. *& seq.*
Hoc sacramentum mirabile est mirabilium Dei memoriale. 2.p. 812.
Hoc sacramentum dicitur mysterium fidei.2.p. 823.
Eucharistiæ figura hydria farinæ.2.parte 829.
Eucharistiæ figuræ.2.parte 804.836.
Eucharistiæ plures fines.2.p. 864.865.
Sub Eucharistia conuenienter datur Christus.2.p. 826.
Eucharistiæ conuiuium magnificum.2.p. 840.
Eucharistia cum feruore suscipienda.2.p. 835.
Eucharistia durabit vsque ad consummationem sæculi. 2.*parte* 837.
Eucharistia humiliter suscipienda. 2.p. 845.
Eucharistia cum munditia est suscipienda. 2.p. 846.

De hoc sacramento fide non sensu iudicandum est. 2. 858.
A propriis vxoribus abstinendum ad recipiendum hoc sacramentum. 2. *parte* 871.
Eucharistia, & Baptismus combinantur. 2. *p.* 887.
Eucharistiam Baptismus debuit præcedere. 2. *p.* 889.
Fidei laudes. 1. *parte.* 299.
Fides in Christum quare requisita. 2. *p.* 598.
Fidem rationes iuuant. 2. *parte* 893.

Filius in diuinis.

Filius Dei multipliciter nominatur. 1. *p.* 247. 248.
Filius quare debuit carnem sumere. 1. *p.* 38.
Filius sub nomine verbi quare debuit carnem sumere. 1. *parte* 230.
Conuenienter carnem sumpsit vt diligeretur ab hominibus. 1. *p.* 223. 254.
Filij æqualitas cum Patre optimè probatur. 2. *p.* 454.
Fortitudo maximè necessaria ad prædicationem Euangelij. 2. *parte* 354.
Generationis diuinæ æternitas. 1. *parte* 259.
Gloria est clara cum laude notitia. 2. *parte.* 226.
Gloria accipitur multipliciter. 2. *parte* 688.
Gloria Christi crux. 1. *parte* 307.
Gloria post Christum datur in abundantia. 1. *parte* 224.
Gratia pro lege Euangelica. 1. *parte* 130.
Gratia plusquam sapientia in operibus Dei resplendet, 1. *parte* 226.
Gratiæ Deo agendæ. 1. *parte* 289.
Gratiarum actio. 2. *parte.* 811.
Gratitudo Dauid commendatur. 1. *parte* 452.
Homo finis corporalis creaturæ. 1. *parte* 480.
Homo imago Trinitatis, & Incarnationis. 1. *parte*
Hominem labi in peccatum quare Deus permisit. prima parte 255.
Humana natura non ascenderet, nisi descenderet Deus. prima

parte 45. optimè.
Homo quare ad imaginem Dei. 2. parte 471. copiosissimè. 704
Humanæ naturæ dignitas. ibidem.
Humana natura per incarnationem dignificata, 1. parte 160. 229. 268.
Humana natura ad maiorem honorem fuit subuecta, quam antea habebat 1. p. 253. optimè.
Humana natura maximè fuit exaltata in Ascensione. 1. parte 412
Humana natura bene comparatur filio nouercæ. 2. p. 447
Humana natura nobilissima, & infirma. 2. p. 458
Humana natura quomodo se habeat ad alias creaturas. 1. p. 256

Humana natura Christi.

Humana Christi natura aliquid habuit de omni statu. 1. parte. 124
Humana natura Christi vestimentum. 1. parte 230
Humana natura Christi nomine fortitudinis significatur. 1. parte 255.
Humilitas commendatur. 1. p. 29. & seq.
Humilitas via ascendendi in cœlum. 1. parte 30.
Humilitas occultat gloriam suam. 1. parte 281.
Humilitas attractiua est voluntatum. 1. parte 408
Humilitas voluntaria & actu necessaria. 1. parte 405.

Humilitas Christi.

Humilitas Christi nostræ superbiæ est condemnatio. prima parte 32
Humilitas, & benignitas Christi præbet nobis accessum ad illum 1. p. 145. figura optima est. 194.
Humilitas Christi maximè commendatur ab Angelis. 1. p. 154. & seq.
Idolatria detestanda. 2. p. 689. & seq.
Imaginis ratio fundatur in natura. 2. parte 714.
Imago in nobis quomodo differat à similitudine. ibidem.
Imperia mundi non steterunt. 1. parte 810.
Imperium Christi firmum. ibidem.

Incarnatio Christi.

Incarnationis mysterium fide credendum. 1. *parte* 4.
Incarnationis mysterium in vnione ad verbum consistit, prima parte 6.
In Incarnatione omnia attributa relucent. 1. *parte* 10.
In Incarnatione maximè relucet amor Christi. 1. *parte* 206.
In Incarnatione magis relucet omnipotentia quàm in creatione. 1. *parte* 25.
Incarnationis figuræ. 1. *parte* 21. *& seq.*
Incarnationis possibilitatē vnione animæ, & corporis cæpit Deus persuadere. 1. *p.* 333. 844. *optima figura.*
Incarnatione honoratum genus humanum. 1. *par.* 45. *figuræ optimæ.*
Incarnatio imago Trinitatis. 1. *p.* 50.
Incarnatio Filij Dei differri debuit. 1. *parte* 54.
Incarnationis tempus clarum. Daniel. *ibid.*
Incarnatio Christi omne bonum. 1. *parte* 55.
Ante incarnationem apparuit Christus in carne apparenti 1. *p.* 59.
Incarnari non debuit Christus statim post peccatum. 1. *parte.* 64.
Incarnari debuit Christus ex hoc quod summum bonum. 1. *parte* 97.
Incarnari debuit vt creaturæ redirent ad vnitatem existentiæ cum Deo 1. *parte* 207.
Incarnatio mirabilis. 1. *parte* 95.
Mysterij incarnationis sublimitas 1. *parte* 67.
Incarnatio Thesaurus Ecclesiæ. 1. *parte* 106.
Incarnatio Filij Dei est nouum sub Sole nouum. 1. *parte* 205. *& seq.*
Incarnatus est Christus, vt adoptaremur in filios Dei, prima parte 199.
Inimici casu non debemus gaudere. 2. *parte* 870.
Infirmitas diuinæ essentiæ. 2. *parte* 579.
Ingratitudo reprehensibilis. 2. *p.* 578. 585.
Isaac quare non occisus. 1. *parte* 95.

Iudex misericors Christus. 2. parte 785. *& seq.*
Iudicium Domini seuerum erit. 1. parte 75.
Lachrymarum laudes. 2. parte 488.
Laudes maximè Deum mouent. 2. parte 577.
Laudes Beatorum sonorosæ. 2. parte 724.
Laus Dei est cognoscere esse supra omnem laudem. secunda parte 730.
Lex Moysis quare ex lapidibus nostro in corde. 2.p. 508.
Lex antiqua quare dicatur carnalis. 1. parte 117.
Lex Euangelica quare dicatur spiritualis. *ibid.*
Locum nobis Christum parare quid sit. 1. parte 427.
Magi an Reges fuerint, & quæ circa hoc quæri possunt. 1. parte 320. *& deinceps.*
Magi maximè commendantur. 1. parte 343. *&* 336.
Magi ornati omnibus virtutibus. 1. parte 345.
Magorum fides Iudæorum est condemnatio. prima parte 372.

Maria.

Maria quomodo Domina omnium creaturarum. 1. parte 19.
Mariæ excellentia est esse matrem Dei. 1. parte 314.
Maria quomodo mater nostra. 1. parte 186.
Mysteria diuina non curiosè scrutanda 2. parte 638.
Mulieres fortes Debora, Iudith. 1. parte 100.
Mundi nomine homines intelliguntur. 2. parte 605.
Mundi mirabilia. 2. parte 629.
Natura inferior gratia est superior. 2. parte 710.
Nomen imponere autoritatem denotat 2. parte 707.
Obedientia commendatur. 1. parte 355.
Osculum sponsi obscuri sensus illuminatio 2. parte 687
Osculum sponsæ quid. 2. parte 428.
Pannis vilibus indutus Christus. 1. parte 261.
Pastores maximè dilecti à Deo 1. parte 287.
Pastorum animarum munus 2. parte 531.
Paternitas inter fratres detestanda. 1. parte 317.
Paupertas & labor Christi. 1. parte 147. *& seq.*

Præcepta omnia ex vno præcepto oriuntur. 2.p. 515.
Diligenti plura vnum videntur. 2. parte 517.
Prædicatores non facientes quod docent. prima parte 486. *& seq.*
Prædicatoris conditiones, 2. parte *ibid.*
Prædicatoris munus. 2. parte *ibid.*
Præsepe Saluatoris silentio venerandum. 1. parte 76.
In præsepio quare Dominus reclinatus. 1. parte 84.
Portæ inferi opera impiorum. 2. parte 625.
Portentum quid. 1. parte 112.
Portentum maximum Saluatoris Natiuitas. *ibid.*
Potestas Christi quomodo data. 2. parte 778.
Potestate iusti non abutuntur. 1. parte 334.
Primogenitus in Scriptura idem quod vnigenitus. 1. parte 200.
Principes, & optimates. 2. parte 882.
Productio in diuinis explicatur optime. 2. parte 689.
Pulchritudo quid. 1. parte 226.
Regis dignitas in multitudine populi. 1. parte 357.
Reges non debent subditos suos grauare. 1. parte 362.
Reges debent subditos defendere. 2. parte *ibid.*
Religiosi non debent curas Regum. 1. parte *ibid.*
Resurrectio est corporis cadentis erectio. 1. parte 381.
Resurrectionis figuræ. 1. parte 383.

Resurrectio Christi.

Resurrectio Christi tertia die sine figura intelligi potest. 1. parte 384.
Resurrectio Christi omnibus materia gaudij. 1. parte 391.
Sacerdotis summi vestium significatio. 2. parte 705.
Sacerdotum dignitas. 2. parte 883.
Sacerdotum puritas. 2. parte 884.
Sacerdotum dignitas comparatur cum maternitate Mariæ. 2. parte 893.
Sacrificia veteris legis. 1. parte 116.
Sanctus Sanctus clamant Cherubin latè 2. parte 751.

Sanguinem bibere non licebat. 2. *parte* 873. *& seq.*
Sanguis Christi melius clamat quam sanguis Abel, prima parte 275.
Sanguinis Christi laudes. 1. *parte* 276. *&* 2 *parte* 829.
Sanguis Christi quare non datur laicis. 2. *parte* *ibid.*
Similitudo nostri ad Deum in quo consistat. 2. *parte* 706. *& seq.*
Sol quare quarto die creatus. 1. *parte* 785.
Velut oculus totius mundi. 2. *parte* 694
Sol perfecta Dei imago. 2. *parte* *ibid.*
Solitudo non bona. 1. *parte* 91.
Hominem solum esse quare non bonum. 1. *parte* 92. 93.
Sudor primus minister iustitiæ Dei. 2. *parte* 523
Speciei nomine clara Dei visio intelligitur. 2. *parte* 598.

Spiritus sanctus.

Spiritus sanctus qui est tertia persona · conuenienter in aqua, aere, & igne datur. 2. *parte* 433.
Spiritus sanctus conuenienter venit hora tertia. *ibid.*
Spiritus sanctus conuenienter venit super Christum in specie columbæ 2. *parte* 435.
Spiritus sanctus conuenienter venit super Discipulos in igne. ibedem.
Spiritus sancti missio, Christi claritas. 2. *parte* 436.
Spiritus sanctus, simplices, non fandi fictores elegit. 1. *parte* 447. 448.
Spiritus sanctus multa causauit in Apostolis. 2. *parte* 461. *& seq.*
Spiritus sanctus aliter in iusto, aliter in peccatore. 2. *parte* 467.
Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. 2. *p.* 473.
Spiritus sanctus non debuit nasci in carne 2. *p.* *ibid.*
Spiritus sanctus debuit venire in aere, igne, & specie columbæ. ibidem.
Spiritus sanctus in linguis Apostolorum sedisse creditur. 2. *parte* 479.
Spiritus sanctus debuit venire in linguis ignis 2. *parte* 487.

Spiritus sanctus, nec in igne tantum, nec in linguis tantum, sed in linguis & igne debuit venire 528. & seq.
Spiritus sanctus est sicut spiritus viuificans: Christus sicut Pater generans. 2. *parte* 495. & seq.
Spiritus sanctus cordi comparatur. 2. *parte* 499.
Spiritus sanctus datus à principio mundi. 2. *parte* 503.
Spiritus sancti missio post Christi passionem necessaria. 2. *parte* 504. 505.
Spiritus sanctus Apostolis robur, gentibus pauor. 2. *parte* 513.
Spiritui sancto tribuitur libertas. 2. *parte* 513. 514.
Spiritus sanctus multipliciter venit. 2. *parte* 536.
Spiritus sanctus non debuit mitti ante passionem. 2. *parte* 542.
Non debuit mitti ante ascensionem. *ibid.*
Spiritui sancto non debemus resistere. 2. *parte* 544.
Spiritus sancti vmbra Rebecca. 2. *parte* *ibid.*
Spiritus sanctus seipsum dedit, doctrina notand. 2. *parte* 589.
Spiritus sancti processio similitudine crystalli explicatur optimè. 2. *parte* 767.
Status innocentiæ dici potest status obedientiæ. secunda parte 501
De stella quæ Magis apparuit. 1. *parte* 336.
Stella illa erat magnifica lingua cœli. 1. *p.* 370
Terræ epitheta. 2. *parte* 429.
Theologia quare nunc necessaria 2. *parte* 451.
Trinitatis imago homo. 1. *parte* 50.
Trinitatis similitudo, & figura. 1. *parte* 52.
Trinitas declaratur 2. *parte* 471.
Trinitas personarum multis locis sacræ Scripturæ. 2. *p. consequenter habentur cætera, quæ de hoc mysterio in hoc opere habentur.*
Ad Trinitatem cognoscendam multa exempla creaturarum iuuant. 2. *parte* 642.
Propositiones negandæ, vel concedendæ circa hoc mysterium. 2. *p.* 644. & seq.
Trinitatis mysterium explicatur ex similitudine Solis, & Splendoris. 2. *parte* 699.
Trinitas spiritualis. 2. *parte* 718.
Trinitas mundi. 2. *parte* 721.

Trinitatis mysterium credibile 731.
Trinitas suadetur. 2. parte 733.
Trinitatis mysterium ex hoc quod mirabile amandum. 2. parte ibidem.
Trinitatem Dei non repræsentant creaturæ sed solum Dei vnitatem 2. parte 739.
Trinitatis figuræ. 2. parte ibid.
Trinitatis mysterium ineffabile. 2. parte 741.
Trinitatis mysterium non scrutandum sed venerandum, & amandum. 2. parte 750
Trinitatis incomprehensibilitas. 2. p. 754. & deinceps similitudine aquæ 680.
Trinitatis mysterium explicatur ex symbolo elementi aquæ. 2. p. 765.
Trinitas nullibi expressius quam Matthæus 28. secunda parte 797.
Turbatio imago inferni. 1. parte 364.
Thronus Salomonis ex gradibus. 2. p. 750.
Verbum factum caro, factum fœnum ex Gregor. 673
Verbum potius dicitur caro factum quam anima. prima parte 236.
Verbum potius quam filium, Ioannes dixit. 1. p. 248.
Verbi naturam mirabiliter Ioannes commendat. 2. p. 251.
Vir, & mulier simul specialiter Deum repræsentant, 2. parte 707.
Virginitas Mariæ exemplo lucis suadetur. 1. parte 27. & seq.
Vita animalis ex sanguine pendet. 2. p. 877.
Vmbra Iesu quare non sanabat. 2. parte 757.
Vnionis humanitatis ad Verbum figuræ. 1. parte 9.10.16.
Vnio Verbi incanati mirabilis 1. parte 194. 195.
Voces expressius significant quàm signa 1. parte 149.
Vulneratus quare dicatur homo. 2. parte 472.
Vuluam aperire quid. 1. parte 71.

APPROBATIO.

NOs ſubſignati in hac alma Vniuerſitate Salmãticenſe Magiſtri Theologi, Conciones has R. P. Ioannis de Ouando, Ordinis S. Frãciſci, Prouinciæ Sancti Iacobi (quos Diſcurſus ſuper Myſteria Fidei prætitulauit) commiſſione domini noſtri ſcholaſtici inoffenſo pede percurrimus; nihilque in eis non ſanum, non pium, non cordatum deprehendimus. Quin potius doctrinam contingere perſpeximus verè Catholicam: variiſque ſacrarum Scripturarum locis, ſanctorúmque Patrum ſententiis refertam, ac diuini verbi Concionatoribus cognitu neceſſariam, & cum primis vtilem. Quare dignas duximus quæ in lucem edantur, in quorum fidem præſentes ſubſcripſimus. Salmanticæ, Pridie idus Decembris. Anno ab orbe redempto 1592.

El Maeſtro Farfan.
El Maeſtro Franciſco Sanchez.
Fray Alonſo de Luna.
Miguel de Ordarca cauala.





